





Rebound
...d by Zaehnsdorf. the old
...ed stamped covers being inserted







LIBER THEORICAE

NECNON PRACTICAE ALSAHARAVII IN PRIſco Arabum Medicorum conuentu facile principis: qui vulgo Açararius dicitur: iam ſumma diligentia & cura depromptus in lucem.



Cum priuilegio ſummi Pontificis et Imperatoris Romani.

PAVLI RICII PHISICI CAESAREI AD CELEBREM Artium & Medicinæ Doctorem Sigismundum Grim Augustanum operis Alçaharauij cõmendatio.

ALçaharauium insignem Medicorum quem lectitandum præbuisti paraphrasten totũ fere & magno quidem oblectamento cursim euolui. qui mira quadam facilitate, & clara verborum serie: tam vasta & vix humana intelligentia comprehensa Medicorũ dogmata breui admodum nec mutilo quidem compendio perstrinxit. Vnde satis admirari nequeo quæ nam sors atra, & quis nubilus syderum vultus pręclara huius viri monumenta aspexerit ꝙ ad hunc vsq; diem cæco carcere clausus luce & multorum studiosorum virorũ (pręter vnicum Mattheum de grado virum medica facultate percelebrem cuius ore passim Alçaharauij versatur authoritas) intuitu & lectione caruerit. quem vtiq; (pace aliorum dixerim) nullo medicorum (post medicinæ parentem Ypocratem eiusq; interpretem Galenum) inferiorem dicere minime erubesco adeo concisus, simul & locuples, nec minus clare ꝙ erudite quæq; humanæ compaginis synthomata per singula morborum, causarum, signorum necnon & arcanorũ medicaminũ ac pigmentorum copiam prosequitur. Quapropter cum nihil laudabilius nihil vnq; fuerit virtuosius, neq; diuinius ꝙ beneficẽtia & ea quib⁹ potissimũ mortaliũ vitę & saluti consulitur pręstare comoda, non poteris (vir optime) absq; aliqua inuidiæ (quũ ꝑcul sit a te) aut incuriæ vel defraudandi nota desistere quin frugiferum hunc authorem squalido & diuturno carcere eruas ac libere proferas in lucem quod sedulo quũ feceris perennem mehercle reportabis cum superis mercedem & indeficientem cum mortalibus laudem gloriamq; consequeris æternam. Vale.

¶ Cautum est priuilegio Leonis Decimi Pontificis Maximi per vniuersum Christianum orbem sub excõmunicationis, atq; in ditione sua sub decem marcharũ auri puri pœna: atq; edicto Maximiliani Cæsaris inuicti per vniuersum imperium, ac in terris ditioni suę subiectis sub decem itidem marcharæ auri mulcta: ne quis hunc Alsaharauij: aliter Açaratij: librum per sexennium imprimat aut imprimi faciat siue etiam vendat: quod dictum sibi quisq; putet.

INCIPIT TABVLA ALSAHARAVII Tã theoricę q̃ practicę indicans in quoto folio quicũq; Tractatus, Sectio & Capitulũ reperiat: q̃d ue in quocũq; capitulo tractetur.

Theorica igitur Alsaharauij diuiditur in sedecim tractatus.

ij

Tabula

Alias asafarari.

INCIPIT THEORICA ALSAharaui, quæ diuiditur in sedecim tractatus.

TRACTATVS PRIMVS diuidit in quatuor capitula. Capitulum. I.

Medicinæ intentio



FINIS INTENTIonis medicinæ est in sanis sanitatē cōseruandi speculatio, ipsamq; ægrotis iuxta eorum pristinā virtutē & sanitatē restituendi. Diuidit aūt medicina in duas partes in Theoricam & Practicam.

medicinę diuisio

medicinę theoricę sectio

Theorica vero in tres piuidit, vna quarum est virtutū naturaliū cognitio. Scd'a cognitio spirituū. Tertia vero cognitio operationū. Virtutes vero naturales in sex partes diuidunt, in elementa simplicia, cōposita, cōplexiōes, humores, virtutes, & spiritus. Sed qm̄ infimus mundus cū eius creaturis animalia.s. rationalia & non rationalia, plantę atq; mineralia oīa creata sunt ex elementis eoꝝ, ideo naturas & modos primo determinabimus. Inqt Plato elemētum simplex est materia carēs qualitate, & hoc est ꝙ arabice dicat Hanczar, sed cū recepit q̄litatē factū est elementū cōpositū ꝙ in ipsa lingua dicit estecos. Et Gal. quidē dixit elementū simplex est materia sine qualitate, cōpositū vero materia cū qualitate. Elementa vero simplicia in quibus consistit fundamentū sunt quatuor.s. caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas. Elemēta cōposita sunt, ignis, aer, aqua, & terra. Ignis calidus & siccus, aer calidus & humidus, aqua frigida & humida, terra frigida & sicca. Vniuersę autē creaturę huius infimi mundi lapides.s. mineralia, plantę, animalia rationalia & non rōnalia & oīa quę sub circulo lunę sunt, create sunt ex hijs quatuor elemētis & q̄n vniunt ipsa quatuor in vno corpore cū equalitate dicit equalis cōplexio, q̄n vero sine equalitate vniunt, dicet transgrediens equalitatem, & ob hanc causam resultat dieursificatio specieꝝ, coloꝝ, figurarū & dispositionū quę dissimilant ad inuicē scd'm declinatiōem cōplexionis cōpositę ab equalitate ex augmento aliquoꝝ elementoꝝ adinuicē & diminutione aliquoꝝ adinuicē, & hoc quidem vsq; in infinitū. Verbi gratia, si voluerimus cōponere plura corpora ex quatuor rebus.s. ex terra

Virtutes naturales in sex diuiduntur partes

Plato Elemētū Hanczar

Estecos Gal. Elemētū simplex cōpositū Elementa simplicia quatuor Cōposita elementa Creaturę vniuersæ hui⁹ mundi inferioris ex elemētis creatę sunt.

alba, & terra nigra, rubea & viridi, q̄n voluerimus ex his equale corpus in sui quantitate cōponere de qualibet sumemus equalit, ꝙ si voluerimus illud corpus albū esse, plus de alba terra cōmiscebimus. Si vero nigrum voluerimus apponemus plus de nigra, sic quoq; addendo & diminuendo cōponent ex hijs corpora infinita, hoc modo creator excelsus vniuersas creaturas creauit ex elementis suę sapientię subtilitate cuius nomen sit benedictum, & imperium exaltatum.

Creator excelsus

Caput. II.

COmplexiones sunt nouē, quatuor simplices, & quatuor cōpositæ, vna vero æqualis. Simplices sunt calidū, siccum, frigidū, & humidū, cōpositę vero vt calidū & humidū, calidū & siccū, frigidū & humidū, frigidum & siccū. Aequalis aūt tribus modis dicitur, equalis qualitate, equalis quantitate, & equalis in sua specie. Cōplexio vero prę ceteris animalibus, mineralibus & plantis equalis est humana cōpositio. Modus aūt equalis cōplexionis est ꝙ sit equalis in cōplexione & dispositione membroꝝ & suę oēs operationes, naturales & animales tēperato modo persistant, vt sit mediocris inter mollē & durū, pinguē & macilentū, sollicitū & pigrū, magnanimū & timidū, & sit eius modus in cibo & potu cū eq̄litate, cib⁹ vero digeratur equali modo in suo stomacho, epate, venis & reliquis membris, pilus vero eius medius inter lenem & asperū. Color aūt inter albū & rubeū, & vniuersaliter cōplexio equalis est illa quę media est in omnib⁹ suis mēbris & cōditionibus in cōplexiōe ipsorum, cōplexio vero quæ magis tēperata est ꝙ cętera mēbra est cōplexio cutis interioris, Medici quoq; appellauerūt inequalē cōplexionē maliciā cōplexionis siue in vno mēbro siue in toto corpe sit. Aequalis vero cōplexio mēbri est quod sanū sit, nec aliquid lesiōis sit, ꝙ si ī eo dolor extiterit, tunc malicia cōplexionis ipsum occupauit. Cōplexio ętatū hoīs vltra quadrupliciter diuidat. Prima est ętas puericię. Scd'a ętas est iuuentutis. Tertia ętas senectutis, vltima ętas vero caniciei. Aetas puericię est anni in quibus augmentū corpis perficit, quorum terminatio vt in pluribus fit in. xx. anno, cui⁹ cōplexio est calida et humida. Aetas iuuentutis a. xx. anno & vsq; ad. xl. in quibus sua virtute & robore corpus persistit, cuius cōplexio calida & sicca est. Aetas senectutis est anni in quibus corpus decrescit in omnib⁹ eius naturis & modis quoꝝ terminatio est in. lx. anno & cōplexio eius frigida & sicca est. Aetas vero caniciei est anni in quibus iam debilitas virtutis et

Cōplexiones sunt nouem

cōplexio dicit eq̄lis tribus modis cōplexio humana magis eq̄lis Modus equalis cōplexionis

Cutis interior est mēbrum magis tēperatum alijs

cōplexiones hoīs ętatiuę sunt quatuor Etas puericię Etas iuuētutis

Etas senectutis

Etas caniciei.

Humorũ dominiũ cuiꝰlibet etatis

defectio naturę manifestant̄, quoꝝ spaciũ est a .lx. anno vsqꝫ ad terminationē suę vitę. Cuiꝰ cõplexio in fine frigiditatis & siccitatis est, humiditas namqꝫ quæ in eis est, non nisi ex superfluitatibus accidentalibus frigidis & putridis. Aetas pueritię existit in augmēto & dominio sanguinis. Aetas iuuentutis in dominio colerę rubeæ ꝑsistit. Senectus quoqꝫ in dominio melancolię. Caniciei vero in dominio flegmatis.

De Cõplexione tempoꝝ anni. Cap. III.

cõplexio veris. Aestatis. Autumni. Yemis. cõplexiones vētorum. Septētrionalis. Meridionalis. Occidētalis. Orīētalis. Locoꝝ cõplexiones

Complexio veris tēperata et ęqualis est apud illum, cuius cõplexio ęqualis & tempata est. Cõplexio ęstatis calida & sicca est vt plurimũ, cõplexio autumni frigida & sicca vt in pluribus, cõplexio vero hyemis frigida & humida vt in pluribus. Cõplexiões ventoꝝ vero .iiij. sunt. Septentriõalis frigidus & siccus. Meridionalis calidus & humidus. Occidentalis frigidus & humidus. Orientalis vero calidus & siccus. Quę circũdata sunt mõtibus a parte meridiei frigida sunt, a parte aũt septentrionis calida, circũdata vero a mare ex parte septentrionis frigida & sicca sunt, a parte vero meridiei calida & hũida, terra vero petrosa & saxosa calida & sicca est, mollis vero & frigida & humida.

Humores ex quibꝰ fundamentũ corporis existit quatuor sunt. Cap. IIII.

Humoꝝ generatio & eoꝝ natura quibusqꝫ locis situantur & eorundē iuuamenta. Sanguis

ET quia elementa simplicia sunt quatuor & quę ex ipsis cõponunt̄ quatuor et ex eis efficiunt̄ & cõponunt̄ plantę & nutrimenta existunt & humores qui generant̄ ex nutrimentis quatuor, qui sunt colera rub. nig. flegma & sanguis, nam quod erit de cibo ad elementũ terrę generabit̄ ex eo colera nig. ꝙ vero ex eo declinauerit ad elementũ ignis gn̄abit̄ ex eo colera rub. & ꝙ ad elementũ aquę generabitur ex eo flegma, ꝙ aũt ad elementum aeris declinauerit generat̄ ex eo sanguis. Sanguis aũt calidus & humidus est cũ ęqualitate sapor eius dulcis, color vero rubeus, & est substantię mollis, & odoris fœtidi. Cuius origo est ab epate situs eius in venis ab epate procedentibus ad alia mēbra. Dominiũ vero eius in toto corpore est, & eius iuuamentũ est vitā humanā sustentādi in eo eṁ virtus vitalis fundat̄.

Virtꝰ eiꝰ seu dominium. Flegma

Flegma vero frigidũ & humidũ est, cuius sapor insipidus, color albus, substantia viscosa, odor fœtidus, situs in pulmõe atqꝫ dominiũ, necnõ in pectore & iuncturis. Quidā vero dicũt ipm locũ propriũ in corpore nõ habere.

Colera rubea

Colera vero rubea calida & sicca est cũ ęqualitate, cuius origo in epate, situs in felle, sapor amarus, color ad citrinitatē declinat, iuuamentũ quoqꝫ digerendi cibũ in stomacho & epate & supfluitates expellendi, & venas mundificandi a sorditie & oppilatione.

Colera nigra

Colera vero nig. frigida est & sicca cũ ęqualitate, cuius sapor acetosus, odor bonus, substātia grossa, situs in splene, dominium vero circa renes.

Sanguis duobus modis est.

Sanguis duplex

QVoꝝ vnus est mundus & purus & purpureus a ceteroꝝ humoꝝ mixtione preseruatus nec habet cõplexionē in qua excedat. Origo vero eius est a corde procedens, inde per subtiles venas, et in cuius pinguedine calor naturalis & eius nutrimentũ cõsistit.

Pābulum caloris naturalis

Alter vero est mixtus cũ coleris & flegmate quę sunt in venis tranquillis ab epate procedentibus, hę sunt venę in quibus cõsistit flebotomia, sicut vena dicta albasalic q̄ est vena cordis, & vena quę dicit̄ alachal, quæ est vena epatis, & quę dicit̄ alcefal, quę est vena capitis, quę dicit̄ alsafen, quę est vena pedis in quibus oĩm mēbroꝝ nutrimentũ fit, huius aũt sanguis qui existit in venis tranqllis.

Venę phlebotomandę. Ars Mediana. Epatica. Cephalica. Saphena. Alius sanguinis modus

Alius est in quo aliquid alioꝝ humoꝝ abundat, & tunc ab illis denominet̄, qm̄ si abundauerit in ipso flegma apparebit eius substantia in flebotomia declinans ad albedinē. Si vero colera rubea in ipso abundauerit apparebit in ipso subtilis aquositas quę significat supfluitates esse in epate & multos humores in venis. Si vero abũdauerit in eo colera nig. apparebit sanguis turbidus & niger.

Sanguis ęqualis

Alter vero est sanguis ęqualis sui natura & substātia bonus, calidus & humidus cũ tēperamento non aũt in excessu.

Colera vero rubea in quinqꝫ modos diuiditur.

Colera citrina q̄si crocea vitellina

QVoꝝ primus est colera naturalis croco similis, cuius origo in felle est naturaliter, accidētaliter vero in toto corpore. Scd̄us est quę similis est vitello oui, cuius origo est in stomacho naturaliter, accidentaliter vero in aliqua parte corpis. Tertius est alia citrina quæ similis est citro, cuius origo similiter in stomacho naturalit̄ est in corpore vero accidentaliter.

Col. citrina citro similis. Eruginosa

Quartus vero modus est quę similat̄ flori ęris quę generat̄ ex hũorībꝰ adustis, q̄ propt̄ ceteris calidior & molestior est.

prassina

Quintus aũt modus est quę similis fit colori folioꝝ radicis, & hęc est etiam vsta et acutior q̄ eruginosa cuius origo in stomacho & epate accidentaliter est.

Flegma quoqꝫ in quinqꝫ similiter modos diuiditur.

Flegma dulce

Quorum vnus est dulcis paru ad caliditatem & humiditatem declinans & hoc flegma est naturale, qm natura ex eo magis nutrit. Ypoc. vero & Gal. dixerunt esse flegma naturale saporis insipidi et est frigidu & humidu i excessu. Scdus modus est salsum qd est multu calidu & lene, generat aut in corporibus sanguineis cuius nutrimentu in corpe minus est q dulcis. Terti9 est acetosum qd est frigidu et siccu, generat quoq i mebris & stomacho & in corpibus pauci sanguinis a temperato calore priuatis, & cuius couersio in sanguine difficilis est, & paru de eo corpus nutrit. Quartus est q similat vitro & discernit suo colore & grossicie, & est declinans ad acetositate et peior alijs propter sui frigiditate & siccitate, a cuius molestia natura non potest euadere & multu offendit membra, qm si fuerit in locis artis generat dolores fortissimos, sicuti dolore renum & colori & spinalis dorsi & similium.

Hyppo. Galienus Flegma insipidu Flegma salsum acetosum Vitreum

Colera vero nigra in quinq diuiditur modos.

Quorum vnus est naturalis quae est turbuletia sanguinis & eius feces, cuius origo in splene naturaliter est, in corde vero p accides. Secudus est que generat ex vstione col. rub. & hic est molestior alijs calidior acutior & siccior naturali. Origo vero eius in corde accidetalis est. Tertius est col. nig. quae generat ex adustione flegmatis, & origo eius in corde accidetalis est. Quartus modus est col. nig. que generat ex vstione sanguinis, cuius origo in corde accidetalis est. Quintus vero modus col. nig. est que generat ex vstione col. nig. naturalit, origo in corde accidetalis existit. Signu aut naturalis e q qn cadit in terra ad modu aceti ebullit, hec vere naturalis est. Sunt aut in corpe quatuor species humiditatu que exeunt cu flebotomia, & coposite sunt ex humorib9. Prima est huiditas que est fundametu corpis. Scda species est que p membra diffundit & similat toti. Tertia vero est humiditas quae in substantia partiu me brorum inuenit in locis vacuis. Quarta vero humiditas p q fiunt membrorum coiunctioes cu sibi ppinqs, & hec est illa ex cuius priuatione priuatur vita corporis eiusq virtus deficit & compositio corrumpitur.

Melaco. naturalis Col. ni. adusta ex col. rub. Col. ni. adusta ex adustioe flegmatis Signum naturalis melaco. Humiditates sifr quatuor. Nomen no habes Ros Cambiu Gluten

TRACTATVS SECVNDVS DE membris. Cap. vnicum.

Quatuor membra principalia

Membra principalia in qbus est corporis cosistentia sunt quatuor. s. cerebru, cor, epar, & testiculi. Principalius aut et nobilius hijs in pmanetia vite est ipm cerebru, post ipsum vero cor, postea epar, & postea testiculi. Probatio aut huius est qm si accidat apostema in cerebro, subito vita eius diruit & repente morit. Si vero accidet hæc cordi possibile est aliqntulo viuere, sed postea morit. Epati vero si hoc accidat pmanet vita hois longo tpe & possibile est sanari. Si vero in testiculis diu viuet et etia amputent penitus, his vero quatuor predictis mebris suorum prenobilitate alijs, alia mebra deseruiunt, qm cerebro deseruiunt nerui & ex eo sensus & motus administrant corpi. Cordi vero deseruiunt vene pulsatiles & ab eo procedit vita. Epati vero deseruiut vene tranqlle & ab eo corpis nutrimentu pcedit. Testiculis quoq deseruiut vasa seminis & in eis coseruatio creatiois masculini & feminini sexus consistit. Membra simplicia sunt membra cosimilia partiu que ex quatuor humoribus generant, vt sunt ossa, cartilagines vel ligamenta, nerui, lacerti, vene pulsatiles, & vene tranqlle, caro, pinguedo, & corde, & dicunt cosimilia ptibus qm si separaret aliq pars de aliquo istorum erit illa pars cosimilis toti, & suo nomine denominabit, & dicunt hec membra fundameta ppinqua corpis qa corpus ex eis coponit. Membra vero instrumetalia sunt que ex mebris simplicibus coponunt vt man9 pedes, epar, stomacus, bursa, & similia, hec em sunt instrumeta corpis & quodlibet istorum mebrorum copositum est ex duobus necessario, q si non erit copositu ex simplici.

Cerebru Cor Epar Testiculi Membra deseruientia Membra simplicia Membra instrumetalia.

TRACTATVS TERTIVS DE virtutibus & spiritibus. Ca. I.

Virtutes sunt tres, est virtus animalis, cuius origo est in cerebro, virtus vitalis, cuius origo est in corde, & virt9 naturalis, cuius origo est in epate. Virtus animalis diuidit in tres. Nam alia est virtus gubernatiua, alia motiua voluntarie, alia sensitiua. Virtus aut gubernatiua diuidit in tres. s. in virtute imaginatiua, rationale, & memoratiua. Motiua virtus voluntarie est illa quae mouet membra que mouent volutarie, ambulatio pedum, & tractatio manuu, & reuolutio oculorum, nec aliqd mebrorum motus voluntarij nisi p lacertu in quo est neruus moues illud membrum, est aut virtus motus voluntarij a cerebro, pcedes ad medulla spinalis dorsi, & ab ea ad neruos & lacertos q mouent mebra motu voluntario, diuersificant aut lacerti & nerui in sua specie scdm virtute membrorum que p eos mouent, dicitur aut motus manus tractatio,

Virtutes tres Virtus aialis diuiditur in guberna tiua motiua sensitiuam. Guberna tiua diuiditur in Imagina tiua rona lem memoratiua Motiua virt9 voluntarie Virtus mot9 voluntarij a cerebro procedis

Species virtutis sensitiue. 5. sunt. s. Sensus visus.

motus vero pedũ ambulatio, & alij sc͠dm hũc modũ. Species aũt virtutis sensitiuę. v. sunt. s. Sensus tactus, sensus visus, auditus, odoratus, & gustus, magis vero subtilis inter sensus est sensus visus, cuius obiectũ est ignis & sibi cõsimilis sicut lux. Natura vero oculi frigida est & sicca, dico aũt humidã tunicam tm̃, sed ipse oculus declinat ad tenuitatẽ subtilis caliditatis.

Auditus

Post subtilitatẽ sensus visus est auditus, cuius obiectũ est aer ipsa vero auris frigida & sicca est. Post subtilitatẽ auditus est sensus odorat⁹

Odorat⁹

cuius obiectũ est fumus, q. s. est inter aquã & terrã & ceteri odores ipse vero nasus frigidus est & siccus, post istum vero est gustus, & eius

Gustus

obiectũ est aqua & terra, sed grossior inter sensus est tactus, cuius obiectũ est terra. Species virtutis animalis sunt actiua & passiua. Actiua est p ꝙ extendunt̃ & cõtrahunt̃ cor & venę pulsatiles. Passiua vero est p ꝙ fit ira excedens tẽparamentũ & furor et appetitus victorię, hoc aũt non solũ a virtute animalis voluntatis fit, ĩmo eẽ causat̃ ex cordis caliditate & ei⁹ siccitate. Contrariũ vero huius significat eius frigiditatẽ & humiditatẽ.

Tactus. Species virtutis animalis duę. s. actiua & passiua

Spẽs virtutis naturalis sunt sex

Species aũt virtutis naturalis sunt sex. Nam alię administrant, alię ꝟo qb⁹ administrat̃, & sunt virtus gn̄atiua, augmentatiua alteratiua, retentiua, & expulsiua. Virtus generatiua duas cõtinet species, alterationẽ & immutationẽ, alteratio est decoctio seminis donec ei cõueniat immutatio, cũ eo ꝙ sibi cõuenit de sanguine, deinde resultat immutatio. Immutatio aũt. v. cõtinet virtutes quę sunt similitudo, situs, foramina, grossicies & planitudo. Virtus aũt augmẽtatiua est quę mẽbra in longitudine latitudine & profunditate extendit. Alteratiua quoq; virtus duo cõtinet. s. alterationẽ pręter similitudinẽ sicut alterationẽ de nutrimẽto in corpus, hęc aũt in virtute generatiua reperit̃, & alterationẽ ad viam similitudinis quę q̃dẽ est in virtute mutãte nutrimentũ ad corpus.

Virt⁹ generatiua alteratio

Immutatio

virt⁹ augmẽtatiua

Alteratiua virtus.

Operationũ duę sunt spẽcies, simplex & composita. Simplex est quę ex vna quatuor virtutũ resultat quę sunt appetitiua, retentiua, digestiua, & expulsiua. Composita vero est quę ex duabus aut pluribus virtutibus resultat, sicut appetitus qui ex virtute sensitiua & naturali resultat. Discursus vero nutrimenti p membra fit cum virtute attracttiua & virtute expulsiua, quoniam membrum qđ nutritur eius nutrimentũ fit ex eo ꝙ ad ipsum repulsum est ab alijs mẽbris & ex eo ꝙ ipsum sibi attrahit.

Operationũ duę species Simplex Cõposita operatio

Tres spiritus spẽs

Tres sunt species spirituũ. s. spirit⁹ animalis vitalis & naturalis. Et dicimus ꝙ cor duas habet cellulas dexteram & sinistram. Dextera est locus sanguinis, sinistra vero locus spiritus. Spiritus aũt magis est in venis cordis ꝙ sanguis. Sanguis aũt magis est in vena epatis quam spiritus. Spiritus aũt vitalis procedit a corde per arterias quę deseruiunt vitali virtuti ipsum transmittit ipsam per eas toti corpori vt viuat. Spiritus animalis orit̃ a cerebris causa vitalis spiritus deinde vero transmittit ab eo neruos qui & ipsi virtuti animali deseruiunt, per eos namq; transmittuntur corpori sensus & motus. Spiritus naturalis oritur in epate & effundit̃ per venas tranquillas quę virtuti naturali deseruiunt, per eas namq; peruenit sibi nutrimentũ & ab eo ad mẽbra transmittitur.

Sp̄s vitalis

Animalis

naturalis

De complexione qua virtutes naturales opationes suas opantur. Cap. II.

Triũ virtutũ operationes

Operatio virtutis animalis quę virtus rationalis est, cum cõplexione calida & sicca operantur. Operatio virtutis vitalis cum cõplexione calida & sicca. Operatio aũt generatiuę quę est in matrice cõplexiõe calida & humida fit, operatio virtutis augmẽtatiuę, cõplexiõe calida & humida, opatio virtutis attractiuę, cõplexione calida & sicca, operatio virtutis retentiuę cõplexione frigida & sicca, operatio vero virtutis expulsiuę cum cõplexione frigida & humida. Memorationem itaq; fecimus de his rebus naturalibus sub cõpendio, quoniã non fuit nostrę intentionis in hac introductione de quolibet istoꝝ determinare cõplete vt non incideremus in prolixitatẽ vltra quam nostri fuerit intenti, hę vero radices multũ conferre poterunt rudibus vt studeant in ipsis, quia ad alia intelligenda eos iuuabunt. Libri vero introductorij plures sunt scilicet liber introductorius Hanen. & liber introductorius Rasis, & liber introductorius ben Algezar, & liber introductorius Gal. & liber introductorius Asahac ben amran, notus qui dicit̃ Kerhab Aluazha, hi omnes cõpleti & vtiles sunt illis qui amplius cupiunt videre.

Libroꝝ introductoriorũ auctores

TRACTATVS QVARTVS DE Anathomia membroꝝ ipsorumq; iuuamento. Cap. I.

Ossiũ iuuamentũ

Iuuamentũ est ossiũ qm̃ per ea corpis partes confirmant̃ sibi inuicẽ sicut fundamenta super quibus ędificant̃ ędificia, vt sunt iuncturę, ossa, spinalis dorsi, ad oĩa membra quę ędificia sunt super eis, & hęc facta sunt ad modũ ędificij nauis vniuersaliter sup ligno ꝙ est de subter. Fuerunt aũt posita ossa sepata vt alleuient̃ corpi oẽs motus sibi cõuenientes iuxta placitũ, & positę fuerunt in extremitatibus ossium additiones, & in quibusdam profunda loca in quę huiusmodi additiones intrant.

Quare vnū os sine reliq̄ moueri possit.

Facta sunt aūt scd'm hanc dispositionē vt aliq̄ moueri possint preter reliqua. Postmodū vero colligata sunt ossa adinuicē neruis p quos ipsis ossibus sensus & motus administrant vt moueri possint ad diuersas partes, ipsa em̄ nō habent virtutē mouēdi per se, sed mouent passiue modo postq̄ cōmiscent carni & ligamentis, & postq̄ diuisa sunt in partes tenues quib⁹ cōtexunt ex illis corporibus, & ex eis cōmuniter resultat, id q̄ dicit lacertus, & facta est magnitudo lacerti iuxta mēbri magnitudinē qd' mouere intendit, & in extremitate huiusmodi lacerti orit id q̄ appellat corda que corpus cō positū est ex neruis colligatis cui⁹ ortus est ab osse. Numerus vero ossiū totius humani corporis est.ccxlviij. ossa preter os gutturis q̄ similatur literę λ grece, & preter os cordis, & p̄ter pua ossa de qb⁹ plenę sunt cō cauitates iūcturarū, que dicunt sisaminia vel Alaniaht & preter duo ossa rotunda genuū que sunt in capite genu q̄ dicit oculus genu, que per singula hec sunt, ossa cranei.vi. ossa mādibulę superioris.xiiij. ossa mandibulę inferioris.ij.os.i. & in qualibet mandibula sunt.xvi. ossa dentiū, duo secundini, & duo quartani mandibularū, & quinq̄ dentes molitores a dextris & q̄nq̄ a sinistris, sed possibile est de huiusmodi molitoribus vnum deficere, & erunt quatuor, ossa vero circuitus.vij. quę dicunt anula colli ossa cōcathenatiōes pectoris.xij. ossa lūboꝝ que dicunt alcatan & oēs sunt cōcathenatiōes spinalis, & ossa natū que dicunt alhagaz, tria, & ossa caude que dicit alazpaz tria. Et ossa costarū.xxiiij. & ossa loci q̄ dicit alcaz.vij. ossa spatularū duo, ossa iuncturarū brachioꝝ q̄ dicunt alratuthan duo, & ossa brachioꝝ spatulæ quæ dicunt alhasran duo. Et ossa que dicunt alzandan inferiora duo, que sunt in brachijs manus & zandan supiora duo ossa vnius plantę manus.f. & alterius.f. ossa plante pedis vnius que dicitur mastalcaf quatuor, & alterius plante quatuor, ossa digitoꝝ.xxx. ossa coxarū duo, ossa radicū coxarū que dicunt alfachrin duo, ossa que dicunt akarthia duo, & ossa plantarū pedū.viij. & ossa plantarū pedū x. & ossa digitoꝝ pedum.xxviij.

(Margin: Ossa ad diuersas ptes mouentur. — Lacertus — Corda — numerus ossiū totius corpis — Alcatin — Hagit — alhauins. — alhosos — Thorax — alrathutā — Mestal — alfachrin — akartia.)

De iuuamento lacertorum. Cap. II.

Scito q̄ lacerti cōpositi sunt ex carne neruis & ligamentis, & ipsi sunt instrumenti voluntarij, motus vero desinunt esse carnosi vt in pluribus donec pueniūt ad suā interiorē extremitatē. Deinde orit ex hac extremitate quoddā corpus q̄ dicit corda, & p̄ducit donec puenit & adheret membro q̄ mouet in inferiore extremitate, & fit eius motus vt contrahatur & distrahat ad sui radicē, & extendit ab hoc illud membrū scd'm se totū ad partē in qua sunt lacerti. Et diuersificat forma lacertorum scd'm suoꝝ loca & officia. Lacertus aūt qui mouet magnū membrū, magnus & fortis est ex quo orit corda vna vel plures adherētes membro moto & possibile est pluras lacertos conferre adiutoriū ad mouendū vnū membrū qui aūt habet mouere paruū membrū, paruus est & tenuis sicut lacertus q̄ est in genu mouēs totā tibiā magnus est. Lacertus aūt mouēs superiores palpebras ipsius oculi puus & tenuis est, quodlibet ergo membrū qd' mouet motu volūtario p lacertū mouet q̄ si moueatur ad diuersas ptes diuersos habebit lacertos. Quorum q̄libet attrahet ad sui partē in hora motionis & desinit a p̄pria opatione lacertus cōtrarius. Si vero cōtrarij lacerti loci in vna & eadē hora simul attraherent vtiq̄ mēbrū induraret & staret extensum. Verbi gratia si lacertus existens in ventre brachij q̄ dicit alsahad attraheret plantā manus staret extensa. Si vero lacert⁹ existēs in sublimitate brachij ipsam attraheret torqueret retrorsum, q̄ si ambo simul attraheret existeret inter eos directus.

(Margin: lacerti cō positio. — lacertoꝝ diuersificatio. — Sei d asse hid asse/ cū zenat kerkida)

De numero iuuamenti voluntarie motuū & ipsoꝝ opatiōibus. Ca. III.

Motus cutis supioris oculoꝝ, faciei, nasi, labioꝝ lingue, gutturis, palati, motus capitis, ceruicis, spatulę, & iūcture brachij que dicit haczad cū spatula, & iuncturę spatulę cū brachio plante que dicitur alsahad, & iuncturę alsahad cū planta, & motus singuloꝝ digitoꝝ scd'm quālibet iuncturarum suarū, & motus mēbroꝝ que sunt in gutture, & motus pectoris ad spirādū, & motur virgę, & motus vesicę ad retinendū vrinā, & eius cōiunctionis & colligantię, & motus extremitatis intestini recti, p̄ iuuamēto exitus fecū, & motus digitoꝝ pedū, q̄libet hoꝝ motuū habet p̄priū iuuamentū, & nobilē opationē & vtilē suę dispositioni & formæ.

(Margin: Hanczad alsahad)

De numero Lacertoꝝ. Cap. IIII.

Numerus vero Lacertoꝝ mouentiū corpus & vniuersa mēbra vniuersaliter scd'm opinionē Gal. pretermissa opinionū varietate sunt ccccc xxxviij lacerti superioris faciei.ix. vnus frontis, duo nasi, duo superioris labij, & duo inferioris, duo faciei qui

(Margin: lacertoꝝ numerus Gal. — Lacerti faciei)

musculi oculorum

dicuntur alchadin, musculi oculorum .xxiiij. cuiuslibet oculi .xij. tres quorũ sunt in radice lacerti. Primus per quẽ vadit lumen ad minorẽ extremitatẽ. Secũdus est in maiori extremitate. Tertius aũt desuper. Quartus desubter, duo vero super rotunditate q mouẽt ipsum circulariter, & tres q mouẽt palpebras superiores, duo inferius & vnus superius.

Lacerti capitis et ceruicis — La. ligue — la. canne pulmõis. — lac. solius ceruicis — la. guttu. — lace. ossis lande. — la. assellarum

Lacerti capitis & ceruicis .xxvi. q eos mouẽt ad oẽs partes, lacerti lingue .viij. q eam mouẽt iuxta oẽs suos motus & motũ comestionis a dextris & sinistris, lacerti cannę pulmõis duo, vnus a dextris alter a sinistris, lacerti solius ceruicis quatuor, lacerti gutturis q dicitur alhaccon, sunt quatuor mouentes ipsum in apertione & clausiõe. Et clamatõe lacerti gutturis .xvi. mouẽtes ipm ad partes singulas, lacerti ossis similis literę λ gręce sunt sex, mouẽtes ipsum ad partes singulas, lacerti assellarũ .xviij. mouẽtes ipsas ad partes singulas & per rectitudinẽ & circuitũ, lacerti brachiorũ q dicuntur alhacidin .viij. lacerti

la. brach. — la. pecto.

brachiorũ q dicũtur alhaczad .viij. lacerti brachiorũ q dicuntur alsahadin. xxxiiij. mouẽtes ipsa per vniuersos motus, lacerti mouẽtes pectus .c. & .vij. quorũ qdã extendunt̃ tm̃, qdã vero cõtrahunt̃ & extendunt̃ simul, alij vero dicũt φ sunt .xxxviij.

lac. dorsi spinalis — la. vẽtris — la. testic. — la. vesicę — lac. virge — lacer. ani — la. iunctu rum coxarum — la. genuũ — la. crurũ — la. pedũ

lacerti dorsi spinalis sunt xlviij. mouẽtes ipsum vniuersis motib⁹, lacerti ventris .viij. quorũ alij mouẽt ipsum p latũ, alij per longũ, alij vero p rotundũ, lacerti testiculorũ in masculis sunt q̃tuor, testiculorũ vero in fœminis duo, lacertus vesicę retinẽs vrinam vnus est, lacerti virge quatuor mouentes ipsam ad oẽs partes & inflantes ipsam, lacerti circũdantes anũ quatuor, lacerti mouẽtes iuncturas coxarũ .xx. in qualibet coxa .x. qui mouent ipsam vniuersis motibus, lacerti mouentes genua .xviij. lacerti cruriũ .xxviij. xiiij. s. in q̃libet crure, mouẽtes ipsum cunctis motibus, lacerti pedũ .lij. cuiuslibet .s. pedis .xxvi. quorũ quinq; sunt superius incuruantes digitos inferius, & .xxi. inferius mouẽtes digitos ad vniuersas partes.

Nerui sensitiui motiui cordiales

Nomĩa neruorũ apud antiquos tribus modis sunt, alij dicunt̃ nerui sensibiles, alij voluntarij, sensibiles oriunt̃ a cerebro, voluntarij vero a medulla dorsi, alij vero dicunt̃ nerui cordiales q a cordis q̃ sunt in maiorib⁹ lacertis oriunt̃, in qbus neruis modicũ est sensus. Et dixerunt φ nerui cõcaui sunt, alioquin non priuaret̃ motus mẽbri cũ oppressum fuerit, vt impediat̃ transitus spiritus aĩalis p eos, alij quoq; dicunt qm̃ transit animalis spiritus per eos ad modũ transitus luminis p aere. Priuatio aũt motus mẽbrorũ ipsorũq; origo & iuuamentũ nerui sunt siue a cerebro siue a medulla dorsi oriant̃.

Septẽ paria oriunt̃ a cerebro — Primi paris ortus

Qui ortũ habẽt a cerebro, vij. paria sunt. Par primũ orit̃ a ventriculis cerebri anteriorib⁹ qui similes sunt extremitatibus mamillarũ, & pueniũt vsq; ad nasum per q̃s habet esse sensus odoratus. Sed cũ pducuntur aliq̃ntulo cõtrahunt̃ & cõiungunt̃ simul ambo. Postea vero reuertunt̃ vt segregent̃ donec fiat figura eorũ ad modũ figurę literę grææ q̃ dicit̃ chi quę talis est χ & cũ pueniũt ad oculos vadit lacertus sinister ad sinistrũ locũ, dexter vero ad dextrũ, deinde aũt qlibet eorũ circũdat humorẽ vitreũ & tunc puenit ad oculum sensus visus. Hi vero nerui concaui sunt nec in toto corpe repiunt̃ nerui cõcaui præter istos.

Secundi paris ortus — Tertij paris ortus. — almasgin

Scd'm aũt par ortũ habet a posterioribus cerebri φ perueniens ad oculos dat eis virtutẽ motus. Tertiũ vero par ortũ habet a posterioribus scd'i cuius aliq̃ pars puenit ad linguã prestans ei sensum gustus, & pueniẽs ad mandibulas dentiũ prestat illis sensum tactus, aliqua vero ps puenit ad lacertũ tẽporũ & lacertũ almasgin .i. masticatores, & lacertũ q est in extremitate nasi, & lacertũ labiorũ p virtute motus

Quarti paris — Quinti paris — Sexti paris

Quartũ par ortũ habet a posterioribus tertij, & diuidit̃ ad supiora palati, cui tm̃ sensum gustus prestat. Quintũ par ptim habet sensum auditus & ptim motũ lacerti q mouet faciem. Sextũ par diuidit̃ qm̃ ps ei⁹ vadit ad guttur & linguã ps vero ad lacertũ q est in pte spatulæ & eius φ circa ipsam est, aliqua vero pars descendit ad ceruicẽ, diuidit̃ ex eo in partes quæ cõiungunt̃ adinuicẽ in lacerto cãnę pulmonis & diuidit̃ pars de eo ad panniculũ cordis pulmonis, & meri & q̃ eis ppe sunt, & reliquũ pcedit φ est maior ps eius, & cõiungunt̃ ei etiam quedã ptes tertij pis.

Septimi paris ortus. — Nerui q̃ oriunt̃ a nucha 31

Septimũ vero par incipit a posteriorib⁹ cerebri & vadit ad linguã & cãnã pulmõis virtute motus. Nerui quoq; q oriunt̃ a medulla ossis spinalis sunt. xxxi. paria, & vnus impar nõ habẽs sociũ, octo paria de illis pcedũt a cõcathenationib⁹ colli, xij. paria a cõcathenationib⁹ ossis spinalis donec perueniunt ad eius oppositũ, quinq; vero paria a lumbis, tria vero paria ab osse natũ, tria vero ex osse caudę & a medietate sui.

Octo paria quo pcedũt a colli concatenationibus — Primum par — Secũdum par — Tertium par — Quartũ — Quintũ

Primũ vero p dictorũ octo exit a foramine φ est in priã iuncturarũ colli & ascẽdit donec diuidat̃ in lacertũ capitis. Par vero scd'm exit inter foramen φ est inter primã iuncturã & secundã & diuidit̃ in duas ptes & adheret cuti capitis dans ei sensum tactus, & lacerto oculi & vultus prestat motũ. Tertiũ aũt par egredit̃ a foramine φ est inter scd'am iuncturã & tertiam. Quartũ vero par orit̃ inter tertiã & quartã iuncturã. Quintum vero par egredit̃ inter quartã iuncturã &

qntā & diuidit in ptes quarū quedā ascendūt ad panniculū diuidēs, quedā vero ad lacertum mouentē caput, & foramen q̄ dicit alroba, quedam vero ad lacertū spatule. Sextū vero egreditur inter qntā & sextā iuncturā. Septimū vero par egredit inter sextā & septimā. Octauū par est inter septimā & octauā iuncturā in lacerto capitis & punctū q dicit alrocha & aliq in lacertū spinalis & in panniculū diuidēs pret par octauū de quo nihil puenit ad pāniculū diuidens sed eius quedā pars vadit ad brachiū superius & ad inferius & ad plantā, & de sexto cōiungit musculo spatule cuius quedā ps mouet lacertū quedā vo prestat supiori brachio sensum. A septio vadit quedā ps ad lacertū q est brachiū, quedā vero ps dat motū brachio quedā vero ps diuidit p cutim residui brachij dans ei sensum, ps vero eius de pe octauo oritur in cuti brachij dans ei sensum quedā aūt vadit ad lacertū brachij & mouet plantā. Nonū vero par oritur inter octauā iuncturā & nonam & est vna ex iuncturis spinalis, & diuiditur pars eius in lacerto existente inter mediū costarum, alia ps eius in lacerto spinalis alia vero descēdit ad spatulā & ibi firmatur dans ei sensum & aliquid motus. Decimum aūt par oritur de loco q est inter nonā iuncturā et decimā cuius q̄dā pars vadit ad cutim brachij dans ei sensum, residuū aūt diuidit & assumitur de eo ps in facie & diuidit in lacertū inuestitū pectori. Altera vero ps diuidit p lacertū spinalis & spatule & similibus, & erit exitus lacerti & ei⁹ diuisio ad nonū decimū & vicesimū par & est vltimus lacertus neruorꝝ egredientiū de dorso & exit int̄ iuncturā nonādecimā, & scd'm hoc exemplū donec egrediunt̄ qnq paria ab inter huiusmodi iuncturis quorꝝ quedā vadunt ad vultū & diuidit in lacertū q est super ventre, et quedā ps diuidit p lacertū q est super lumbis, & cōmiscent̄ ei tria paria supiora ex qbus nerui descendūt a cerebro, ab his aūt duobus paribus que sub his tribus sunt descendūt magnæ partes ad tibiā donec puenerint ad extremitatē pedis. Par vero vicesimū quintū est primū neruorum egredientiū a principio ossis natum q dicit alhagaz. Scd'm vo scd'o, tertiū a tertio & omnia cōmiscentur neruis exeuntibus desubter spinalis & descendunt ab eis vsq ad pedes, & ab eis procedit magnū quid. Tria vero paria egredientia de osse caude, & impar oīa oriuntur ī virga & sup ano & vesica & in musculo posito prope ista loca, hoc est q dixit Gal. de neruis & hec est eius opinio.

(Marginal notes: Sextum; Septimū; Octauum; Nonum; Decimū; Altera paria confuse tacta; Par. 25.; Alshagit Alhauins; Gal.)

De Venis. Cap. V.

Venę non pulsatiles oriunt̄ ab epate q̄ sunt due venę, quarū vna orit̄ a parte eius extensa que dicitur porta, arabice albab, altera vero orit̄ a parte sua gibosa que dicit̄ cōcaua arabice alhaguf, sed vena dicta albab diuidit̄ in corde epatis in qnq partes quarū quelibet istarū qnq partiū diuiditur in alias partes minores his primis, extra vero epar est hec vena nota, & que dicit̄ albab descendit ad locū mediū intestini noti q dicit̄ duodenū & ab eo descendit ad stomacū & ibi diuiditur in. viij. venas, deinde vero he venę similiter diuidunt̄ qa quedā earū descendunt ad intestinū duodenū quedā vero ad stomacū ab extra trāseunt p mediū eius, quedā descendūt ad splenē vt attrahant colerā nig. quedā vero descendūt ad os stomaci quedā ad intestinū rectū vt capiant ex eo q vadit p id de stercore & fecibus cibi, & puenit ad epar, quedā descendūt ad sepū q dicit̄ alterab, & ad intestina minuta & ad intestinū dictū cecū arabice alahiuer et ad ieiunū intestinū & quelibet ipsarū opationē habet in nutrimento. Vena vero cōcaua diuidit̄ in ipso epate in multas venas & cū recedit ab epate diuiditur in duas partes quarū vna tendit superius, altera vero inferius. Superior vero in quatuor partes diuidit̄ quarū vna peruenit ad cor ita quod de ea fiunt multi rami. Postea vero efficitur de quibusdā eius ramusculis ex parte dextera cordis vena basilica. Secunda vero ps procedit a corde donec peruenit ad locū q dicitur alteracona postq̄ efficiunt̄ ex ea plures ramusculi ex qbus efficit̄ vena que dicit̄ alharac al abti quæ est basilica. Tertia vero pars procedit ab ipso tarcona donec puenit ad spatulā & subassellā postq̄ egrediunt̄ ex ea plures ramusculi deinde efficiunt̄ vena spatulalis q̄ dicitur alcefal, & ab alcefal pcedit quedā ps & a basilica quedā similiter et efficit̄ ex illis vena q̄ dicit̄ alachal. Quarta vero pars procedit a vena spatulę, & vena subassellari donec peruenit ad digitos manuū postq̄ efficitur ex ea corda brachij que. s. est vena flebotomię, ex cuius ramusculis efficit̄ vena que est in manu sinistra inter digitū & minimū & suos pximos q dicitur alcanzar & albanczar q̄ flebotomant̄ pro apostematib⁹ splenis & pmittit̄ sanguis exire donec per se sistat, & diuiditur inferior in tres ptes quarū prima pcedit ab epate donec puenit ad finē iuncturarū dorsi. Secunda ps pcedit a prima iunctura iuncturarū lumborꝝ donec pueniat ad coxas. Tertia vero pars procedit a coxa vsq adgenu & ibi diuiditur in tres partes quarum vna vadit per medium & ex ea efficiūtur ramusculi ī vniuersis lacertis corpis.

(Marginal notes: Venę nō pulsatiles duę porta albab Alhaguff vena porta in quinq diuidit̄; Venę meseraice. viij.; Alterab Alahiuer; Venę cōcauę diuisio.; Basilica; Alteracona; Alharac Alabti; Tarcona; Alcefal cephalica; Alachal Mediana; Alcāczar saluatella albāczar Splenis phlebotomia)

Alsafen Saphena Scia

Secunda pars procedit per inferiorem partem cruris donec apparet apud partem intrinsecam calcanei que vena dicitur alsafen. Tertia vero pars procedens a parte manifesta cruris vadit ad partem extrinsecam calcanei que est vena scie.

Vene unde efficiuntur rami donec perueniunt ad pedem. Cap. VI.

Venarum pulsatilium diuisio.

Venae autem pulsatiles ortum habent ex sinistra cellula cordis & due sunt vene quarum altera est parua vnam habens cellulam, hec autem vena ingreditur pulmonem & vbi diuiditur & suscipit aerem a pulmone dans ei sanguinem quo nutriatur. Altera quoque magna duas habens cellulas & cum ascendit a corde generat in ipso duos ramos, quorum alter ingreditur cellulam cordis dexteram, deinde diuiditur altera in duas partes quarum altera tendit ad superiora corporis, altera vero ad inferiora que maior est quam superior. Superior autem diuiditur in duas partes quarum vna est maior & procedens ab eo vadit per circuitum a sinistris pectoris ad partem dextram donec approximatur ad subassellam, & tunc diuiditur in tres partes quarum due efficiuntur, due vene maiores pulsatiles quarum altera distrahitur & producitur vsque ad partem dexteri temporis quod dicitur aluedag, altera vero ad sinistram que ambe dicuntur vene somnifere, quod dicitur subec, & etiam he diuiduntur. Tertia quoque ingreditur corpus cranei per foramen quod dicitur alhagar & ibi diuiditur in partes minutas donec efficitur ex ea retinum velum quod extensum est sub cerebro. Postea vero illud velum coadunatur in duas venas pulsatiles & ingrediuntur corpus cerebri & ibi segregantur. Altera vero pars duarum partium minor ascendit ad exteriora faciei & capitis & ibi diuiditur inter membra extrinseca ad modum diuisionis temporis dicti aluerag et apparet pulsatio huius particule vene post aurem. Pars vero descendens a partibus vene que oritur a corde ad residuum corporis componitur cum iuncturis dorsi & descendit inferius & efficitur ex eo vnus ramus apud qualibet iuncturam a dextris & sinistris apprehendens & adheret membris illis oppositis ramus perueniens ad pulmonem, deinde ramus veniens inter membra deinde veniunt duo rami ad cellulam que dicitur alhagab, deinde ramus venit ad stomachum, epar splenem, fel, intestina, renes, locum matricis, testiculos, vesicam, & virgam, & egreditur ex eo ramus proueniens ad lacertum egredientem his locis oppositum, donec peruenit ad finem iuncturarum, & ibi diuiditur in duas partes quarum quelibet tendit versus pedes & in ipsis diuiduntur, veruntamen profundi sunt, de quibus aliquid apparet in radicibus coxarum que dicitur al arbitin, & apud os quod dicitur alcab, que intrat ab extrinseca parte pedis.

Aluedag Vene somniferae Alhagar. Velum retinum. Aluerag Alhagab Alarbitin Alcab

De dispositione membrorum eorumque natura & operationibus. Cap. VII.

natura & complexio cerebri.

Cerebrum frigidum & humidum est cum equalitate & factum est sic propter multitudinem suorum motuum vt non exsiccetur, & oriuntur ex eo plures nerui qui cito dissoluuntur propter eorum humiditatem in imaginationem & cito recipit, operationes autem ventriculorum cerebri sunt tres imaginatio, cogitatio, & memoratio, diuiditur & cerebrum in duas partes & in his ambobus ventriculis cerebri anterioribus decoquitur vitalis spiritus ascendens ad eos a corde per venas ex quibus efficitur velum retinum extensum sub ipso cerebro & ibi dissoluitur & subtiliatur & egrediuntur eius superfluitates per nasum & palatum & efficitur spiritus animalis, & fit inde sensus visus, auditus, odoratus, gustus, & aliquid de sensu tactus, & cum hoc fit imaginatio deinde transit spiritus animalis ad ventriculum medium, & in eodem etiam retino velo subtiliatur maxima subtiliatione donec fit purus & mundus & quod fuerit in medietate cerebri facit cogitationem visum cognitionem & intelligentiam, deinde transit iterum hinc spiritus ad finem cerebri qui locus maior & nobilior est ceteris ventriculis cerebri, & subtiliatur multum ad hoc exigit magis de subtilitate & puritatis excellentia ad reminiscendum ea que preterierunt & quorum tempus est antiquatum & est quidem apud transitum qui est inter medium ventriculum & vltimum frustrum de substantia ipsius cerebri, simile vermi & dicitur altenubra quod aperitur & clauditur, & cum aperitur transit spiritus animalis de ventriculo medio ad ventriculum vltimum nec hoc fit nisi in hora necessitatis tamen vt reminiscatur quod oblitus est, & quando cogitare intendit quod preterit quod nisi aperiatur hic transitus nec transeat spiritus ad posteriora cerebri nihil homo reminiscitur nec respondebit quidquam ad id de quo interrogatus fuerit, hoc autem diuersificatur in hominibus secundum sue apertionis & clausionis promptitudinem atque tarditatem. Nam is in quo apertio huius transitus propta extiterit erit purus promptus ad respondendum. Cui vero illius apertio pigra fuerit, & eius memoria tarda et difficilis erit & tardus in responsione. Quod vero equalis & temperatus in apertione & clausione fuerit, erit homo sapiens & intelligens, perscrutator & speculator & omnibus operationibus intellectus completus. Quod si acciderit huic meatui infirmitas a flegmate aut aliquid huiusmodi priuabitur vtique ab vniuersis predictis operationibus & dicitur tunc al astas seu alsachassen .i. congelatus. Si vero nihil defecerit dicetur obliuio.

Ventriculi cerebri operationes Cerebri diuisio Superfluitatum a cerebro expurgatio Sensuum ortus Imaginatio cogitatio Intelligentia Reminiscentia altenubra

De dispositiõe oculi & eius tunicis. Ca. VIII.

Oculi cõpositio

COmplexio oculi manifesta est in caliditate & humiditate, & est cõpositus ex vij. tunicis & tribus liquoribus in nullo aut horũ liquorũ & tunicarũ cõsistit visus nisi in liquore grandineo & est ille q est rotundus & albus existens in centro oculi, reliq vero liquores & tunicę creati sunt ad vtilitatem huius grandinei liquoris q dicit alretoba algeledia. Cõpositio aũt oculi est hoc modo, qm̃ neruus cõcauus q prior est neruis orientibus a cerebro exit a craneo ad fundũ supficiei oculi. Super quo sunt duę quę sunt pelliculę cerebri & cũ egrediunt de craneo & existũt in substantia oculi separatur pellicula & fit velũ & cooptoriũ sup totã substantiã supioris oculi & appellat hoc cooptorium dura tunica & ex ea diuidit subtilis pellicula & efficit cooptorium velũ sub tunica dura & appellat tunica secundina & dilatat ipsemet neruus & efficitur ex eo tunica, sub tunica & vocat tunica retina. Postea vero efficit in medio huius tunicę corpus tenerũ & humidũ in colore vitri & appellatur liquor vitreus. Deinde vero efficit in medio huius corpis aliud corpus rotundũ, & est illud de quo dixerunt ꝙ similat grãdini. Veruntñ est in ipso aliqd de supficie & circũdat liquor vitreus ipsum grandineũ q̃si eius medietatẽ & vltra reliquã medietatẽ orit corpus simile telę araneę fortis splendoris & appellatur subtilis tunica arenosa, deinde oritur super isto corpe aliud corpus descendẽs in colore albuminis oui qd' appellat liquor albuginosus, & deĩde orit sup hoc corpe corpus tenue ꝙ fert intus in loco vbi intrat liquor albuginosus & pars de eo fertur extra cuius color diuersificat qm̃ aliqd de eo est vehemẽtis nigredinis. Aliquid vero debilis nigredinis, & aliqd cœlestis coloris q dicit azrac, in medio aũt ipsius versus liquorẽ grandineũ est foramẽ ꝙ dilatatur & cõstringit vicissim in q̃ntitate rei grandineę ad lucẽ & cõstringit ad lumen forte & dilatat in obscuro & hoc foramen dicit pupilla oculi ꝙ arabice appellat alhadta, & appellat hęc tunica subtile velamen vueũ & orit sup hoc velamine aliud velamẽ ꝙ coopit corpus durum & albũ simile subtili parascidi de cornu ꝙ qdẽ velamen appellat tunica cornea. Sed colorata est colure ipsius tunicę quę sub ipsa est quę dicitur vuea queadmodũ si qd adhereat posterioribus vitri ꝙ colorabit colore illius loci vitri sibi adherẽtis q color ascẽdẽs supra illud occupabit illud nõ tñ totũ sed vsq ad locũ nigredinis oculi & est corpus albũ durũ adherens et & arabice maltahan & illud est albedo oculi & puenit ad ipsum a tunica existente super cranium. Ortus aũt corneę est a dura pellicula. Sed ortus vueę a pellicula q̃ dicit almesimia. Ortꝰ aranealis a tunica retina. Et iam quidẽ discordes sunt autores in huiusmodi tunicis qm̃ alij dicunt ꝙ sunt septẽ alij. vi. alij. v. alij. iiij. alij. iij alij vero. ij. Veruntñ discrepantia inter eos nõ est in re sed verbo tantum.

Marginalia: Alzegia — Dura tunica — Tunica secũdina — Tunica retina — Liquor vitreus — Tunica subtilis arenosa — Liquor albuginosus — Azrac — pupilla oculi — Alhadta — Velamẽ subtile vueum — Tunica cornea — maltahã — Tunicarũ ortus & de earum discordia

De dispositiõe auris & eiꝰ natura. Ca. IX.

AVris frigida & sicca est cuius obiectũ est aer, eius vero dispositio est qm̃ eiꝰ meatus consistit in osse duro ꝙ appellatur os lapideũ & est multę obliqtatis cui pręsentatur sensus auditus p neruũ productum a quinto pare neruorum cerebri.

Marginalia: Obiectũ auditus — Os lapideum

De dispositiõe nasi & eius natura. Ca. X.

NAsus frigidus & siccus cuius obiectũ est fumus eius vero dispositio ĩ ramo Sed eius transitus diuidit in duas partes, quarũ vna tendit ad os, altera vero ascẽdit donec puenit ad os ꝙ similat cribro ante additiones cerebri similes extremitatibus mamillarũ & in isto meatu existit olfactus in primo aũt existit aspiratio scd'm opinionẽ Gal. alius quoq dixit ꝙ olfactio fit etiã cum anteriori parte neruorum cerebri.

Marginalia: Odoratꝰ obiectũ — Gal.

De dispositiõe linguę eiusq natura. Ca. XI.

NAtura linguę calida & humida cuius obiectũ est sapor, dispositio aũt eius est qm̃ est caro mollis alba in qua conueniunt venę tenues plenę sanguine & ex hoc resultat rubedo eius, & sub ea sunt venę & arterię cui qdẽ deseruiunt sex lacerti scd'm ꝙ verificatũ est, & sub ea sunt duo orificia ex qbus pcedit saliua, species aũt saporũ sunt octo, dulcedo, amaritudo, acetositas, salsedo, pinguedo, acuitas, stipticitas, põticitas, & insipiditas.

Marginalia: Gustus obiectũ — Saporis spẽs octõ

De dispositiõe meri & eius natura. Ca. XII.

MEri est mẽbrũ ad frigiditatẽ & siccitatem declinãs & ipsum est meatus p quẽ vadunt cibus & potus ad stomacum, & ipsum est de pte gutturis vsq ad locũ q dicit trachi & est positũ inter cannã pulmõis & partẽ ceruicis ligatũ sup velamĩe cũ colligatis pelliculis & est cõpositũ ex duabus tunicis, quarũ vna occupat alterã, tunica vero intrinseca cõiuncta est ex ptibus pcedẽtibꝰ p longum extrinseca vero ex pte vna pcedẽte p latũ, deinde fit rotunda donec fit ad modũ gutturis, & per has tunicas fit transglutio.

Marginalia: Locus meri — Meri cõpositio

De dispositiõe stomaci eiusq natura. Ca. xiij.

STomachus frigidus est & siccus, nam in neruis abũdat, eius vero dispositio est qm̃ cõpositus est ex duabus tunicis quę sunt

Marginalia: stomachi cõpositio

velamina stomachi. Veruntñ appropriat stomachus in sua pellicula intrinseca, cũ q eũ circuit q agit in ipsum, vt retineat cibũ donec digeratur, & ex sui ,pprietate similiter est q intrinseca pellicula est ex neruis, extrinseca vero ex carne, & eius ,ppriũ est qđ qntũcunq suũ caput inferius q est meri tendit inferius dilatatur & fit ad modũ vasis rotundi longi colli declinãs ad partẽ sinistrã, sed fundũ eius declinat ad dextrã, & in fundo eius est foramen strictũ q dicitur porta, q est qa cũ stomachus occupat cibũ & cõstringit in se obturatur porta & claudit vt de eo non possit egredi nec cibus nec aqua donec coquat q superius est postmodũ vero aperit in hora cõplemẽti digestiõis, & cõtinuat stomaco intestinũ q dicit duodenum. Epar quoq occupat stomacũ a dextris vt ipm calefaciat. Splen vero a sinistris eũ circũdat.

Stomaci propriũ

De dispositiõe Gutturis q est canna pulmonis & sui natura Cap. XIIII.

Guttur calidũ & humidũ est, & est positũ interius & apparet extra & a posterioribus suis stat meri, pars aũt qua adheret sibi meri est mollis. Reliquę vero suę partes sunt durę. Est aũt ipsum guttur cõpositum ex cartilaginibus ad modũ annulorũ circũdantiũ. Sed nõ cõpleta imo ad qntitatẽ duarũ tertiarũ partiũ circuli, & vadit inter eius extremitates pellicula p lineã rectã et pueniunt inter ipsam molles pelliculę, & gibbositas gutturis est versus exteriora corpis quę tactu manus pcipit, pars aũt recta de eo sita est a posteriori bus adherens ipsi meri, q si imaginatus fueris arundinẽ scissam per longũ, de qua ablata sit tertia pars, & duę partes remanserint et supposita fuerit loco resecatiõis eius papiri linea cooperiẽs locũ defectus arundinis, deinde cõiuncta fuerit hæc arundo alteri arũdini a parte papiri, tunc videbis & intelliges formã cãnę pulmonis & meri. per hunc aũt meatũ transit respiratio a pulmone et appositũ est in capite sui velamen coopiens ipsum in hora transglutionis vt nihil ingrediat intra ipsum de his quę transglutiunt. Nam si aliqd multũ vel parũ inde intrauerit, accidet ex eo in cãna pulmõis molestia offendens q̃ dicit cacalac vedgadga, & incitat tussis vehemens non desinens quousq egrediatur, & possibile est accidere passionẽ quę dicitur alsarac, fuit aũt positũ velamen in hoc loco vt formet ibi vox. Quod est qa guttur consistit ex tribus cartilaginibus decẽti cõiunctiõe p generatiõe vocis & corpe qđ similat linguę canẽtis quę optima est ĩ pparatiõib⁹ vocum.

Gutturis cõpositio

Forma cãnę pulmonis & meri

Cacalac uedgadga

Alsarac

De dispositione pulmonis & eius natura. Cap. XV.

Complexio pulmonis est frigiditas & humiditas, eius vero dispositio est, qm cãna eius incipit a fine extremitatis oris donec puenit sub locũ q dicit alcarcona & tũc diuidunt in duas partes quarũ quelibet in plures partes diuidunt & cõtexuntur ad inuicẽ & plenus fit eorũ circuitus cannę pulmonis in numero quorũ est ista canna recta, & venę quæ subintrant ipsam & caro de qua plenũ est corpus pulmonis in dextra cõcauitate vẽtris & reliqua eius medietas in cõcauitate vẽtris sinistra Concauitas vero superior tota est causa aspirationis. Quod est qa cũ distrahit pectus cũ lacertis q sunt in ipso & distrahit pulmo & cum pulmo distrahit attrahit aerẽ ab extra et fit hec vna partiũ spiratiõis, cũ vero cõtrahit pectus contrahit & pulmo & tunc fit exitus spiratiõnis q est scđa pars spiratõis. Iuuamenũ quoq huius aspirationis est vt afflet spiritus ipsi cordi respirando ab eo aerẽ corruptũ calidũ & in spirando sibi hunc aerẽ frigidũ ,pter equalitatem cõplexionis cordis, ista quoq distractio pectoris ac eius cõtractio ad inspirandũ & respirandum aerem est ad modum follis, quoniam cum distrahitur impletur aere quãdo vero contrahitur respirat illum.

Alcarcona

aspiratiõnis causa

Inspiratio & respiratio fit ad modũ follis

De dispositione pectoris & eius natura Cap. XVI.

Complexio pectoris est caliditas & siccitas, eius vero dispositio est qm tot⁹ vẽter in duas magnas ptes diuidit. s. in superiorẽ & inferiorẽ. In superiori sunt pulmo & cor, in secunda vero parte inferiori sunt stomacus & oĩa intestina, epar, splen, fel, renes, vesica, & matrix, diuidit aũt has duas cõcauitates panniculus q dicit alhagab q cõiunctus est in fine stricturæ pectoris q dicit alcacz et perducitur inferius p oẽs partes donec adhęret iuncturę. xviij. iuncturarũ dorsi & fit diuidẽs int supiora & inferiora. Concauitas aũt supior diuiditur in duas partes quas diuidit quoddã velum per medium procedẽs donec adheret iuncturis spinalis quę tota ista cõcauitas superior dicitur pectus.

Totius vẽtris dispositio

Alhagab .i. diafragma

Alcatz

De complexione cordis & eius natura. Ca. XVII.

Complexio cordis est caliditas & siccitas, figura vero eius est ad modũ pineę cuius caput grossum tendit inferius, radix aũt eius est quę est caput, eius subtile tẽdit

Cordis figura

superius, est repositū inter bursam grosse pelliculę ipsum circūdantē. Sed non tota est adherens sibi imo apud radicē tantū. Est aūt cordis situs in medio pectoris sed bursa sui capitis tendit ad partē sinistrā. Magna vero arteria orit̄ ex eo a parte sinistra qua ꝓpter apparet & reperit̄ pulsatio in parte sinistra, habet aūt duas magnas cōcauitates, vnā a dextris, alterā a sinistris. In radice eius est quoddā simile cartilagini & est ad modū sedis cordi. Sunt aūt meatus a cōcauitate dextra ad sinistrā, i cōcauitate dextra sunt duo orificia, quoꝝ vnū ingrediuntur venę orte ab epate & administrāt sanguinē in cōcauitate dextra cōcauitatū cordis & propter hoc sunt pellicule scisse ab extra intus vt ingredi possit illud ꝙ ingredit̄ cor, ꝑ alterū vero orificium ingrediuntur venę que ferunt̄ ad pulmonē, & est vena non pulsatilis sed eius pelliculę grossę sunt, & sunt positę vt cōseruetur motus cunctis diebus vitę hoīs, & si bene cōsiderent̄ hę venę inueniūt̄ in eis fortior motus ꝙ̄ in ceteris venis. Pulmo aūt aspiratur supra cor defendens ipsum a tactu ossiū pectoris ante cor existentiū. Cor vero sitū fuit in medio pectoris vt sit ei pectus in defensionē & protectionem a nocumentis.

Cordis situs

Meatus cordis

De dispositione intestinoꝝ eorūq̧ numero & cōplexiōe. Ca. XVIII.

Complexio intestinoꝝ frigiditas & humiditas est, alij dicunt frigiditas & siccitas. Genera vero intestinoꝝ sunt sex quoꝝ tria sunt gracilia in supioribus ventris existentia. Reliqua vero tria sunt grossa in inferioribus ventris existentia. Principiū aūt gracilium intestinoꝝ fundo stomaci adherentiū est intestinū vocatū duodenū, post illud aūt sequitur ieiunū intestinū, & appellat̄ sic qa vt plurimū vacuū existit, hoc aūt pluribus est de causis, quarū vna est, qa epar attrahit ab eo plusq̄ attrahat ab alio, & hoc prę multitudine venarū que in ipso est magis ꝙ̄ in alijs, & qa magis vicinat̄ epati ꝙ̄ cetera mēbra. Post illud vero sequunt̄ intestina gracilia q̄ qdem obliq̄ retorta sunt valde, amplitudo aūt hoꝝ triū intestinorum est ad modū intestini portanarij ꝙ dicit̄ albnab, & est illud intestinū ꝙ impossibile est reperiri vacuū cibo sicut inuenit̄ intestinū ieiunum, post hoc vero sequit̄ intestinū cecū arabice halciuer ꝙ est principiū intestinoꝝ grossorum q̄ sunt rotundū intestinū & intestinū diuersum ꝙ dicit̄ cecū qa nō habet nisi vnū orificiū ꝑ ꝙ feces cibi ingrediunt̄ & superfluitas, & ꝑ illud exeunt, cuius locus est a parte dextra ꝓcedēs ꝑ latitudinē ventris a parte sinistra ad modū tabulę & dicit̄ alcolon qa vt in pluribꝰ accidit ei passio que dicitur alcolnag, post illud aūt sequtur intestinū rectum cui inest cōcauitas ampla in qua cōgregat̄ superfluitas cibi queād modū cōgregat̄ vrina in vesica & in pte huius intestini est anū ꝙ dicit̄ aldabri, sup quo est lacertus ꝓhibēs exitū superfluitatis donec a voluntate cogat̄, hoc aūt intestinū cōpositū est ex duabus tunicis, intrinseca & extrinseca. Intrinsecę vero adherent humores inuiscati & inuestiti circa ipsam ad modū vasis figuli vitriati. Sunt aūt positę in eo hę duę tunicę ꝓpter sui vehementiā opatiōis quę ꝑ ipsum in ipsum agitur, & vt non de facili recipiat nocumēta ab his q̄ ꝑ ipsum transeūt de superfluitate cibi & de stercore. Nam possibile est corrodi intrinsecā tunicam ex aliq̄ oppressiōe passiōis fluxus sanguinis ventris de qua possibile erit euadere remanente tunica extrinseca illęsa. Sed cū passio agere inceperit in extrinsecā morietur.

Intestina sex

duodenū

Ieiunum quare vacuū sepiꝰ existit

Albnab

Halciuer cecum

Alcolon .i. colon

Alcolna .i. colica

Rectum

Aldabri .i. anum

Recti intestini compositio

De dispositiōe epatis eiusq̧ cōplexione. Cap. XIX.

Complexio epatis caliditas & humiditas respectu cordis, figura vero eius est ad modū medietatis arcus lunę. Materia vero eius ꝓpria est ad modū sanguinis coagulati, in q̄ cōsistit generatio sanguinis, & ex eo fit ortus venarū non pulsatiliū, & in eo in pte que est versus stomacū, ipsum quoq̧ sitū est in parte dextra apud costas dorsi, & in eo sunt additiones quedā, quas possibile est esse quatuor & possibile est esse qnq̧, quę qdem circundāt dexterā ptē stomaci vt calefaciāt & iuuent ipsum in opatione digestiōis, est aūt cōiūctū dyafragmati et ligatū ligamētis cōiūctis cum pellicula que sup ipsum est, & orit̄ a medio epatis vena que dicit̄ porta cuius figura est figura venę. Veruntn̄ non retinet sanguinem, & diuidit̄ in ptes, cuius ptes in ptes alias multas valde diuidunt̄, quarū ptiū plures ꝑueniūt ad fundū stomaci & ad intestinū duodenū & alię plures ptes ad ieiunū intestinū, deinde vadunt ad cetera intestina donec ꝑueniūt ad intestinū rectū, hec quidē sunt orificia ꝑ que cibꝰ attrahit̄ ad epar nec cessant ꝑ ipsa attrahere de loco arto ad amplum donec congregatur ad venā que dicit̄ porta epatis. Deinde diuidit̄ illa vena intra epar in multas minutas ꝑtes ad modum capilloꝝ, & diuidit̄ ꝑ eas ꝙ attractū est a nutrimento & coquit̄, & transmutat illud caro epatis donec sanguis efficiat̄, a gibositate vero epatis orit̄ vena magna ex q̄ oēs vniuersę venę corpis ortū habēt sicut in anathomia venarū ostēdimꝰ. Radix aūt huiꝰ venę diuidit̄

Epatis forma

Epatis materia

Penularū epatis numerus

Venę concauę diuisio

Venę magnę a gibbositate ortę diuisio

intra epar in partes minutas ad modũ capilli, et cõiunguntᷓ alijs partibus minutis diuisis apud meatũ dictũ porta, et ab eis transit sanguis ad partes venarũ ex gibositate epatis orientiũ, deinde vero coadunantᷓ a suo loco arto ad locũ amplũ donec ꝑuenit totus sanguis q̄ oritur ex gibositate epatis ad duas alias partes, quarum vna tendit superius donec ꝑuenit ad foramen & diuiditᷓ post gibositatẽ epatis queadmodũ in ceruice & capite diximus, scd'a vero pars descẽdit inferius ad spinale & diuiditᷓ in ꝑtes ꝑuenictes ad mẽbra q̄ ibi sunt vt ex illis nutriantᷓ.

De dispositione fellis & eius natura. Cap. XX.

fellis sit⁹ Fellis duo meatus

Complexio fellis est caliditas & siccitas est aũt situatũ sup̄ epate calefaciẽs epar & stomachũ & attrahens colerã rub. a medio substãtię epatis, habet aũt duos meatus quoꝝ vn⁹ q̄ maior est vadit ad intestinũ duodenum ad locũ vbi cõiungitᷓ hoc intestinũ intestino ieiuno & ibi adheret. Alter vero meatus q̄ minor est ascẽdit ad fundũ stomaci supra foramen ꝙ porta nariũ dicitᷓ et adheret ibi in fundo stomaci vt ipsum mundificet & purget ab eo ꝙ in ipso ex humoribus flegmaticis grossis & viscosis coadunatur, & qñ accidit in huius meatibus oppilatio generatur in corpe passio yctericia.

yctericię gñatio

De dispositione splenis & eius cõplexione. Cap. XXI.

Splenis locus & eius duo meatus

Complexio splenis est frigiditas & siccitas. Est aũt positus in sinistra parte & est longę figurę ligamẽtis cõiunctis ligatus cũ panniculo q̄ est super ipso, & iungitᷓ cũ stomaco a ꝑte sinistra, & oriuntᷓ de eo duo meatus, quoꝝ vnus adheret fundo epatis vt attrahat col. nig. Alter vero cõiungitᷓ orificio stomaci ꝓijciens in ipsum aliq̄d de col. nig. vt ipsum cõfortet & cõstringat vt possit stomacus occupare cibũ donec bene in eo digeratur & vt incitetur appetitus cibi, q̄m in hoc humore abundat stipticitas & acetositas.

De dispositione renum & earum complexione. Cap. XXII.

Renũ situs

Complexio renũ est frigiditas et siccitas Sunt aũt positę apud iuncturas spinalis dorsi ꝑpe epar, locus aũt renis dextri eminentior est loco sinistri, quorũ cuilibet sunt duo colla, vnũ coniunctũ venę magnę q̄ oritur a gibositate epatis a latere, scd'm aũt procedit versus donec ꝑuenit & adheret vesicę adhesione mirabili, & ipsa sunt meatus vrinę & dicuntur alhalbin.

alhalbin vritides.

De dispositione vesicæ & eius cõplexione. Cap. XXIII.

Vesicæ locus Alhaana vel ana Vesicæ cõpositio

Complexio vesicę est frigiditas & siccitas, est aũt fons vrinę neruosa distrahitᷓ & cõtrahitᷓ ad quãlibet partẽ, cuius situs est inter anũ et pectinẽ ꝙ dicitᷓ alhaana. Est aũt cõposita ex duabus pelliculis & super eius orificio ẽ muscul⁹ cõtrahẽs & claudẽs orificium vt exitus vrinę ꝓhibeatᷓ donec a voluntate cogatur exire, vrina vero vadit ad eam a renibus ꝑ duos meatus q̄ dicuntᷓ alhalabin, & cum ꝑueniunt ad eam prędicti meatus decidit vna pellicularũ & vadit cũ istis meatibus donec ꝑuenit ad collũ vesicę, deinde vero decidit altera pellicula & vadit ad cõcauitatẽ vesicę nec attrahuntur ad eam meatus per viam rectam sed obliquã inter tunicas vesicę, est aũt ipsa posita sapienter vt & vrina non retineatur.

Alhalabi duo colla emunctoria

De dispositione testiculoꝝ & virgę & ipsoꝝ cõplexione. Cap. XXIIII.

Virgę descriptio. Alhana

Complexio hoꝝ oĩm est caliditas & siccitas, virga vero est corpus neruosum oriens ex osse pectinis ꝙ dicitᷓ alhana multarũ cõcauitatũ, ad quã perueniũt duę amplę arterię magis ꝙ̄ debeantᷓ virtuti ossi, ꝙ q̄dem corpus est ipsa virga, & descendũt a bursa meat⁹ similes canalib⁹ q̄ dicuntᷓ albarbarin, deinde dilatantᷓ et efficiuntᷓ ex ambob⁹ intrinseca cellula cellularũ bursę testiculoꝝ, in qua sunt testiculi, et eueniunt ad testiculos a partibus venarũ ramosarũ ramusculi obliq̄ multę obligatatis quę circũdat caro neruosa alba, quę quidẽ mutat ꝙ in eo existit de sanguine quousq̧ dealbatᷓ, & prestatᷓ ei aliq̄d pinguedinis spermatis, deinde vero ꝓcedit ad testiculos & ibi ꝑficitur coctio & transmutatio et cõpletur sua species & fit ei⁹ natura natura spermatis & habet ibidẽ duos meat⁹ ꝑuenictes ad virgã. Desiderĩũ aũt coit⁹ fit cũ replentᷓ hui⁹ cõcauitates virgę grossis ventis & venę plenę fuerint, prius non cessat in districtiõe ꝑsistere ad euacuãdum ꝙ in prędictis canalib⁹ continetᷓ, & multiplicabunt emittere ꝙ in eis est prę multitudine illius materię & eius punctionis. Est aũt vna causarũ quę cogunt ipsam ad hoc, fricatio pellis quę dicitᷓ alcamin & eius discussio in corpe ipsam fricante, hoc em̄ cogit ad extensionẽ canales seminis & emittendũ ꝙ in illis est copiose, habet aũt ipsa virga duos meatus vnũ pro semine alterum pro vrina.

Albarbarin alsalbarchachi

Spermatis gñatio

Desiderij coitus causa

Alcamin .i. ꝑputiũ

Virgę duo meatus

Matricis positio

De dispositione matricis & eius complexione. Ca. XXV.

Complexio matricis est frigiditas & siccitas. Est enim neruosum mēbrū cui⁹ sit⁹ est inter vesicā et rectū intestinū, sed est super vesica. Est aūt matrix virginum & mulierū q̄ nō cōceperūt pua, magnificat aūt mulieribus pregnātib⁹ & parietib⁹, & est colligata ligamētis lenib⁹, & ipa in se est neruosa potēs distrahi & dilatari ī horis necessitatis ad hoc et cōtrahi & restringi ad se q̄n nō exigit districtō & sunt posita ei⁹ ligamēta ampla & lenia, & cōtinuant ei duo canales siue duo ventriculi in vnū orificiū cōuenietēs, & habet duas additiones q̄ dicunt cornua matricis, in q̄rū additionū posteriorib⁹ existāt testiculi mulieris q minores sunt testiculis viroꝝ et ampliores et simpliciores, & ab eis fluit spma mulieris ad cōcauitatē & collū matricis. Collū vo matricis durat vsq̄ ad locū vbi existit desideriū venereū φ arabice dicit alperag φ est mulieri ad modū virge viri. Orificiū vo matricis in virgib⁹ est coadunatū & artū cōtextū multis ramusculis venularū q̄ qdē detrūcant ī hora eruptiōis virginitatū & ampliat, & cū cōcipit ī vtero coartat matrix & restringit vt nō valeat īgredi in ipsa etiā tenuis festuca q̄ dicit almarnad, et cū aduenit hora ptus aut si acciderit embriōi nocumētū aut passio corrūpit et dilatat dōec egrediat p eā corpus embriōis. Gñat aūt embrio scdm G. ex semie & augeт & nutrit ex sanguie menstruo & pficitur forma maris antecq̄ forma fœmine & cōiūgunt embriōi de neruis eueni entib⁹ ad matricē ex qb⁹ nutrit donec pficiat, & cū pfectus fuerit nō sufficiet sibi de nutrimēto φ ei a prædictis neruis administrat & tunc mouet violento & duro motu ita φ dirūpuntur ligamina & fit partus embrionis.

Matricis cornua

Alperag a⁹s fereg i. collū matricis

Almar. nad

Embrio. gnatio scdm Ga.

De dispositiōe tunice ventris q̄ dicit miracalbetan & sui cōplexione. Cap. XXVI.

Dicimus φ sup pelle q̄ expāsa est super vētre sunt octo musculi extendētes se supius & īferius & p circuitū, & sub istis musculis est tunica vētris dicta alcefac, & sub ista tunica est sepū φ extensum est sup ventre φ dicit alcerab et alahasa et petoc, q̄ sūt pleitudies vesice accidūt ex ista tūica dicta alcefac.

Alcefac

alcerab Alahasa Petoc

De dispositione mamillarum & earum complexione. Cap. XXVII.

Complexio māillarū est frigiditas & siccitas. Sunt aūt cōposite ex venis pulsatilibus & arterijs q̄ implent genere carnis q̄ dicit gidri alba cuius natura est sicut natura lactis, fuit aūt sic φ p mutatiōe sanguis ad gnatione lactis, queadmodū factū est epar ad trāsmutādū cibū in sanguine, & stomacus ad pmutandū cibū in liquorē q dicit casia, aut ad liquorē q vocat chilus. Primū instrumentū in trāsmutatiōe & maceratiōe cibi & eius dispositiōe in ipso corpe est ipm os, q̄m p masticatione pmutat cib⁹ aliq̄ mō ita φ cōueniēs est & dispositū fit vt recipiat coctionē in stomacho, & trāsglutito cibo deponit meri ipm cibū inferius & extēdit se guttur supius & trāsit inde cibus p ipm meri ad stomacū & claudit porta q̄ est orificiū stomaci post attractionē cibi cum virtute appetitiua q̄ est in ipso, deinde retinent ipm cū virtute retētiua & pmanebit cib⁹ in eo quusq̄ coquat cū virtute digestiua, et cū pfecta fuerit ei⁹ digestio assumit sibi stomacus p sui nutrimēto φ optunū est & relinqt residuū & apit fundū stomaci & eius orificiū supius contrahit & obturat & impellit supfluitates cum virtute expulsiua ad intestinū dictū duodenū, deinde ad reliq̄ intestina & retinebūt inde illud intestina donec suscipiāt īde suū nutrimētū ad modū actiōis stomaci ex magis dilecto, & impellūt residuū ad inferiora q̄ est supfluitas, & hoc fit postq̄ assumpserint nutrimentū suum stomacus, epar, & vene ppinq̄ epati q̄ dicunt almarbaz & dicunt etiā meseraice, & sunt vene existētes int stomacū & epar, etiā postq̄ assumpserint nutrimentū suū intestinū duodenū ieiunū & reliq̄ intestina, φ attrahit epar de chilo magis est valde quā id φ attrahit stomacus, postq̄ vo extiterit cib⁹ electus ī epate & ipm retinuerit donec efficiat sanguis electus a ceteris hūorib⁹ impellet ipm cū virtute expulsiua ad venas circūeuntes extremitates corpis. Fel aūt coniunctū epati factū est vt attrahat & sequestret suū nutrimentū a supfluitatib⁹ φ est co. ru. & impellit ipsam ad cistim cū virtute expulsiua & nutrit ex ea cū modico residuo φ remāsit in ipsa de pinguedine sanguis. Splen aūt factus est vt attrahat & auferat supfluitatē feculentā q̄ est co. ni. & nutrit de pinguedine sanguis q̄ residet in ipso. Renes quoq̄ facte sunt vt attrahāt aquositatē remanentē cū virtute attractiua a venis adherētib⁹ epati dōec fiat sanguis mūdus & purgatus a supfluitatib⁹ & sit decens φ nutriant de eo reliq̄ mēbra & augeātur p ipm augmēto simili & cōueniēti eis. Iuuamentū pueniēs ex ipsa sequestratiōe & purgatiōe sanguis a supfluitatibus maximū est vt euitent picula accidētia in his instrumētis, q̄m si nō attraheret fel co. ru. & remaneret cū sanguine fluēte p mēbra insurgerēt plures egritudines sicuti yctericia & vlcera & egritudines q̄ dicunt alharira & forica & egritudo q̄ dicit alcohabitama & febres que generant ex col.

Mamilla rū cōplexio

Gidri

Casia Chil⁹

Virtutis naturalis exemplū Oris digestio

Stomaci virtutes

Almarbaz. i. meseraice

Fellis operatio

Splenis operatio

Renū operatio

Vtilitas sequestrationis sanguinis a supfluitatibus

Alharira Alcohabitama

Hydropisis causa Alasteſta

& ſimilia. Splen vero ſi non attraheret co. ni. insurgerēt paſſiões. ſ. ycterícia nigra & morfeæ nigre & lenticule & pannus faciei & lepre & cancer, mania & pmixtio ſenſus & ſimilia. Renes etiā niſi attraherēt aq̄ſitates a ſanguine insurgeret ī corpe paſſio ydropica q̄ dicit̄ alasteſta aſclites & yposarta, & niſi eſſent huiuſmodi īſtrumēta & ipſo⁊ opatiões pmanerēt huiuſmodi paſſiões in corpe cōtinue, ſed poſtq̄ mūdificat̄ ſanguis ab huiuſmōi hūorib⁹, & remanet mūd⁹ diffundit̄ ad totū corp⁹ p venas ſcd'm modū quē dixius ſed dixerūt qdā q̄ flegma pcedit cū ſanguine & cōcurrit cū eo vbicunq̄ tendit, & nutrit̄ de eo corpus in defectu ſanguinis & transmutat̄ donec efficit̄ ſanguis cōſimilis & cōueniēs p nutrimēto, & eſt poſtus ſanguis in ipſo corpe in menſura debita & cōueniēti q̄ntitate, & trāſmutat̄ ad ſingula mēbra iuxta eo⁊ naturā ita q̄ in oſſibus ſit os in carne caro, in neruo neruus, in pinguedine pinguedo, in vngula vngula, in capillis capillus, &

Mēbro⁊ ſupfluitatū expulſio

expellūt poſtea mēbra ſupfluitates ipſius poſt acceptionē nutrimēti eo⁊ q̄ ſupfluitates ſunt ſudor ſtercus, ſputū, lacrime oculo⁊ & ſordicies auriū & ſimilia. Aquoſitas v̄o cū puenit ad renes attrahūt ab eis q̄ purū eſt de pinguedine ſanguinis q in eis eſt trāſmittētes reſiduū ad fel, & cū fuerit in felle occupat illud fel & retinet & attrahit de eo q̄ reſedit de pinguedine ſanguinis expellēs ſupfluū extra corpus per vrinā. He qdē ſupfluitates p̄dicte nō fruſtra fuerunt ab excelſo creatore create ſua ſublimi ſapiētia, nihil em̄ huiuſmodi creatū eſt abſq̄ ratione & cauſa in ho⁊ opatiōe. Quod eſt qa p̄dicte ſupfluitates ex attractiōe fellis habēt duos meatus quo⁊ vnus eſt ad impellendū p eū de colera ad inteſtina vt īteſtina attrahāt de ipa ad expellendū ſupfluitates & feces extra corpus, & niſi hec retinerent̄ feces & remanerent in uiſcate inteſtinis, & impellit de parte reſidua fellis ad ſtomacū aliqd vt iuuet ſtomacū ad digerendū cibū, & ſplen tranſmittit de co. ni. aliquid ad orificiū ſtomaci & mouet̄ ſua acetoſitate & ſtipticitate, deīde exit cū exitu ſupfluitatum. Supfluitates aūt groſſe habent etiā iuuamentū ad officiū nutritionis, qa reſiduū ipſa⁊ tranſmittit̄ ad inteſtinū rectū, & pter hoc factum eſt hoc inteſtinū cōcauū amplū vt ſuſtineat oēs feces, nā niſi hoc eſſet cogeret̄ homo frequenter ſurgere ad expellendū ſupfluitates ſiue magnas ſiue paruas in qualibet hora. Renes quoq̄ attrahūt aquoſitatē ſanguinis vt dictum eſt, & nutriunt̄ ex vnctuoſitate ſanguinis, ex eo. ſ. q̄ magis eis cōuenit, deinde v̄o ſuperfluū expellūt ad duos meatus q in eis ſunt ſapientiſſime facti. Quod eſt qa nos videmus veſicā q̄n apitur & non exit ex ea ventus, & p illos tranſit aquoſitas ſanguinis que eſt in vrina, & hoc eſt quia hi meatus decidūt & apeariunt vnā cellulā veſice, & vadunt inter cellulas donec pueniunt ad collū, deinde decidit̄ altera cellula, & ex hoc ſequit̄ q̄ q̄cq̄d ingreditur concauitatē cellule adheret intrinſece cellule, & cum plena eſt cōiungunt̄ cellule magis & in orificio meatuum, ita vt non fiat poſſibile aliqd retrocedere vrine puenientis ad veſicam, nec deſinit ſemp attrahere vrinā ad veſicā donec implet̄, ſed & cum plena fuerit requiritur muſculus q retineat orificiū veſice, deinde cōtrahit̄ veſica ad expellēdū vrinā extra corpus.

De differentia que eſt inter cibum & medicinam. Cap. XXVIII.

Scias q̄ opatio cibi ī corpe cōtrariat̄ opatiōi ſpeciei medicīe īgrediētis corpus, q̄m cibus trāſmutat̄ in ſuū nutrimentū & aſſimilat̄ ei et corp⁹ ex eo ſuſtētat̄ et auget̄ p ipm̄. Cibus etiā pcedit ab īterioribus corpis ad ſua exteriora & extrēa. Spēs v̄o medicinalis attrahit hūores ab oīb⁹ extrēitatib⁹ eius ad intrinſeca. Spēs v̄o laxatiua expellit humores a corpe virtute et pprietate, ppria. Laxatiuo⁊ em̄ q̄dlibet pprietatē habet attrahere hūorē ſibi ſimilē ſicut ſcāonea cuius ppriū eſt attrahere co. ru. vel ſicut carbac cuius ppriū eſt attrahere co. ni. & queadmodū colloq. cuius ppriū ē attrahere flegma, & almezerion cuius ppriū eſt attrahere aquā citrinā a corpibus ydropico⁊. Sed cū iſta cōponunt̄ adinuicē reſultat ex eis medicina cōis ad expellēdū hūores cōpoſitos. Etiā qd' dixerūt qdā medico⁊ q̄ medicina laxatiua cū puenit ad ſtōm. attrahit hūores ab extrēitatibus corpis dōec reducunt̄ ad ſtōm. deinde deponit̄ cū ipſis p ſeceſſum. Alij quoq̄ dixerunt q̄ medicina miſcet̄ cū nutrimento & pcedit cū eo p venas & mēbra, & tunc adheret medicina illi hūori que ſua pprietas eſt attrahere, & redit cū eo retrorſum ad ſtōacū, deinde emergit cū ſeceſſu. Raſis v̄o dicit q̄ cū puenit medicina ad ſtōm attrahit q̄ ppinquū ē ſibi de hūore & cū puenit ad īteſtina attrahit ſilr̄ q̄ ppīquū eſt ipſis inteſtīs, nec vltra redit ad ſtōm q̄ ē qa nō ineſt ſtō de virtute expulſiua niſi modicū ī inteſtinis aūt fortior hec virtus exiſtit q̄ ī ſtō. Signū aūt hui⁹ eſt, qa īteſtina expellūt ſupfluitates cū duab⁹ cellulis, ſtō. aūt cū vna tm̄ expellit q̄ eſt exterior, & ab ea eſt virtus laxatiōis, & magis pximū q̄ hic cū corp⁹ ſapient̄ et pfecte diſpoſitū fuerit, & cū puenit aliqd' laxatiuo⁊ ad ſtōm ſiue iuuet̄ ab ipſo ſtōaco ſiue non, attrahet hūorē quē ppriū ei⁹ ē attrahere ſiue p

Similea trahitſibi ſimile

Carbac.

Ellebori

medicinarum laxatiuarum opatiões

Raſis

pinquū siue remotū p modū q̄ trāsit nutrimē tū p corpus, & si fuerit ꝓpinquus cito pueniet ad ītestina quē cū secessu expellet. Si vo humor remotus fuerit, ibit p venas a lōge donec pueniēs ad intestina expellūt ipm. Cū aūt humor a longe trahit̄ molestius est corpi & accidit ex eo dolor & angustia magis scd'm longinquitatē mēbroꝝ ab intestinis & ipsoꝝ ꝓpinquitatē erit additio & diminutio in huiusmodi p dictis accidētibus. Si vo hūor in manibus extiterit, ꝓcedet prīo p venas q̄ sunt sup spinale dorsi, deinde vero p venas q̄ oriunt̄ ex gibositate epatis, postea p venas q̄ sunt sub epate ad loca q̄ dicunt̄ almarbacz, deīde vero ad orificia venarū adherentiū intestinis, deinde foras expellit̄. Si vo humor fuerit in pedib⁹ ꝓcedit primo p venas pedū, postea p venas que sunt sub dorso, post p venas gibositatis epatis quæ dicunt̄ alzirin, postea p venas existētes in corpe epatis, postea p venas existētes sub epate postea vo p orificia venarū intestinis adherētiū, deinde vero p secessum deponit̄. Si vero hūor fuerit in gutture & canna pulmonis, attrahet ipsum medicina a stomaco p meri mediante adherentia q̄ est inter tunicā intrinsecā ipsius meri & guttur & id q subest, donec descēdet humor ad stomacū, q qdē impellit ipm inferius Sed ille hūor necerit calidus nec multus. Similiter est de hūore descēdēte a pectore pulmone & corde ad stomacū, qa impossibile est multiplicari hūores in instrumētis spiritus, cor em̄ nō ꝓducit hūores acutos nec alios. Nam si ibi gñarent̄, mox interficerēt siue acuti siue nō acuti essent. Si vo hūor extiterit in capite, attrahet ipm stomacus p meri & fluet p ipm paulatim & p gingiuas & guttur. Sed hoc non fit in hora vigilatiōis, qa in capite meri est musculus vigorosus in deglutiōe, & cū descēdit humor in hora vigiliē p palatū & gutt' ad meri, sentit ipm hō & expellit ipm p sputū anteq̄ p ueniat ad meri. In hora vero dormitionis possibile est hūorē trāsire ad stomachū p meri preterq̄ ipm sentiat. Est aūt illud ex supfluitatib⁹ cerebri subtile & cōtinuū non inducēs stomacho dolorē & molestiā aut sincopim nisi fuerit in illis causa q̄ induceret hec talia vel p se ipsas vel p aliud ꝓpt̄ q fit stōaco necesse vt mūdificet illud ab eo. Si vero hūor fuerit in venis cerebri, attrahit̄ ad venas corporꝝ q̄ dicunt̄ alnadgin, postea ad venas iuncturarū dorsi sub panniculo, deinde ad venas gibositatis epatis, quousq̄ descendet ad intestina & ab eis expellitur foras. Medicina vero cū qua medicat̄ pulmo intus prīo vadit p meri ad stomacū & ad portā intestini recti, postea ad venas epatis & intestinoꝝ & ad venas inferiores epatis, deīde transit per venā amplā concauā, deinde ad cor tunc vero puenit ad pulmonem.

Margin notes: almar bacz.i. meseraice — alzirin — Post capitales medicinas dormiendum — algnadin

De gradib⁹ eductiōis hūorū cū medicina laxatiua supfluitatum. Cap.XXIX.

CVm sumpserit qs medicinā ꝓpriā ad euacuandū co.l.ru. medicina illa primo euacuabit co.ru. & si resederit de virtute medicine in corpe post exitū col.rub. educet flegma post illud co.ni. Si vero ꝓprietas medicinē fuerit euacuādi flegma educet̄ prīo flegma cū facilitate, deinde vero si de sua virtute in corpe resederit post egressum flegmatis educet co.ru. q si adhuc de sua virtute resederit euacuabit co.ni. Si vo ꝓprietas medicinē fuerit euacuandi co.ni. educet ipsam prīo, & post ipsam co.ru. deinde vero flegma scd'm virtutē medicinē remanētis in corpe. Qd' si medicina fuerit cōposita ex diuersis specieb⁹ ad euacuādū oēs hūores, prīo educet co.ru. cū ipsa subtilior sit ceteris hūoribus & velocioris motus, post ipsam vo flegma ꝓpter sui molliciē, vltio vero co.ni. ꝓpt̄ sui grauitatē. Si vero remanserit in medicina de virtute post hoc, & fuerit in ipso virtus vincens naturā, apiet orificia venarū & educet sanguinē. Qua ꝓpter expedit reprimere virtutē medicinē & cōstringere laxationē alio qn hō pdit̄. Species laxatiuē laxāt, qppe alteroistoꝝ modoꝝ triū, s. aut p inpressionē sicut mirabol. & interius granati, vel p lubricationē sicut psiliū, vel p acuitatē & violentiā sicut scāmonea & esula & hijs similia. Eoꝝ qdē q̄ euacuāt co.ru. potissima est scamō. q̄ pparata est sicut decet, & mirabol. citrini, aloes violē, pruna & lebleb & sucus granatoꝝ acetosorū expressoꝝ cū suo cortice & fructu, q̄ vo laxant co.ni. sunt carbac nigra, lapis armenus, epithim. agaricū, mirabol. ni. & basbazig. Quæ vo laxāt flegma eoꝝ forti⁹ est colloq. centaurea minor turbit semē angeda & medulla cartami. Eoꝝ aūt q̄ laxāt aquā citri. forti⁹ est almezerion, euf. esula, yrsa et cacia, q̄ vero educūt sanguinē sunt species mortiferē q̄s non decet nobis mēorare, & species etiā acutē qn excedūt educunt sanguinē. Medicinē vomitiuē sunt goz alkimegerion mēbe ezg alcarbac ni. alcūdex grana febres & semē altacas. Que aūt faciūt vomere cū facilitate sunt aq̄ ca. aq̄ aluminis sal indi cepa handenas baurac & aq̄ decoctionis frumēti & similia.

Margin notes: Medicíæ laxatiuæ trib⁹ modis soluūt — Medicíæ co. ru. euacuātes — Medicíæ cole. ni. educentes — Carbac. elle. ni. basbazig — Educētes phlegma Angeda — Aquā citri. soluētes Yisa cacia — Sanguinē educē. sūt mortiferē — Medicíæ vomitus goz alkimegerion membe ezg alcarbac alcūdex grana febres semen alcatass. Hādenas

De cōpositiōe medicinarū laxatiuaꝝ. Ca.xxx.

QVando volueris cōponere aliqd' laxatiuum, accipe de quolibet quantitatē vnius potionis & cōmisce illa & constitue vnam potionē ex cōposita

iuxta pportionē numeri simpliciū. Verbi gratia. Si volueris euacuare col.ru. & nig. & flegma accipiemus de scamō.3.tertiā & de collo- quint. duas tertias.3. & de epithimo.3.iiij. & ipsis cōmixtis, accipiat de toto tertia pars secū dum pportionē specierꝫ que sunt tres & non cōputet in hoc pondere id q cū eis admiscetur causa preparationis specierꝫ sicut mastix quæ intrat in pillulas G. & sicut bdelliū q intrat in pillulas alcebay & similia, & sicut aromata q̄ intrant in cōpositionē yerarū & pillularū co- thiarum. Item aliud exemplū ad hoc. Si intendimus cōponere medicinā ex quinqꝫ speciebus aut sex aut.x. necesse est nobis primo scire q̄n titatē potionis de qualibet & hoc quidē inuenitur suo loco de preparatione specierū & earum pondere, & deinde accipiemus de illa specie quantitatē vnius potionis cōplete queadmodū dictū est. Quod est qa si voluerimus cōponere medicinam de scamō. collo qn. bdellio epithimo, elleb. nigro turbit agarico violis & aloe. Accipiamus de scamō.3.ʒ.de epithimo.3 vi, carbac.3.iiij. agarici.3.ij. mastic. ꝟo & bdelliij quantitatē mediocrē & cōstituemus potionem de toto isto cōposito octauā partē ponderis quantitatē totius, qa laxatiua que in ipo cōtinent sunt octo numero, & non cōputabimus in hac summa masticē & bdelliū, erit aūt octaua pars huius.3.iiij. minus media ps octa ue partis. Si vero intendis educere certū humorem triplicabis pondus specierꝫ quarū pprietas est ipsum educere, & si volueris pones de illa specie medietatē sumptiōis & hoc scdm q inducet necessitas. Necessitas aūt cōpositionis medicine fuit ppter hoc quia si possibile esset medicari qcqd accidit ex languoribus in humano corpe cū medicinis simplicibus, non cogeremur ad cōponendū illas, sed illud impossibile est propter septē causas quas mox exprimemus. Quarū vna est si voluerimus calefacere aliquod corpus in aliquo determinato gradu & non inueniat medicina simplex faciēs illud determinate, quod est qa medicina sanatiua egritudinis esse debet eius potentie cū egritudine ppter q fuit nobis necesse miscere duas species diuersas quarū vna excedat tēperamentum in multa q̄ntitate, altera vero debilior sit ea in virtute ita q cōponitur ex eis medicina temperata caliditate. Scd'a causa est q̄m possibile sit q vna species iuuatiua non potest suū iuuamentū cōplete pficere nisi misceat cum ea specie & tunc fit facilis eius operatio ad sanationem, exemplū ad hoc. Modus faciendi marham qd' fit ex rebus mineralibus sicut martac & cerusa & limatura ferri & similibus, cuius

Alcebay

Causæ necessitatis cōpōnis medicinarū septē

1

2

Marham

cōplementū haberi non potest, nisi misceatur cū eis oleū vel acetū aut vinū aut pinguedo & similia, aut aliqd' genus gūmi vt dissoluat per alia ab eis. Tertia causa est q̄m possibile est q sit aliqua species conferens iuuamentū & in aliqua egritudine, & cū hoc cōfortabit aliqd' membrū cū lesione tn̄ alicuius alterius mēbri. Fuit ergo nobis necesse miscere illā cū alia specie p q̄ tollat nocumentū illius alterius mēbri. Verbi gratia, queadmodū admiscemus castoreum opio vt frangat potentia opij. Quarta causa est grossicies substantie ipsius speciei, q̄ si volumus transmittere ad loca remota non pueniet ad ea ppt ei⁹ grossiciē, nisi misceat cū aliq q sua subtiliatione pducat illā ad loca illa queadmodū admiscem⁹ semē apij gūmis i passione bursę, & sicut miscemus bonas species & subtiles cū terra sigillata in egritudine sputi sanguis a pectore & pulmōe. Quita causa est q̄m sunt alique res cōferētes qbusdā egritudinib⁹ aut sunt aliquę ipsorꝫ cōferētes certis corpib⁹ & cōplexiōib⁹ quaobrē puidet medicus habere penes se cōpositionē medicine aptā pluribus egritudinib⁹ sicut est tyriaca, q̄m in q̄ntū est in ipsa de carne tirorꝫ confert venenis & rebus mortiferis, in eo aūt q est ibi de opio confert fluxui, sed in eo q est ibi de terra sigillata confert sputo sanguinis, in eo ꝟo q est ibi de seminibus cōfert retētiōi vrinę. Sexta causa ē q̄m cogimur q̄nqꝫ educere diuersos hūores de corpe vnde fit nobis necesse cōponere medicinam diuersas species cōtinentē quarū q̄libet pprīū educet humorē, queadmodū est cōpositio pillularū G. ex aloe scamō. collo qn. & absinth. Nam in eo quod est ibi de scamō. educet coler. rub. In eo vero quod est ibi de collo qn. educet flegma. Septīa causa est q̄m possibile ē In multis & diuersis egritudinibus valere vnā solam speciē sicut sua natura extendit, ita q in sui opatione non requirit aliā. Veruntn̄ ipsa est fœtidi odoris sicut est haltith. Fuit ergo nobis necesse miscere cum ea aliqua aromata sicut darsen, asarū & similia. Et sicut i carbac ad miscemus dauqum & semen apij ciminum anisum & similia.

3

4

5

6

7

Haltith Darsen Carbac Elle.

De operatione cōpositionis specierum sequitur. Cap. XXXI

QVando fuerit aliqua species quæ ingreditur cōpositionē alicuius medicine cōposite fortis virtutis, oportet cōponere de ea in ipsa cōpositione in modica quantitate, sicut est opiū in virtute infrigidationis. Et sicut euforbiū in virtute calefactionis si vero fuerit debilis virtutis ponemus de ea multum, sicut frondes ros. ex debi-

litate virtutis infrigidationis quam habent & anisum ex sua debilitate virtutis caliditatis. Si vero fuerit species multi iuuamenti debilis virtutis ponemus de ea in multa quantitate vt sit eius quantitas cum additione sui sufficiens ad resistendũ ei cui deberet resistere qñ esset fortis in virtute. Si vero fuerit aliqua species debilis in sua virtute & modici iuuamenti, oportet ponere de ipsa quantitatẽ mediocrẽ sine additiõe & diminutione, quia non est multũ ponendũ de ea, eo ꝙ pauci iuuamenti est nec oĩno remouenda qa debilis virtutis est. Sed si fuerit species fortis virtutis & pauci iuuamẽti oportet ꝙ ponatur de ea in modica quantitate valde, ita vt non possit inueniri minor illa.

TRACTATVS QVINTVS DE DISPOSITIONE corporis, qui continet. Cap. vnicum.

Corpis dispões tres

Dispositiones corpis sunt tres. s. sanitas egritudo, & id ꝙ neq₃ sanitas neq₃ egritudo est. Et dico ꝙ oportet medicum scire qd est sanitas quę est eius finis & intentio, etiã qd est ęgritudo, & qd est id ꝙ neq₃ sanitas neq₃ egritudo est. Qui em̃ hęc tria ignorat medicinę artẽ non exerceat.

Sanitatis terminus

¶ Terminus sanitatis est ꝙ sit corpus in modo quo suę naturales opationes scd'm modũ naturalẽ consistant.

Egritudinis terminus

¶ Terminus vero egritudinis est qđ sit corpus in modo transgrediente modũ naturalem in quo. s. suę opationes sine medio sentiũt nocumentũ.

Sanitas triplex

Sanitas aũt dicit̃ trib⁹ modis vno modo sanitas pfecta & est ꝙ sit corpus bonæ
1 generationis cũ ex vtero orit̃, & sua membra optime cõpositiõis & eius cõplexio ęqualis & hoc est principiũ tẽperatæ sanitatis quę pfe-
2 ctior & melior in suo gradu existit. Scd'o mõ dicit̃ ꝙ sit corpus sanum aeri, & conueniẽs tẽ-
3 pori cibo & regioni. Tertio modo ꝙ sit corp⁹ equale & bonę cõpositionis in annis. Veruntamen non prolongant̃ ab ęquali cõplexione qñ quolibet istoꝝ triũ modoꝝ dicitur sanitas naturalis.

Egritudo triplex

Similiter & egritudo tribus modis dicitur, vno modo ꝙ sit corpus corruptę ge-
1 nerationis in vtero et sua mẽbra inęqualia atq₃ cõplexio, & ꝙ ipse in sua cõplexione vniuersa-
2 liter inęqualis psistit. Secundo modo ꝙ accidit ex corruptione aeris & ex tpe cibo & regione
3 & similibus. Tertio modo ꝙ sit ex diminutiõe ęqualitatis cõplexionis corpis & sui cõpositionis sicut esse aliq̃ mẽbra eius ęqualis cõplexionis & cõpositionis. Aliqua vero inęqualia q̃libet hoꝝ trium modoꝝ dicit̃ ęgritudo naturalis,

Sanitas in tribus existit

Sanitas aũt cõsistit in tribus, quoꝝ vnũ
est equalitas cõplexionis mẽbroꝝ consimiliũ 1
partium. Scd'm ęqualitas cõiunctiõis mẽbro 2
rum instrumẽtaliũ. Tertiũ est ęqualitas toti⁹ 3
corpis. Et quia modi sanitatis sunt tres, sequit̃

Egritudinis modi tres

modos egritudinis esse tres. Vnus est egritu-
do accidens mẽbris cõsimiliũ partiũ. Scd'us est 1
egritudo quę accidit in mẽbris instrumentali- 2
bus. Tertius est egritudo cõmunicans mẽbra 3
consimiliũ partiũ & mẽbra instrumentalia q̃
dicit̃ solutio continuitatis.

neutri etiam tres modi

¶ Illud aũt ꝙ neq₃
vere sanitas nec egritudo est tribus modis est.
Aut ꝙ sint in corpe simul sanitas & egritudo 1
in diuersis membris, sicut hominis corpus ceci 2
aut claudi, aut ꝙ nullũ membroꝝ sit in bona 3
pfectione sanitatis quẽadmodũ corpus senis,
aut ꝙ sit corpus in aliquo tpe sanũ & ĩ aliquo egrum. Verbi gratia ille cuius cõplexio fuerit calida vt in pluribus egrotabit in ęstate in hyeme vero sit sanus. Cuius aũt complexio fuerit humida egrotabit in pueritia vt plurimũ, in senectute vero erit sanus & econtrario.

TRACTATVS SEXTVS DE DISPOSITIONE ęgritudinũ, qui diuidit̃ in ca. viginti quinq₃. Cap. I.

Egritudines membroꝝ cõsimiliũ ptiũ sunt octo

Aegritudines cõplexionis mẽbroꝝ cõsimiliũ partiũ sunt octo, quoꝝ. iiij. simplices sunt, calida, frigida, sicca & humida, cõposita vero sunt calida & humida, calida & sicca, frigida & humida, frigida & sicca. Siue sint egritudines in sua qualitate simplices, siue ex causa humoris.

Egritudo cali. simplex

Aegritudo ca. absq₃ humore est sicut febris ptisis & febris effimera quæ generatur ab excessu caloris solis, aut ex tristitia, aut ex labore & ex suspirijs & similibus.

Egritudo ca. hũoral'

Aegritudo vero quę fit ex causa humoris, vt apostema & febres putridæ.

Egritudo frigi. simplex

¶ Aegritudo autem frigida quæ generatur sine humore est sicut amissio sensus ex frigore quæ dicitur algamor. i. congelatio, & sicut harcha. i. motus capitis inuoluntarius accidens, absq₃ precedente euacuatione.

Algamor .i. cõgelatio.

Harcha

Egritudo fri. humo.

¶ Agritudo autem frigida ex causa humoris est sicut amissio medietatis partis corporis quæ dicitur alpelag & ægritudo quæ dicitur tortura faciei arabice hallacna.

Alpelag .i. palisis

Hallacna

Egritudo sicca simplex

Aegritudo sicca absq₃ humore est illa quæ accidit corpori ex siccitate in hora euacuationis repletiõis.

Egritudo sicca. hu.

¶ Aegritudo autem sicca quę accidit cum humore est sicut cancer & dura apostemata quæ fiunt ex colera nigra.

Egritudo humi. simplex.

Aegritudo vero humida sine humore est quod sit corp⁹ hũidũ natura, aut loc⁹ apatis sit hũid⁹.

Egritudo humida humo.

Aegritudo vero hũida q̃ accidit ex causa hũoris est sicut ydrops & scabies hũida & similia.

Aegritudines membrorum instrumẽtaliũ sunt quatuor

¶ Aegritudines mẽbroꝝ instrumentaliũ sunt iiij. s. ęgritudo quę fit in principio generatiõis & ęgritudo quę fit in q̃ntitate mẽbroꝝ ęgritudo quę fit in numero eoꝝ, & ęgritudo quę fit in eoꝝ situ.

Egritudines generationis sũt quinq;

Ęgritudo dispositionis

¶ Aegritudines generationis q̃ qdẽ est dispositio figurę sunt qnq;. s. ęgritudo quę fit in dispositiõe, & ea quę fit in foraminibus & cõcauitatibus & asperitas & leuitas. Aegritudo facta in dispositione est extensio capitis & obliq̃tas pedũ & sicut illud ꝙ accidit in iuncturis dorsi. Quoniã q̃nq; declinant intus vel extra cum febre & accidit gibositas.

ægritudo concauitatis & foraminum

Aegritudo aũt quę fit in cõcauitate est sicut illa quę accidit cõcauitati stomaci ex dilatatione & sicut repletio cõcauitatũ pedũ & manuũ & repletio cõcauitatis auriũ & similia. Nam quãdocunq; accidũt huiusmodi, desinit mẽbrũ a suis naturalibus ꝓationibus. Aegritudo aũt quę fit in foraminibus sicut sunt meatus, qđ est qa q̃nq; cõstringunt̃ aut ampliantur sicut q̃nq; accidit oppilatio in venis & in foraminibus extrinsecis corpis solutio & coartatio, & illud ꝙ aduenit ventriculis cerebri, ita ꝙ resultat epilẽtia & amissio medietatis ꝑtis corpis & apoplexia, & sicut oppilatio q̃ fit in epate ex humoribus grossis & viscosis & sicut oppilatio quę accidit matrici cũ generat̃ in ipsa caro in qua non est ventus.

ægritudo aspitatis

Aegritudo vero asperitatis est sicut asperitas cannę pulmõis, & illud ꝙ accidit ex hoc de oppilatiõe gutturis ex grossis humoribus.

ægritudo leuitatis

Alzelac

¶ Aegritudo aũt leuitatis est sicut leuitas stomachi & intestinoꝝ sicut cũ accidit in ipsis ęgritudo lubricitatis quę dicit̃ alzelac q̃n desinit retinere cibũ et ꝙ accidit in matrice. Similiter ex humore viscoso quod prohibet ipsam retinere semen & queãdmodũ aduenit ossibus ex hũoribus ad ea fluentibus donec priuant̃ a g̃natione carnis in se ipsis, ita qđ sit necesse remouere ab eis illã lubricitatẽ vt nascatur caro.

ægritudo mẽbrorũ in quantitate

¶ Aegritudo vero in q̃ntitate mẽbroꝝ est sicut augmentũ vel diminutio linguę vltra q̃ꝫ oportet ꝓpter ꝙ impedit̃ sermo, & sicut q̃n auget̃ caro in ambabus extremitatibus oculi, vel diminuit̃ magis q̃ꝫ oportunũ sit quæ ambo offendunt oculũ. Nam illa caro facta fuit tegumentũ loci existentis inter oculum & nasum. Sed cũ excedit ꝓhibet lacrimas & cęteras sup̃fluitates oculi descendere ad nasum & coartat̃ ibi & accidit inde in oculis ægritudo, q̃n v̾o remittit̃ post huiusmodi caro magis q̃ꝫ oportunũ sit, fluẽt lachrimę frequẽter.

ęgritudis ĩ numero diuisio

Aegritudo vero in numero diuidit̃ in duo. s. in additionẽ & diminutionẽ. Additio vero duobus modis est qa aut est additio naturalis sicut superfluus digitus, aut est non naturalis sicut passio ydropica, & passio quę dicit̃ alcola & est febris quę arabice dicit̃ aluezal & vermes qui generant̃ in intestinis & verrucę et vngula oculi quę dicit̃ alcafra.

Alcola

Aluezal

Alcafra

ægritudo situs duobꝰ est modis

Aladra

Aegritudo aũt situs duobus modis fit, aut enim erit dislocatio, aut corruptio societatis. Dislocatio ẽ sicut dislocatio alicuius iuncturarũ & sicut crepatura quę vocatur aladra ꝙ est descẽsus intestinoꝝ ad bursam, ita ꝙ intestina erunt desubter ventrẽ quãobrem accidit panniculo ventris vt dilatet̃ locus per quẽ descendũt intestina.

corruptio societatis duobus modis est

¶ Corruptio aũt societatis duobus modis est. s. aut ꝙ cõiungant̃ mẽbra sicut cõiunctio labioꝝ adinuicẽ, aut ꝙ separent̃ & disiungunt̃ sicut accidit labiis & oculis in passione torturę faciei.

solutiões continuitatis

¶ Aegritudines vero quę fiunt in mẽbris cõsimiliũ partium & in mẽbris instrumẽtalibus sunt illę q̃ dicunt̃ solutiones continuitatũ, & possibile fit hic fieri in mẽbris cõsimilibus tm̃, ita ꝙ non in aliis fit etiã q̃nq; in mẽbris instrumẽtalibus tm̃ Aegritudo aũt talis quę fit in mẽbris cõsimilibus si fuerit in ossibus dicit̃ fractura. Si fit in carne & non fuerit diu facta dicet̃ vlcus, si vero diu ꝑmanserit dicetur vlceratio, q̃n vero fit in cuti & nuper dicet̃ excoriatio. Si vero fit in capite lacerti dicit̃ scissio, si ĩ medio sui dicet̃ truncatio. Quod aũt accidit in venis pulsatilibus dicitur emborisma vel auenrisma. In venis aũt non pulsatilibus dicitur incisio.

Fractura

vlcus

vlceratio

Excoriatio

Scissio

Trũcatio

ægritudo cõseq̃ues mẽbris cõsimilibus & instrumẽtalibꝰ

Aegritudo aũt cõmunicãs mẽbra cõsimilia & membra instrumentalia est sicut detruncatio manus & pedis. Totaliter aũt sicut apostema calidũ ꝙ est ęgritudo aduenĩẽs mẽbro instrumentali quia mẽbrũ magnificat̃ ex tumore ipsius. Est etiam ęgritudo aduenĩẽs membro cõsimili ex calore qui est in ipso.

Signa egrediẽdi modũ naturalem. Ca. II.

Mẽbris transgrediẽtibus tria accidunt

IMpossibile est non aduenire alicui mẽbro transgredienti modũ naturalẽ tria. s. ęgritudinẽ accidens & causam. Causa quidem ęgritudinis est id ꝙ ipsam generat. Aegritudo aũt est causa accidentis. Verbi gratia putredo humorũ est causa febris & accidũt fe. quędam accidentia sicut mutatio pulsus, calor & molestia. Aegritudo aũt est ipsa fe. putredo causa ęgritudinis. Alteratio aũt pulsus et calor sunt accidentia cõcomitantia ęgritudinẽ. Et hoc qdẽ exemplũ est de ęgritudine causa & accidente in mẽbris cõsimilibus. In mẽbris aũt instrumentalibus vt lapis generatus in vesica est causa oppilationis meatuũ vesicę. Vnde seq̃tur retẽtio vrinę. Accidens ergo est ipsa oppilatio meatus causa vero lapis, ęgritudo vero retentio vrinę

quæ conſequit̃ ad ipſum. Exemplũ quoq; ſe-
parationis cõtinui eſt hic, qm̃ poſſibile eſt eſſe
humorẽ calidũ in carne & cuti, ita vt generet
apoſtema, & ad hoc ſequit̃ dolor. Eſt ergo a-
poſtema ęgritudo humor aut eius cauſa, ſed
dolor eſt accidẽs ipſum cõcomitans, & poſſi-
bile fit qñq; cõmunicari mẽbra in ipſis mor-
bis adinuicẽ & fit vna & eadẽ res morbus &
cauſa morbi qm̃ oppilatio eſt morbus mẽbro
rum inſtrumentaliũ & fit cauſa febris. Febris
aũt morbus mẽbroꝝ cõſimiliũ eſt, ſimilit̃ qñ
euulſus fuerit aliqs dẽtiũ de loco ſuo eſt mor
bus defectus in numero & fit cauſa impedimẽ
ti accidentis ſermoni. Similiter etiã inciſio vuu
lę quę dicit̃ eſt morbus de genere diminutiõis

Corpus ex tribus cõponit̃

& fit cauſa laxationis aduenietis voci. ¶ Cor
pus ex tribus cõponit̃. ſ. ex membris ſolidis &
humoribus liqdis & ſpiritibus ſubtilibus hu-
mores ſunt materia de qua fiunt mẽbra. Sed
ipſa non ſunt mẽbra, humores aũt & ſpiritus
qñ non pſiſtunt in ſuo modo naturali fiũt cau
ſę ęgritudinũ, & non ſolũ in eoꝝ q̃litate conſi
ſtit ſanitas & ęgritudo, ſed etiã in eoꝝ quanti-
tate. Nam cũ excedit aliqs humorũ vel ſpiritu
ũm ſi calidus eſt calefacit corpus, ſi vero frigi-
dus infrigidat illud & ſcđm hunc modũ ponẽ
dum eſt de reliqs humoribus atq; ſpiritibus.

Cauſarũ ſanitatis ęgritudinis & neutralitatis cuiuſlib; diſtinctio

¶ Diſtinctio cuiuſlibet cauſarũ ſanitatis, ęgri
tudinis & neutralitatis cõſiſtit in tribus videli
cet aut in corpe in quo vnũ iſtorũ triũ inuenit̃
aut in cauſis efficientibus illas, aut in ſignis il-
las oſtendẽtibus. Et dicũt ꝙ cauſarũ duę ſunt
ſpecies naturales & accidẽtales. Naturales qp-
pe aut efficiũt ſanitatẽ ab ipſa ęgritudine, aut
conſeruant ipſam ſanitatẽ. ¶ Cauſę vero tranſ
gredientes modũ naturalẽ etiã duobus modis
ſunt, qa alię ſunt efficiẽtes ęgritudinẽ in ſanis
& cõſeruant ęgritudinẽ in ipſis, alię vero effi-
ciunt illud ꝙ neq; ſanitas nec ęgritudo eſt, &

Sex res nõ naturales ab antiquis vocatę filię elemẽtorum

illud ſimiliter conſeruat. Species aũt cauſarum
cõmuniũ ſanitatis & ęgritudinis quas antiqui
filias elementoꝝ appellauerũt ſunt ſex. Aer cir
cundans corpa, cibus & potus, ſomnus & vi-
gilia, motus & qes, cõſtipatio ventris, ac eius
lenitas & animales cogitationes, alij vero ad-
iunxerunt hijs coitũ & balneũ, & iſta ſex quã-
do fuerunt modo debito in quãtitate & q̃lita-
te & tpe debito cõſeruãt ſanitatẽ in ſuo modo
& ordine conueniẽti & efficiunt ipſam. Si ve-
ro econtra fuerint cõſeruãt ęgritudinẽ et effi-

Spẽs cauſarũ ægritudinis tres

ciunt ipſam. ¶ Species aũt cauſarũ ęgritudinis
ſunt tres qa quędã ſunt quę dicunt̃ primę vel
pcedentes. Et hęc ſunt cauſę quæ mouent̃ in-
tra corpus ſicut plenitudo inanitio & ſimilia.
Alię vero ſunt concomitantes & hęc ſunt illæ
quæ cum fuerint neceſſario erit ęgritudo ſicut
calor ſanguinis & eius putredo ex quibus ge-
neratur febris & pſiſtit & durat q̃ diu illa du
rant. Alię vero ſunt q̃ dicunt̃ extrinſecę, qa ab
extra ꝑueniunt corpi ſicut calor frigus humi-

Cauſæ ægritudinis duæ

ditas. Cauſę ęgritudinis ſunt duæ cõmunis &
ꝓpria. Communis aũt eſt duplex neceſſaria &
accidẽtalis. Accidẽtalis eſt ſicut pcuſſio lapidis
& inciſio gladij & morſus leonis, & morſus
ſerpentis. Neceſſarię vero ſunt illę ſex q̃s dixi

Modi cauſarũ ægritudinis ſex

mus. ¶ Modi aũt cauſarum ęgritudinis ſunt
ſex quoꝝ primus eſt ꝙ aduenit de ęgritudini
bus in mẽbris cõſimilibus & cõſeruat illud vel
ꝙ aduenit in membris inſtrumentalibus & qđ
efficit & cõſeruat diſtricte vel ex motibus ani 1
mę, vt ira, vel ex motu corpis vt labore. Scđus 2
modus eſt ſenſus caloris actu apparẽtis vt ca-
lor ignis & calor ſolis & ſpecies calidę manife
ſte. Terti⁹ ẽ vſus rerũ calidarũ potẽtia vt cępe
& allea & ſimilia. Quartus oppilatio poroꝝ 3
vt balneatio in aqs aluminoſis & ſimilibus ex 4
qua reſtringit̃ calor naturalis. Quintus eſt pu- 5
tredo ꝙ eſt qa res non putreſcit niſi per calorẽ
naturalẽ & ad ꝙ ſit contra illud. Sextus vero 6
eſt modica quantitas cibi quẽ ſuſcipit corpus,
tunc enim circuit calor naturalis ipſum corpus

Modi cauſarum ęgritudi. frigi. ſunt octo

& nutritur de ſuo humido. ¶ Modi aũt cauſa
rum ęgritudinis frigidę ſunt octo. Quoꝝ vn⁹
eſt ſenſus frigoris actu apparentis, vt frigidi-
tas niuis. Scđus qñ vtit̃ corpus re frigida po-
tẽtia ſicut opio & ſimilib⁹. Terti⁹ eſt qñ mul
to cibo vtitur corpus, ita ꝙ calor naturalis ex- 1
tinguitur. Quartus eſt qñ modico in cibo vtit̃ 2
corpus donec extenuat̃ et calor naturalis extin 3
guit̃. Quintus eſt multa oppilatio retinens ſu- 4
perfluitates donec prohibet̃ calor naturalis ex 5
tendi per corpus. Sextus eſt mollicies corpis 6
eiuſq; laxitudo ita ꝙ calor naturalis diſſoluit̃.
Septimus eſt multus calor q frequenter diſſol 7
uit calorẽ naturalẽ. Octauus vero eſt abun- 8
dans qes qa qñ multa quies cõtinuauerit ꝓhi
bebit exitũ ſuperfluitatũ & coartant̃ in corpe
& extinguunt calorẽ naturalẽ ex quo aduenit

Cauſæ ægritudinis ſiccæ quatuor.

paſſio frigida. Cauſę vero ęgritudis ſiccę ſunt
iiij. quarũ eſt prima ſenſus ſiccitatis actu, vt ſic
citas ſpecierũ calidarũ & ſimiliũ. Scđa eſt vſus
corporis reb⁹ ſiccis potẽtia vt aceto et ſale et ſi 1
milibus. Tertia eſt extenuatio corpis p modi- 2
cum cibum & potum & nimia cautela in cibis. 3
Quarta vero nimius motus & ſollicitudo vigi 4

Cauſæ ægritudinis humidæ quatuor

lia & labor et ſimilia. Cauſę aũt ęgritudinis hu
midę ſunt. iiij. Quarũ prima eſt vſus corpis re
humida actualiter ſicut balneatio in aquis dul
cibus & ſimilibus. Scđa eſt vſus rei humidę
potentia ſicut vſus piſcium recentium & hu- 1

 2

3 midorum ciboꝝ. Tertia eſt multus cibus &
4 potus. Quarta vero quies & ociū. Modi vero
causarū egritudinis que fit ex malitia cōplexi=
onis cū humore aduenientis mēbro ſunt qnꝙ
Primus eſt fortitudo mēbri expulſiui. Scđs
debilitas mēbri recipiētis. Tertius eſt multitu=
do humoris. Quartus debilitas virtutis nutriti
ue. Quintus amplitudo meatuū ꝙ eſt ꝗa cum
aduenit mēbro debilitas, impellunt ad ipſum
1 mēbra fortiora eo & ſupfluitas & generantur
2 ex his apoſtemata ſcđm ſupfluitates ꝗ impel=
3 lunt ad ipſum ſiue calide ſiue frigide aut ſubti
4 les, aut groſſe. Species aūt cauſarū ex ꝗbus ad
5 ueīt nocumētū diſpoſitiōi mēbri naturalis ſūt
tres. Vna eſt qñ diſpoſitio corrūpit in ipſa ge
neratione embrionis in vtero ob multitudinē
ſpermatis. Aut eius paucitatē aut groſſiciē aut
tenuitatē. Scđa eſt in ipſo exitu embrionis ex
vtero ſi exierit inepto modo, videlicet aut ſupi
ne aut ſup altero laterum & hijs ſimilibus qui
1 modi īepti & inoportuni ſunt. Tertia eſt ꝙ ac
2 cidit puero tpe ſue nutritionis vt cū fertur &
3 faſciatur & ſoluit ei ambulatio ante tēpus de=
bitum & hijs ſimilia & corrūpit diſpoſitio ex
contractione nerui. Nam illa ps que cōtrahit
attrahit partē ſanā ad ipſam. Corrumpit etiā
ex amiſſione ſenſus in altero laterū qđ vocat
alaſtracha qñ accidit ī vno latere incidit ad par
tem ſanā & inclinat ad ipſam & corrūpit ex in
ciſione nerui vel apoſtemate vel vulnere & cor
rumpit ex nimia pinguedine vel macie corpis,
& corrūpit ex fractura vel cōtuſione. Corrū=
pitur etiā ex ſupfluitatibꝰ humoꝝ, quēadmo
dum accidit leproſis extenſio naſi & tortura di
gitoꝝ & mutilatio ipſoꝝ, & quēadmodū ac
cidit ptiſicis alteratio in ſuis oculis et acuitas na
ſi & extenuatio timpoꝝ. Cauſe vero ſtrictu=
re meatuū ſunt tres, adheſio, clauſio, & oppila
tio. Adheſio aūt fit octo de cauſis. Quarū pri=
1 ma eſt fortitudo virtutis expulſiue. Scđa debi
2 litas virtutis expulſiue. Tertia abundātia frigi
3 ditatis. Quarta abundantia ſtipticitatis. Quin=
4 ta abundantia ſiccitatis. Sexta ſtrictura adueni
5 ens incarceratis vinculis, aut ferris vehementer
6 oppreſſis & hijs ſimilibus. Septima leſio adue
7 niens diſpoſitioni mēbri vt prediximus. Octa
8 ua vero ex eo ꝙ generat ibi apoſtema, aut ge=
neratio carnis precedēs apoſtema. Oppilatio
aūt fit ex aliꝗ re interpoſita meatibꝰ ſicut lapis
generatus in renibus & veſica. Aut ſanguis co
agulatus vel humor, aut aliqua res generata in
ipſis meatibus ſicut caro addita aut dura apo=
ſtemata que dicunt alachul latine verruce. Cau
ſe aūt ampliatiōis meatuū ſunt, iiij, quarū vna
eſt malus motus a virtute expulſiua. Scđa eſt

Modi cauſarum ægritudinis ex malicia complexionis humoraꝝ ſūt quiꝙ

Spēs cauſarum nocumētoꝝ aduenientiū diſpōi mēbri naturalis ſūt tres

Alaſtracha

Cauſæ ſtricturæ meatuū tres

Adheſio fit octo de cauſis

Alachul

Cauſæ ampliationis meatuū ſunt quatuor

debilitas virtutis retentiue, ex qua mollificant 1
meatus ,pter id ꝙ frequēter diſſoluit & tran 2
ſit p eos. Tertia eſt exceſſus caliditatis & humi 3
ditatis quia hoc etiā remollit eos. Quarta vero 4
ex medicinis aperitiuis. Cauſe vero ſpiſſitudi=
nis ſunt due, vna eſt que fit ab extra ſicut aſpe
ritas pulueris & fumi ſpecierū odoriferarū ca 1
lidarū. Scđa eſt que fit intra ex ſupfluitate ſal 2
ſa & ſimilibꝰ. Cauſe vero lubricitatis ſunt due
vna eſt intrinſeca ſicut humor viſcoſus ꝗa lu
bricari facit matricē inteſtina & ſtomachū. Se 1
cunda eſt extrinſeca ſicut id ꝙ ſequit ex liniti= 2
one oculi & ſimiliū. Cauſe aūt magnitudinis
membri ſunt tres, aut quia ex abundantia hu
moris in matrice, aut ex abūdantia virtutis, aut
ex ambabus ſimul. Cauſe vero diminutionis
mēbri ſunt, iiij. Quarū vna eſt defectus humo
ris in matrice. Scđa eſt debilitas virtutis. Ter=
tia qñ ambe concurrūt ſimul. Quarta vero ꝙ
ab extra euenit vt inciſio, cōbuſtio ignis & fri=
gus & putredo. Cauſe vero additionis numeri
mēbroꝝ ſunt tres, aut erit additio naturalis ꝗ 1
eſt abundantia materie naturalis, aut ex ſupera 2
tione virtutis, aut ex ambobus ſimul. Cauſe 3
vero defectus numeri mēbroꝝ ſunt due, quia 4
aut ab ītra & hoc fit ex defectu materie, aut ex
defectu virtutis, aut ex remiſſione ambarū ſi=
mul, aut ab extra ſicut cōbuſtio ignis & inciſio
& extremitates corpis que cadunt ,pter frigi
ditatem & putredinē. Cauſe vero diſſocatiōis
mēbri ſunt, aut de defectu, aut ex humoribus
excedentibus modum debitū mollificantibus
membrū & laxantibus illud. Cauſe aūt cōiun=
ctionis duoꝝ membroꝝ vt nō ſeparent ſunt
aut ex ipſa generatiōe hoīs, aut ex vlcere ꝙ
aduenit eis. Coniunctio aūt vt ſeparat, fit aut
ex ſpiſſitudine, aut cōſtrictiōe aut poſt vlcus.
Cauſe aūt ſegregatiue cōiunctionis ſunt due.
Aut ab extra ſicut id ꝙ ſciſſum et inſciſſum eſt
ex vlcere antiquo, aut ex diſtractione, vt cū fu
ne, aut ex concuſſione vt cū lapide. Scđa vero
intrinſeca eſt, aut ex humore acuto ꝗ incidit, 1
aut ex ventoſitate groſſa attrahente, aut ex hu 2
more groſſo incidente membrum.

Cauſæ ſpiſſitudinis ſunt due

Cauſæ lubricitatis duæ

Cauſe magnitudinis mēbri ſunt tres

Cauſæ diminutionis mēbri ſūt ꝗtuor

Cauſe additionis numeri ſunt tres

Cauſe defectus numeri due

Cauſe diſſocationis mēbrorum

Cauſe cōiunctiōis duorum mēbroꝝ

Cauſe ſegregatiue cōiunctionis due

Species ſignorum. Cap. III.

SPecies ſignoꝝ ſunt tres alia ſunt ſignifica
tiua ſanitatis, alia vero ſignificatiua egri=
tudinis, alia vero neutralitatis. Sed quēli=
bet harū duas ſpecies habet, quia alia ſunt ſigni
ficatiua in mēbris cōſimilibus & hec ſunt ma=
terialia & accidētalia. Species aūt materialium
ſunt, iiij, calidū frigidū humidū & ſiccum, & di
cuntur materialia, quia cū ſcimus cōplexiōem

Species ſignoꝝ tres

declinantē ad alterū istorum, scimus ꝙ egritudo
ab eo euenit & ꝓpter illud est. Accidentalia ve=
ro sunt cum egritudo fit ex duricie vel mollicie
vel rubedine & similibus talia dicunt̄ signa ac=
cidentalia. Species aūt signorum accidētaliū sunt
tres. Quedā sunt quæ ꝑcipiunt̄ tactu vt duri=
cies. Quedā vero que ꝑcipiunt̄ ꝑ opationes ꝑ
fectas et diminutas sicut amissio sensus & mo
Signa mēbrorum instrumētalium
tus & malicia digestionis & similia signa. ¶ Si=
gna vero mēbrorum instrumentaliū duob⁹ mo
dis sunt. s. materialia & accidētalia. Materialia
sunt quatuor. s. dispositio, quantitas, nume=
rus & situs. Accidentalia quoq; sunt, scilicet
formitas & difformitas, & ꝙ inter eas est de
perfectione opationū & earum diminutione.
Species quoq; signorum maiorum sunt tres quorum
alia significāt preterita & dicunt̄ recordatiua.
Sicut qn̄ videmus corpus madefactū scimus
ꝙ sudor precessit. Alia vero significāt presen=
tia & dicunt̄ demonstratiua, queadmodū si in
uenimus pulsum magnū & freq̄ntē significat
nobis vigor & excessus caloris, ita ꝙ natura in
diget attractione aeris cū velocitate & scimus
ex hoc ꝙ virtus sit fortis. Alia vero significāt
futura & dicunt̄ presignificatiua, sicut qn̄ vi=
demus saltū inferioris labij significat nobis ꝙ
vomitus venturus est, quod est q̄a stomachus
cōtinuat̄ musculis oris, & qn̄ existunt in ipso
colere pungitiue vise cōmouet̄ causa ipsarum
inferius labiū. Et ostendit̄ nobis quod humor
ille impellit̄ de stomaco ad os, sic̄r qn̄ apparet
grauedo capitis cū febre, & vident̄ ante oculos
Signa & accidētia idem
infirmi colores & senserit pruritū in fronte in
die cretica significāt nobis hoc qđ superueniet in
firmo fluxus sanguinis a naribus. Inter signa
vero & accidētia non est differentia nisi in no=
mine. Sunt enim ipsi infirmo accidētia, sed me
dico signa intentio vero eadem est. ¶ Species
quoq; istorum accidētiū sunt tres, quedā em̄ exi=
stunt in operationibus sicut amissio sensus &
priuatio pulsus & malicia digestionis. Quedā
vero existunt in corpe sicut ycterícia, alia vero
existunt in hijs que a corpe exeunt quorum spe=
cies sunt tres, quia vel fiunt in eis aliqua pars
membri vel aliud contentū in ipso, vt mutatio
vrine ad nigredinē & similia. ¶ Modi aūt acci
dentiū opationū sunt tres, q̄a aut est amissio
opationis totius sicut cecitas & surditas & si=
milia. Aut amissio partis eius sicut tenebrosi=
tas visus & tardatio digestionis, aut mutatur a
suo esse, queadmodū apparere alicui acus, aut
capillos & paleas & huiusmodi, aut mutat̄ ei⁹
cibus in sua digestiōe ad acetositatē, aut ad fu=
mositatem & mutat̄ eius egestio a modo con=
sueto sicut mutant̄ tempora somni & vigiliæ

& reliqua negotia eius. ¶ Species aūt acciden=
tium in corpe existentium sunt. iiij. Quarū alia
ꝑcipiunt̄ visu quemadmodū ycterícia morfea
alba & nigra, nigredo lingue & albedo & simi
lia. Alia v̄o ꝑcipiunt̄ olfactu, sicut foetor aneli
tus, foetor sudoris, foetor nasi & subasellarū.
Alia quidē ꝑcipiunt̄ gustu sicut salsedo amari
tudo & acetositas. Alia vero ꝑcipiunt̄ tactu
vt lenitas & asperitas. Et possibile est apparere
quedā sensibilia in vno mēbro que significa=
bunt egritudinē latentē in alio membro quem
admodū rubedo faciei significat apostema ca=
lidū in pulmone & spasmatio vngularū signi=
ficat, similiter vlcus pulmonis. ¶ Species autē
accidentiū existentiū in hijs que a corpe exeunt
sunt due. Quia alia ꝑcipiunt̄ auditu alia habēt
vero ꝑfectū exitū que ꝑcipiunt̄ auditu, sicut
sunt sternutatio & rugitus ventris & sonitus
intestinorum inferius descēdentiū & debilitas vo
Signa mēbrorum extrinsecorum
cis sicut raucedo gutturis, quorum aūt eorum exi=
tus est ꝑfectus. Alia exeunt scd'm modū natu=
ralem sicut fluxus sanguinis, alia scd'm modū
naturalē in quantitate sicut vrina sudor & ege
stio, alia in qualitate, vt vrina nigra & similia.
Signa mēbrorū intrinsecorum sex mōis significāt
Signa vero apparentia in mēbris de hijs quæ
apparent sensu sicut mutatio coloris cutis ei=
usq; mollicies & duricies. Caliditas & frigidi=
tas, generatio ipsius & numerus ipsarū partiū. 1
Signa vero mēbrorum intrinsecorum sex modis si 2
gnificant̄. Vno modo ex lesionibus incidētib⁹ 3
in operationibus. Scd'o modo ex eo ꝙ exit de 4
corpe. Tertio ex ꝓprio dolore loci. Quarto 5
ex alteratione mēbri ab egritudine. Quinto ex 6
Signa medico indicātia decem
participatione sicut participāt dentes facies ce=
rebrum & stomacus. Sexto ex inuestigatione
negociorum infirmi eiusq; artis, & vsus eius, ꝙ
eum offendit aut iuuat & quale fuerit suū re= 1
gimen & tēpus sue egritudinis. Signa vero q̄ 2
indicant medico in medicina sunt decē. Primū 3
est cognitio speciei egritudinis, secūdum causa 4
ipsius. Tertiū virtus infirmi. Quartū cōplexio 5
sue nature, tpe sanitatis eius. Quintū ex ipso in 6
firmo. Sextū ex sua cōsuetudine. Septimū co= 7
gnitio aeris & tēp⁹ presens tēporum anni. Octa 8
uum regio & locus habitationis infirmi. No= 9
num cognitio aeris tempore egritudinis. Deci 10
Alia decē signa
mum etas eius. Et hec quidē decē sunt, quasi
matres quas subintrant. Alia. x. signa. Quorū 1
vnum est ex sui arte. Scd'um ex suo vsu medici 2
ne & cibi tpe egritudinis. Tertiū cubile suum. 3
Quartū somnus eius. Quintū color corporis 4
Sextum eius appetitus ad ea q̄bus vsus est de ci 5
bo & potu. Septimū ex egestionibus vtrū con 6
stipatus vel fluxibilis fuerit. Octauum tactus 7
pulsus eius. Nonū demonstratio vrine. Deci= 8
9
10

mum vero tactus sui corpis vtrũ calidũ aut fri
gidum vel humidũ vel siccũ, aut macilentũ aut
pingue. Alij vero addiderunt ad hęc gustũ su-
doris infirmi vtrũ amarũ aut dulce & similia.

De plenitudine & eius signis. Cap. IIII.

Plenitudo duplex
Plectoria scd'm vasa

PLenitudo duobꝰ modis est. Quarũ vna
est plectoria facta. Scd'm vasa, alia vero
quæ scd'm virtutem est. Plectoria scd'm
vasa est qñ supabũdat plenitudo sanguinis &
spiritus & humoꝝ in cõcauitatibus venarum
considerata eoꝝ ꝓportio est quę in ipsis ante
hunc excessum fuerat & corpus cũ hoc sanum
& robustũ existit hanc appellant medici pleni-
plenitudo scd'm virtutem
tudinẽ scd'm vasa. Quando aũt excesserit pleni
tudo quãtitatẽ debitã nutrimẽti corpis, donec
natura non potẽs totũ ipsum transmutare re-
liquit partẽ ipsius cũ sufficiat sibi ps eius, talis
plenitudo dicit̃ scd'm virtutẽ & hę qdem am
bę species plenitudinis generãt ęgritudines nisi
Signa p'ectorię secũdũ uasa
pseuerauerint in euacuatione. Signa vero pri
mę plenitudinis, sunt rubedo corpis & eiꝰ gra
uedo ociũ amplitudo venarũ, multitudo som
ni, amplitudo oris, extensio brachioꝝ, extẽsio
mẽbroꝝ. Corruptio cogitationis, obliuio &
grauedo capitis, corruptio visus, magnitudo
pulsus venarũ, guttatio sanguinis a naribus &
a gingiuis Et ex eo ꝙ a natura vsus fuerit mul
titudine ciboꝝ generantiũ sanguinẽ & multo
Signa plectorię secũdũ ỹtutem
potu, qete & ocio. Signa vero secũdę repleti-
onis sunt priuatio appetitus cibi, grauitas ĩ mo
tibus & pigritia & reliq signoꝝ q̃ diximus in
prima plenitudine pręter rubedinẽ & amplitu
dinẽ venarũ, & ꝙ pulsus non erit magnus, &
vrina erit paucę tincturę & indigestę & in plu
ribus generant̃ ęgritudines ante principiũ hu-
Regimẽ repletiõis
iusmodi signoꝝ. Est ergo necesse patiẽti hanc
plenitudinẽ regere se ĩ modico cibo & potu &
subtiliare ipsum & vti hijs maxĩe quę generãt
modicũ sanguinẽ, et si voluerit educere de san
guine educat de eo paulatim in diuersis tempo
ribus & assuescat subtrahere flegma & alleui-
are illud & sudare in balneo aut qd tale. Pri-
mus aũt indiget minutione sanguinis & in mul
ta quantitate & subtrahat de plenitudine quan
do stomacus plenus est cibo & potu et hęc ple
nitudo similiter reqrit euacuationẽ p fluxũ vẽ
tris vel vomitũ & est necesse habẽti hanc pleni
tudinẽ scd'm vasa pręseruare se a violentis mo
tibus vociferatiõibꝰ & balneo, & celebret qetẽ
donec fuerit flebotomatus, et cũ his fiet exem-
ptus ab ęgritudinibus, patiẽti aũt plenitudinẽ
scd'm virtutẽ necesse est pręseruare se ab omni
ꝙ dissoluit virtutẽ sicut a motu vigilijs fame
& multa euacuatiõe. Sed debemus adiungere
hijs quę diximus signa dominij hũoris qñ ali-
qs bonoꝝ humorũ supabundat & alterat̃ co
lor corpis & gñat̃ ęgritudo & aggrauat̃ ex ag
grauatione humoris supabundantis & mani-
festant̃ signa in uri. & pulsu tunc debemus cele
brare euacuationẽ cũ medicinis de quarũ pro
prietate est euacuare illũ humorẽ supabundan
tem & hoc festinanter & multa pręuisione.

De signis plectorię ex dominio sanguinis.
Cap. V.

SIgna quę prędiximus in repletione scd'm
Signa plectorię secũdũ vasa ex sanguine
vasa sunt rubedo & caliditas corporis &
multiplicatio sudoris & possibile est acci-
dere per eum sputũ sanguinis vomitũ & pru-
ritũ nasi sanguinis fluxus nariũ ꝓuenientis a
venis cerebri dulcedo oris & ęgritudo oculoꝝ
q̃ dicit̃ alramad. Apostemata gutturis suffo-
Alramad
cantia quæ dicunt̃ alcoanac & febres cõtinuæ
alcoanac
repentina mors. pustulæ, apostemata & exitu
alcasagat
rę quę dicunt̃ alcasagat & aldemanul & aldu-
aldemanul
batzle, & apostemata calida & similia.
aldubatzle

De signis ex colera rubea. Cap. VI.

Sãguis ex co. ru.
SIgna dominij col. rub. citrinitas coloris,
amaritudo oris cũ nimia siccitate vehemẽ
tia sitis, remissio appetitus cibi, indignatio
naturę colericꝰ vomitꝰ et citrinꝰ, egestio mor
dicatiua, fluxus ventris siccitas linguę, & gros
sicies eius citrinitas oculoꝝ, vrina rufa & sub
tilis & generant̃ ex ea febres tertianę vrentes &
apostemata calida quę dicuntur albirsen & eri
sipila. Apostema epatis, vstio vrinę, apostema
albirsen
ta intestinoꝝ & alia similia.

De signis dominij flegmatis. Ca. VII.

MVltitudo sputi & eius viscositas pal
lor corporis, subtilitas pulsus, frigi-
ditas tactus, paucitas sitis multitudo
somni, pigritia, grauitas motus, difficultas di-
gestionis, & apparet in sanguine cũ fleboto-
matur superfluitas alba & qñ adiungunt̃ hijs
frigiditas cõplexiõis & tẽpus frigidũ & ętas se
nectutis, & qñ fuerit a sui generatione modici
motus & laboris cũ multitudine ciboꝝ frigi-
doꝝ generantiũ flegma, & balneatio in aqua
dulci erunt tunc signa magna potentia, & fiũt
ex eo febres cottidianę & lassitudo pedum &
amissio sensus & fluxus saliuę in hora somni,
dolor dentiũ & amissio medietatis partis cor-
poris, tortura faciei obliuio, tremor q est mo-

tiis capitis & motus manuū absq; voluntate frigiditas renū, remissio desiderij coitus & egestio continua alba pallor vrine, morfea alba, lepra & similia que frigida sunt.

De signis dominij col. nigre. Ca. VIII.

Signa col. ni. siccitas corpis caliditas stomaci & eius dissolutio incitatio appetitus canini, obscuritas coloris, nigredo sanguinis vrina nigra & rubea sicut color vini tendentis ad viriditatē & q̄ naturalit̄ fuerit corpus a sui principio abundans co. ni. Et cuius regimen in cibis fuerit de generatiuis co. ni. ex cuius dominio generant̄ quartane feb. scabies male pustule grossicies splenis apostemata cancrosa, lepra tortura venarū crurium melācolia pessime cogitatiōes, molestia, suspiria sine causa & silia.

De signis corpis eq̄lis cōplexiōis. Ca. IX.

Signa corpis equalis albedo coloris mixta rubedini tactus neq; frigidus neq; excedens in caliditate neq; mollis pilus eius tēperatus in grossitudine & subtilitate & nigredine & citrinitate, nec ē fortis desiderio, nec somnolentus, nec celer & sollicitus & eq̄lis in suis operationibus naturalibus atq; animalibus & iam q̄dem locuti sumus de cōplexionibus.

De signis cōplexionis corpis Cap. X.

Sig. corporis ca. Signa corpis calidi, caliditas tactus cito crescens macilentus siccus. Vene eius apparētes extra celer motus pauci somni, pilosus & pili eius crispi & intense nigredinis iracundus.

sig. frigi. Signa corpis frigidi frigiditas tactus, tardus in cresce̅do & tardus in suis opatiōibus debilis pulsus artā habēs animā pauci coitus citrini pili albi coloris debilis appetitus cibi & somnolentus.

si. humi. corporis Signa corpis humidi mollis tactus, mollis carnis & nerui occultar̄ iunctura rum pauce virtutis in ossibus albe cutis potēs sufferre laborē, somnolētus grauis motus plani pili remissus in suis moribus tardus irae.

sig. sic. Signa corpis sicci, sicci tactus dure cutis potens sufferre laborē pilosus crispus apparētiū iuncturarū & venarū ferens famē.

Sig. corporis ca. & sicci Signa corpis calidi & sicci caliditas tactus, grossicies cutis nigredo pilor̄ & grossitudo ipsor̄, fortitudo neruor̄, cordar̄, iūcturar̄, & ossiū paucitas somni, velocitas pulsus & motuū, vigorosus & fortis.

sig. frigi. & humi. Signa corpis frigidi & humidi mollicies tactus corpis in fine planitudo pilor̄ strictura venarū, occultatio iuncturarū, grossitudo dispositiōis corpis pinguedo mollicies multitudo somni pigritia et tarditas motuū.

sig. ca. & humi. Signa corpis calidi & humidi velocitas augmēti corporis equalitas caloris, paucitas pilor̄ & nigredinis neq; lenes, neq; crispi, multitudo desiderij coitus dilatatio anime & multitudo risus

Sig. corporis fri. & sicci Signa corpis frigidi & sicci tarditas crescentie macies corpis, siccitas cutis, tolerantia laboris, spissitudo tactus, mediocritas pili inter planū & crispū multitudo cogitationū, iracundia in pluribus eius negocijs, paucitas risus & multitudo suspiriorum.

De signis cōplexionis cordis. Ca. XI.

Sig. cali. cordis Signa cōplexiōis calidi cordis pulsus velocitas & eius freq̄ntatio similit̄ & anelitus multitudo pilor̄ in pectore & spissitudo ipsor̄, amplitudo pectoris, caliditas tactus potētia & vigor corpis & fortitudo neruor̄.

sig. frigi. cordis Signa cōplexionis cordis frigidi raritas pulsus atq; anhelitus raritas pilor̄ pectoris strictura eiusdē frigiditas tactus, amplitudo cordis cū pigricia.

si. humi. sig. sic. Signa vero humidi mollicies pulsus priuatio pilor̄ pectoris pinguis. Signa vero sicci duricies pulsus siccitas oīm lacertor̄ corporis paucitas carnositatis in pectore multitudo venar̄ & siccitas cutis.

sig. cali. & sicci Signū cōplexionis calide & sicce duricies pulsus velocitas & freq̄uētia ipsius multitudo pilorū pectoris magnitudo anelit⁹ & freq̄ntia ipsius, caliditas tact⁹ corpis lacertor̄ & venarū iracundus & valde fortis.

De signis cōplexionis cerebri. Ca. XII.

sig. cerebri cali. Signū cōplexiōis cerebri calidi caliditas tactus capitis & faciei rubedo oculorum et manifestatio venarū in eis velocitas generationis carnis in capite grossitudo & fortitudo & nigredo capillor̄, paucitas somni, siccitas humiditatū & offendit̄ a calidis speciebus, patiens ab eis de facili grauedinē & plenitudinem in capite & fit multe sincopizationis obtinens excellentiā puritatis cū facilitate in aīalibus operationibus. Sed oportuna oīm dispositionū capitis est q̄ sit mediocre & tēperate dispositiōis & bone rotunditatis. Peius vero est q̄ est paruū & male dispositionis.

sig. cerebri frigi. Signū cerebri frigidi multitudo somni, grauitas motus difficultas intelligentie planicies capillor̄ cum modica nigredine ipsorum freq̄uēs passio fluxus reumatum. Et offenditur a detectione capitis grauitas motus palpebrarū & vniuersaliter ecōtrario se habet calida cōplexio.

sig. sicci Signū vero sicci est velocitas generationis capillorum, & velocitas caluiciei, paucitas desiderij mulierum siccitas narium, & non patit̄ fluxus reumatū.

si. humi. Signū vero humidi ecōtrario se habebunt quia non fit caluus & erit humidus naribus capilli eius subtiles & tarde generatiōis offendit̄ a reumate fluxibus somnolentus & modici sensus.

sig. cali. & sicci Signū vero calidi & sicci fortitudo capillorum in fine velocitatis ḡnationis ipsor̄:

Signū frigidi & humidi

cum nigredine facilitas caluiciei, paucitas somni & dormitationis in fine vltime agilitatis in animalibus, opationibus promptitudo respōsionis puritas sensuū, & paucitas fluentie supfluitatū. Signū vero frigidi et humidi oīa sunt contraria hijs.

De signis cōplexionis Epatis Cap. XIII.

Sig. epatis calidi

SIgnū cōplexionis epatis calidi, magnitudo venarū & amplitudo ipsarū, siccitas naturæ, vt in pluribus & fortitudo desiderij, multa generatio co. ru. in corpe tinctura vrine & egestiōis, multitudo sitis & pilorꝫ & offenditur a cibis calidis. Signū vero frigidi cōtraria hijs oib⁹ sunt. Signū vero siccitatis ipsius sunt paucitas sanguinis, macies corpis, & panniculi ventris, paucitas splendoris coloris & de humoribus ecōtrario significant. Sed caliditatē & siccitatē qn̄ signa cōplexionis colerę vltima manifestatione apparent.

sig. figi. sig. sic.

De signis cōplexiōis Pulmōis. Ca. XIIII.

sig. pulmo. cali.

SIgnum cōplexionis pulmonis calidi grossitudo vocis, magnitudo anhelitus & amplitudo pectoris, & paucitas lesionis eius, a frigiditate aeris et multitudo lesiōis ipsius ab aspiratione sicci aeris. Signū vero frigidi cōtraria huius sunt. ¶ Sicci vero claritas vocis raritas sputi & humorꝫ fluentię. ¶ Sed signa humidi cōtraria sunt hijs. Signa vero cōpositarū cōplexionū haberi poterunt ex simplicibus.

sig. frigi. sig. sic. si. humi. sig. cōpositarum

De signis cōplexionis stomachi. Ca. XV.

si. stomachi cal.

DIgestio calidi stomachi vigorosior est & appetitus similiter & corrūpunt in eo subtiles cibi, & generant in ipso fumositates ventositates sicut carnes auiū & edorum & parui pisces, sed digerunt bene in ipso carnes grossę bouinę & cibi facti de frumēto & patit sitim, nec est tolerabilis famis. Sed accidit ei ex hoc dolor & vertigo capitis & est iracundus. Signū vero frigidi stomachi cōtraria sunt predictis signis. Signū vero humidi paucitas sitis & facilis exitus egestiōis, facilis sincopizationis & vomitus & accidit illis oppilatio vertigo capitis, & visus obscuritas plurime. Signū vero sicci contraria erunt hijs qa multa sitis & sicca egestio & debilis expulsionis supfluitatū ciborꝫ & tardę digestionis ipsorꝫ, sed in alijs contrarijs huius fortior erit.

fig. frigi. si. humi. sig. sic.

De signis cōplexionis testiculorꝫ. Ca. XVI.

sig. testi. cali.

SI fuerint calidi erit pilosus in pectine cum grossitudine pilorꝫ fortis luxuriæ spissi seminis & facilis eius emissionis manifestatio venarū virgę & grossitudo cordarū valde & grossitudo pellis circūdantis illas. Signa vero frigidorꝫ econtrario se habēt hijs. Signa siccorꝫ sunt paucitas spermatis & raritas desiderij coitus sed est fortis. Signa humidorꝫ vero sunt multitudo spermatis & eius subtilitas cū remissione appetitus coitus mollicies virgę & eius impotentia debilitas cordarū mollities pellis. Calidorꝫ vero & humidorꝫ sunt multitudo desiderij coitus & seminis, & fortitudo tolerantię actus coitus. Signa vero frigidorū & siccorꝫ cōtraria erunt prędictis vniuersaliter qppe cōplexio corpis semper similis fit cōplexioni mēbrorꝫ principaliū. s. cordis epatis cerebri & testiculorꝫ. ¶ Malicia vero cōplexionis est qn̄ fuerit in huiusmodi mēbris contraria complexio ipsorum. Discrasia vero horꝫ nunq̄ recedit.

sig. frigi. si. siccorꝫ si. humi. sig. ca. & humi. sig. frigi. & siccorꝫ Malicia cōplexionis corꝫ

De signis sanationis & perditionis in diebus creticis. Cap. XVII.

Bacharā .i. crisis

CRisis est q̄ arabice dicit̄ bacharā, & volunt per hoc medici furiā mutationis supuenientis infirmo in tali die siue ad bonum siue ad malū, hoc est finis bacharan, talis aūt mutatio aduenit ex ęgritudine molestāte naturā valde. Quod est qa natura nitit̄ toto suo posse, a se expellere illū humorē de quo est ęgritudo, cui si natura prȩualeat insidiat̄ ei, & expellit ipsum a corpe cū festinantia. Si vo humor prȩualeat naturȩ conculcabit ipsam & diruit eius potentiā festinanter. ¶ Cronicarū vero ęgritudinū quarū non est crisis est quia natura expellit & educit humorē nocitiuum a se paulatim, absq̄ sui fatigatione. Expulsio vero humorꝫ ęgritudinū a natura furiose fit p sensibiles euacuationes vt puta cū fluxu sanguinis nariū vomitu, sudore. Vrina per apostemata translata de loco ad locū quēadmodū apostema auris ex causa passionis cerebri, vel sicut apostema adueniens apud euasionē ab ęgritudine sqnancię in exterioribus gutturis & sicut inflatio manus & pedis & eorꝫ nigredo in q̄busdā acutis passionib⁹ & fit inde finis ipsorꝫ apostematū translatorꝫ, curatio illius ęgritudinis & eius mundificatio vt amplius non molestetur ab ęgritudine illa.

Chronicarū ęgritudinum nō est crisis

De signis pronosticantibus bonitatem crisis aut eius maliciā. Ca. XVIII.

EX mutatione adueniente ipsi ęgritudini superueniunt infirmo pessima & dubitosa accidentia. Quod est quia in hora belli naturę cū ęgritudine supuenit īfirmo fortis molestiā quę dicit̄ alcalac alsarid & strictura anhelitus, & alteratio coloris & dilatatio oris & hijs similia, quę qn̄q̄ significant bonam

Alcalac Alsarid

crisim, quandoq3 vero malā, nam qn̄ apparēt
cum huiusmodi accidentibus signa digestionis
humoris, significabunt bonā crisim & maxi-
me cū hec fuerint in die cretica. Si vero sine ma
nifestatione digestionis talia insurgant acciden
tia mortē ostendēt. Verbi gratia, si supueniat
patienti febrē acutā in die septima que est dies
cretica molestia que dicit alcalac, & ampliatio
oris, rubedo oculoꝝ cū obscuritate visionis &
precesserint hic in die quarta. Signa digestiōis
materie que sunt albe resolutiōes in vrina ne
pturbent te male hec accidentia. Sed fidus esto
de salute infirmi p sanguinis eruptionē a nari
bus. Si vero in predicta die apparuerit vrina ni
gra timebis malū cōsumaturū esse in die sexta
vel octaua, qā hij sunt de numero maloꝝ die
rum crisis. Sensibiles vero euacuatiōes q̄s dixi
mus fiunt in egritudinibus acutis & supuenit
infirmo in aliquibus diebus alteratio maxi-
ma quapropt dicunt hij dies diescretice. Et pri Quibus dieb⁹ vt plurimū fit crisis
mus dies egritudinis non est cretica, neq3 scd'a
neq3 tertia. Sed possibile fit qn̄q3 in ea termina
re febres acutas quæ in excelsu acuminis sunt
Dies vero quarta est dies crisis, & est significa-
tiua eius q futurū est in septima & sexta & o-
ctaua, vtrū bonū aut malū. Si apparet verū si-
gnum sicut digestio in vrina aut modica eua-
cuatio erit bonitatis cōplementū in die septima
Si vero apparuerit in ea malū signū & deterio
rata fuerit cōditio infirmi in modicū erit eius
cōplementū in die septima & sexta manifestū.
Dies etiā qnta est dies cretica & fit in ea termi-
natio egritudinis frequēter valde & diuersifi-
cat a die quarta in frequētia crisis. In die autē
sexta impossibile est fieri bonā crisim. Dies aūt
septima est de numero crisis, quæ in pluribus
fit & eius bonitas cōtraria est sexte. In octaua
vero impossibile est fieri crisim & si fuerit mō
struose erit mala. Nona vero est cretica frequē
ter & indicat qd adueniat in vndecima. In deci
ma vero non aduenit crisis, q si aduenit malū
erit. Vndecima vero indicat sicut qnta et nona
& indicat q futurū sit in q̄rtadecima. In duo-
decima vero non fit crisis & est tanq3 octaua.
Terciadecima vero media est inter dies & pos-
sibile est i ea fieri crisim raro. xiiij. vero dies cre
tica & est ad modū septime in frequētia crisis
& bonitatis eius. xv. vero &. xvi. dies creticæ
sunt & indicāt qd futurū sit in. xx. &. xxi. In
xviij. vero fit crisis rarius q̄ fiat in. xxvij. &
peior est ea. In. xix. vero non fit crisis q si fiat
in ea non erit malū. xx. vero cretica est, & est ad
modū. xiiij. in frequētia crisis & bonitatis eius
xxi. vero possibile est fieri crisim, sed rarius cō
tingit q̄ in. xx. xxiiij. est dies cretica cū frequen
tia & est ad modum ex. xx. xxvij. vero. xxxi.
xxxiiij. &. xxxvij. &. xl. sunt dies cretici. In reli-
quis vero dieb⁹ quos non memorauimus nō
potest cōtingere crisis p forte euacuationē &
manifestā. Veruntn̄ terminat in eis egritudo
p paulatinā solutionē. Dies vero magis poten
tes in crisi sunt dies cretici q predicti sunt vsq3
ad. xxiiij. & dies cretica que est precedēs ipsam
que est. xx. est bona crisis. Signa vero que ostē Signa bonū ostendentia
dunt bonū, bonus color, leuitas motus, & trās
lationis corpis infirmi, virtus potens tolerare
egritudinē fortitudo pulsus bonitas anelitus,
ordinatio intellectus cōueniētia, appetit⁹ som
ni & accubitus & bona digestio & pfecta pro
nunciat bonū perfectū. Signa vero que ostēn Sig. malū significantia
dunt malū plura & diuersa sunt diuersas res in
dicantia. Si calor in febricitāte in qbusdā mē-
broꝝ suoꝝ fuerit & precipue circa ventrē in
qbusdā vero frigiditas signa non bona sunt.
Color faciei magna mutatiōe mutatus ab eo,
q fuerat tpe sanitatis malum signū est nisi hoc
ab aliqua causa puenerit. Quoniā si adueniat
infirmo alteratio magna ab eo q ipse fuē sani-
tatis extiterat, ad extenuationē & siccitatē, &
cum hoc precesserint infirmi multe vigilie aut
multa fatigatio in aliquo exercitio & sublatus
fuerat ei cibus, aut forte passus fuerat fluxum
ventris, aut huiusmodi similia erit ei⁹ malū mi
nus. Simili modo si fuerit translatio infirmi de
sanitatis statu ad plenitudinē & precesserit ei
magna crapula & cibi repletio erit eius malum
minus. Si vero alteratio corpis faciei translata
est ad colorē extraneū et fuerit hic ex causa mu
tationis aeris declinantis ad cōplexionem illius
humoris erit malū eius minus malū. Nigredo
vrinæ sputi & egestionis signa mortalia sunt,
& maxime si hic fuerint cū vrētibus febribus.
Multitudo sputi extranee imaginatiōis & tur
pes processus sicut expulsiones ventositatū de
subter & discoopertio locorum turpitudinis.
Signa non bona sunt fœtor anhelitus & oris Sig. alia nō bona
in acutis passionib⁹ mortalia sunt, molestia in
firmi quæ dicit alcalac, pmixtio rationis cum
extenuatione faciei & profunditate oculoꝝ et
rigiditas auriū earūq3 viriditas & spasmatio et
extensio cutis faciei cū viriditate, aut viriditate
tendente ad nigredinē, & cū hoc non pcesserit
infirmo nimia euacuatio mortalia sunt. Quod
si subiungant ad hec ablatio auditus aut visus
aut quedā alioꝝ maloꝝ signoꝝ ppinquam
mortē ostendunt. Minoratio alterius oculoꝝ
tortura nasi manifestatio albedinis oculoꝝ in
hora quā clausi sunt preter infirmi consuetu-
dinē & aptio oris infirmi cū pmanentia mor-
talia sunt. Stridor dentiū preter infirmi cōsue

suetudinē in acutis egritudinibus malū signū est. Fugatio feciei vt non respiciat lumē & lacrimatio oculorum preter voluntatē, ad ꝙ non subsequit fluxus sanguinis a narib⁹ ambo mala signa sunt. Oculi gelati q non mouent & trementes q non quiescunt signa mala sunt. Quando infirmus cōtinuo hac & illac mouet nec in vno laterū pmanserit, sed declinans versus collum ad pedes descendit mortale est. Magnū apostema & acutū in ventre cū acu, febre malū. Si vero cū hoc virtus defecerit, calore febris et apostemate suo statu pmanētibus maxime fit mortale. Frigiditas extremitatū in acutis passionibus signū non bonū est, & si pmanserit frigiditas peius, & si cum hoc fuerit calor in ventre & etiā sitis mortale signū est. Si vero hic permanserint cū saltu anhelitus & pulsus & cū trinitate coloris & debilitate ppinqua mortē ostendunt. Liuor vngularū & extremitatū cū cōmunicantia manuū & pedum sine debilitate virtutis in die cretica non est malū, sed bonū significat em̄ salus infirmi. Et si huiusmodi loca vlcerent & putrefiant non debēt supponi fortes medicine residere vtiqꝫ faciūt egritudinē & infirmū necabunt. Similiter quoqꝫ si doluerit radix auris, aut rubuerit patientis apostema laterū, vel apostema subassellarū & manuū non debent infrigidari cū potentia, sed debent lauari & madefieri aqua calida & supponi eis ventose. Quod si remanserint rubor in suo loco postꝙ amote fuerint, & post fricationē significat qm̄ infirm⁹ euadet spasmatio testiculorum & virge in acutis morbis mortale est. Priuatio digestionis cū statu virtutis longitudinē morbi significat cū casu vero virtutis mortē ostendit acute passiones & vehementes in senib⁹ & cōplexiones habentibus frigidas in tēporibus & regionibus frigidis, peiores fiunt ꝙ si econtrario fiunt. Vigilare in nocte & dormire in die sine delectatione infirmi cū defectu virtutis & deterioratiōe sue cōditionis mortale est.

Alconaic Passio suffocationis que dicit alconaic cū vehementia caloris maximū signū mortis est. Si supuenerint patienti febrē vrentē. i. causonē

aluefatz aluefacz tremor corpis q est fortis rigor ante aduentū febris & hoc continuo vna vice post aliam, nec ei supuenit sudor, nec alleuiatur eius egritudo, sed post augmentat & sua virtus debilitat mortale signū est. Si eius labia torquent aut nasus, aut palpebre, aut oculorum supercilia in acuta passione post excessum debilitatis virtutis & sensus amissionē signum proxime mortis. Pulsus cordis continuus in acuta passione malum signum est. Singultus qui in ara-

Alpnac bico dicitur alpnac si fuerit cum strictura anhelitus & calor febris augmentatur mortale signum est fortis dolor cū acuta febre, potissimum signū mortis est, maxime si dolor in capite, aure et ventre extiterit. Si vero apostema patiatur & color eius viridis aut rubeus aut niger fuerit malū signū est. Scandulatio oculi & eius motus ad partē mortale est. Extensio testiculorum & virge in acutis egritudinibus, aut exitus ani mortale est, exitus sanguinis a naribus paulatim & guttatim signū non bonū est. Qđ si sanguis niger fuerit malū est. Si vero in die crisis, hoc fuerit mortale, qn̄ apostema in aliq mēbro fuerit, aut dolor fortis & senserit in ei posterioribus molestiā cū inflāmatione, & cū hoc habuerit sitū malū. Si vero cū hijs singultus incitet mortale vomitus & egestio similis colori viridi malū, eger si vocauerit mortuos nominibus proprijs malū signū est. Superabūdantia vomitus & egestionū in acutis febribus malum & si post hoc seqtur singultus mortale, nigredo oculorum & eorum minoratio subito & suffocatio egri vt non possit eius saliuam transglutire mortale fortis sitis cū sudore frigido malū. Frigidus anhelitus in acuta fe. cū defectu virtutis mortale. Exitus pustularū in lingua ad modū granorum cicerū in patiente acutā febrē in crastina die moriturū ostendit esse fluxus sudoris p corpus infirmi ad modū serpentis tortuosi mortē ostendit. Quod si patiat apostema lateris & mortale vomitus similis colori floris citā mortē significat & maxime si in fe. vrente fuerit qm̄ est eius maius malū. Nigra egestio & acetosa que piecta in terra facit eam ebullire mortale. Si vero cū casu virtutis hoc fuerit pximā mortē significat. Paucus sudor & maxime circa caput & ceruicē post frigidum anhelitū mortē ostendit in momento. Sudor tortuosus ad modū serpentis post casum pulsus mortale est, post casum vero virtutis infirmi citam mortē significat. Si eger suos pedes vsqꝫ ad pectus cōtraxerit, deinde eos iactauerit mortale signū potissimū est patiēs fortem febrē cuius sputū alleuiatū fuerit & calor similiter, absqꝫ precedēti euacuatione nature, aut caloris extinctione cum rebus frigidis, nec translatus fuerit ad aerē frigidū cū velocitate pulsus & debilitate motus & videt esse quasi in requie ꝙ pximā mortē ostendit. Tortura oris in apostemate lateris sine alleuiatione infirmi & intellectus restitutione mortale. Si vero cū hoc alleuiatus fuerit & intellectus restitutus bonū signū est. Yctericia si superueniat egro, & post eam non sequitur alleuiatio sed potius peioratur sua conditio mortale. Omnis sudor qui non fit in die cretica, nec ad eum se-

quitur infirmi alleuiatio non bonũ. Sudor calidus in die cretica bonũ frigidus vero mortale, & maxime si fuerit paucus, & circa caput tm̃, qm̃ signũ potissimũ mortis est. Sudor frigidus cum febre calida potissimũ signũ mortis est, ꝙ si supuenerit illi sudori rigor fortis pessimum signũ est. Sudor circa caput ceruicem & frontẽ tm̃ cũ excessu vigilię, molestię, timoris, & permixtione intellectus & frigiditate extremitatum, & maxime qñ non alleuiat cum embrotatione & exterioꝝ corpis infrigidatione cum vehementia inflãmationis interioꝝ corporis cum frequentia anhelitus & extremitatum acumine. Vrina nigra & pauca, & quæ spissa & coloris viridis & q̃si prope spissitudinẽ mellis, & ablatio sitis pręter febrilis caloris remissionẽ. Apostema stomaci & epatis & stomaci difficultas vrine egestio nigra, aut viridis guttatio nigri sanguinis a naribus. Iactitatio infirmi se super latera apparitio diuersarũ figurarũ, tumor ventris & stomaci & eius apprehensio p totũ spacium ꝙ inuenit circa eum omnia mala signa sunt. Aegritudines sani qui nunꝗ̃ ęgrotauit, nisi raro periculosę & timorosę sunt & vt plurimũ interficientes. Necesse est cõpensare potentiã signoꝝ inter se, nam si pauca bona signa potẽtiora & virtuosa fuerint pluribus malis resistent signis, & qñ ꝙ adiungunt bonis signis mala signa q̃ nihil preiudicant. Nam si pulsus ęqualitas fuerit & motus leuitas, cibi appetitus pmanens in suo esse non perturbent te mala signa timorosa, pręcipue quidẽ si pręcesserit hęc digestio. Sed esto certus qm̃ huiusmõi causa sunt bonę terminationis maxime si apparuerint ante diem crisis.

De prima cognitiõe condictionũ infirmoꝝ p apparẽtia signa. Ca. XIX.

Quando nigra apparuerit pustula vel similes pennę thoos in police manus sinistrę. Scias quoniam est apostema. Si vero cum hoc permisceat ratio ante tertiam diem significat qm̃ ante septimã morietur. Nigra pustula in febritantibus si nascatur in lingua in die non cretica mortem ostẽdit. Signũ vero huius est si habuerint permixtionem rationis quando apparuerit febricitanti in sexta die in posterioribꝰ auris apostema coloris toos, aut nigri morieť in. xvij. die suę ęgritudinis. Si apparuerit super naso pustula vt lẽticula in colore viridi aut nigro infra annũ morietur, si in aliquo laboranti dolore & sub costis sinistri lateris apparuerit pustula & repẽte occultata fuerit tertia die morietur. Si vero in police manus dextrę apparuerit, cuius color malus & turpis fuerit infra annum morietur. Quando apparuerit apostema calidum inflammatum in coxa infra duos dies morietur. Grauitas linguę post ęgritudinem subeth mortem repentinam significat. Si exierit apostema super cartillagine auris cum forti dolore infra mensem morietur & maxime si dolor continuus fuerit, incitatio doloris vehementis in pedibus mortem infra sex menses ostendit. Appitio nigrę pustulę super naso subito cum forti dolore mortem infra. xxx. dies significat, cui casus maxillaꝝ frequẽter acciderit infra octo menses morietur. Si magnificantur oculi febricitantis & apparent sibi mortui infra. xv. diem morietur. Patientium calidas ęgritudines si maxillę retorquẽtur significat quoniam sua dies extrema aduenerit.

Toos

De signis pronosticatiuis accidentium Cap. XX.

Si exierit apostema in aliqua iuncturarum ydropici aut tumor in pedibꝰ acciderit in vno mense terminabitur eius ęgritudo. Si vero subito apparuerit in eo yctericia per totũ corpus laxari oportet cum cada & alsahatrag & fumo terrę, & ingressu balnei & potu vini temperati. Si calor in corpore multũ excesserit passionẽ leoninam significat, dolor corporis & pulsus cordis cũ multitudine somni malum signum, futuram enim appoplexiã significat. Amissio sensus olfactus repẽte sine fluxu reumatis futurã febrem significat. Si acciderit alicui sonitus genuũ quando surgit cum permanentia virtutis significat perditionem medietatis partis corporis & dolorem iuncturarum. Surdicies signum abbreuiatiõis vitę est. Apertio oculorum in somno epilenticã ostendit passionem. Permixtio intellectus in omni ęgritudine malum signum est, sed non eius rectitudo in omni ęgritudine bonum. Ptisicus cum appropinquat ad mortem eius malum apud omnes fit tediosum & similiter disinterici. Tortura oculorum permixtionem protendit rationis. Debilitatio sensus olfactus a consueto futuram surdiciem ostendit. Appetitus enim cõmedere præter quã in horis consuetis signat flegma in stomacho dominari quod si excesserit flegma morietur. Qui multum profundatur studere & meditari in libris profundarũ scientiarum & philosophię possibile est ei superuenire permixtionem rationis et fatuitatẽ quę dicitur melancolica. Qui offenditur a cibis celeriter corruptibilibus significatur, quoniam

Cacla Alsahatrag

debilis membror͂ principalũ existit. Corruptio coloris faciei cõtinuo & cũ apertione venularum rubearũ super nigredine oculi significat sanguinis corruptionē. Si vero forte accidat ei casus pilor͂ & raucedo vocis signũ est principij lepre. Quando qs senserit indignationē stomaci & casum appetitus cũ fœtore nasi et oris vrinę & egestionis. Signũ eius est generationis febriũ ex corruptione aeris quę dicuntur alhami & alnabhira, facilitas egestionis cũ eius continuatione & potentia doloris cum egestionis fœtore signa mortalia sunt. Iectitatio ambor͂ oculor͂ simul fluxum humorũ ad eos significat & possibile est significare dolorē emicraneum. Iectitatio membror͂ superior͂ multitudinem subtilis fumi significat. Sed sudatio in balneo amouet illum. Iectitatio membror͂ inferior͂ similiter significat fluxũ humorum ad ipsa. Vnde oportet subtiliare regimen & ꝓcurare vomitũ. Si quis sepe molestat̄ defectu sensus in inferioribus corporis dolor podagricus significatur in futuro & oppilatio meatuum spirituũ ex malo regimine, & possibile est hoc fieri ex paucitate spiritus in corpore. Si vero in superioribus corporis hic contigerit mortem repentinam ostendit. Si quis molestatur a tussi calida super caput & circuit & mouetur donec iactet ipsum in terrā signũ est corruptionis humor͂. Fatigatio absq͂ causa laboris significat egritudinē, si quis continuo molestat̄ defectu sensus sui corporis, mortem repentinā significat ex paucitate spiritus in corpe & potest illud accidere ex excessu euacuationis sicut exitu sanguinis a naribus fluxu ventris & similibus. Iectitatio corporis totius per totũ si frequenter fiat spasmũ significat. Passio quę dicitur incubus quę est quando apparet alicui in somno quasi vigilaret vt aliqđ corpus graue opprimat ipsum ita vt non possit loqui, & passio vertiginis capitis si cõtinuauerint & cõfirmate fuerint futurā epilentiā significat. Cõtristatio cõtinua absq͂ causa & malicia anię & mala spes ꝑmixtionē intellectus significant, q̄ dicitur melancolia cõtinuatio fluxuũ reumatũ a capite ptisicā passionē cõminat̄ & stricturā anhelitus que dicit̄ alcabo & passiones pulmonis. Multus sudor & continuus plenitudinē esse in corpe significat. Vnde oportet ꝓcurare sanguinis minutionē & cibi remissionē. Continua & fortis iectitatio faciei significat torturā faciei a multa plenitudine corpis timeat̄ de sputo sanguinis & apoplexia. Vnde faciēda est flebotomia amissio virtutis sensuũ cum debilitate motuũ & corporis plenitudine suspicionem apoplexię ostendit. Vnde curanda est flebotomia. Grauitas & extensio dextri lateris apud costas dorsi passionē epatis ostendũt. Egestio excedens tēperamentũ cõsuetudinis cum pauca tinctura significat yctericiā. Fœtor egestionis significat humoris cruditatē & grauedinē in venis, fœtor vrinę significat corruptionē et futuras febres. Grauitas & attractio in fine dorsi & lumbis cũ malicia cõditionis & egressus vrinę a modo consueto significāt passionem renum iam inceptā. Pruritus stomaci significat futurā passionē emorroidarũ. Egestio quę vrit aut anum scindit & offendit significat passionē orificij ani. Ampullationes quę dicunt̄ aldemamul significāt magnũ apostema multę pustulę durę vt saxi significāt tumorē magni apostematis ꝙ dicit̄ dubayla, alba morfea significat tumorē malę infectionis quę dicitur albaras. Profundatio in somno pręter cõsuetũ in sanis signũ ęgritudinis est. In ęgris aũt significat liberationē, multa sternutatio ei cui non continuat̄ sanitas significat passionē cerebri, in ęgro vero significat translationē ad bonum & sui terminationē ad melius. Similiter dilatatio oris circa principiũ noctis somni significat exigentiā in mane vero & ante cõsumationē somni si multũ excesserit signũ est ægritudinis & amissiõis sensus neruor͂. Fœtor capitis & multa molestia sudationis subassellis signũ est ostendēs futurā passionē leprę, q consueuerit cõmedere panē azimũ & carnes grossas & neglexerit exercere motũ & laborē significat longam egritudinē esse passurum.

Alhami Alnabhira — Alij iectigatio — Incubus — Alcabo — Aldemamul — Dubayla — Albaras

De signis & significationibus quæ resultant ex aere ventis & ꝑ pluuiā. Ru. Ca. XXI.

Multitudo nubiũ cum continuatione pluuiarũ in locis ciuitatum significat futurā generationē pustularũ diuersorum color͂ q dicunt̄ algidri & alhaczba .i. variole & apostemata q̄ dicunt̄ alcohan & alhancal. latine policaris. Modus vero liberationis ab ipsis fit per subtilē euacuationē & sæpe nubes & venti absq͂ pluuia passiones nigrę colerę demonstrant. Quando fortes venti dominantur soli corrumpunt̄ naturę tēperatę & fiunt magis sani quor͂ natura declinat ad contrarium aeris dominātis, fiunt vt plurimũ passiones paraliticę & tremoris & amissionis medię partis corpis & tortura faciei. Multitudo pluuiarũ & continuatio ipsarũ in yeme & vere corrũpunt aerem & moriunt̄ epidimialiter quicunq͂ debiles natura existunt & humidi cõplexione & moriunt̄ dolore capitis & vomitu & dissinteria simul & pessimis ęgritudinib⁹ In tempore perfectionis fructuũ si alterat̄ eorum maturatio & status eos multũ elongare

Algidri — alhaczba — Alcohan — Alhancal — policaris

oportet, et nō gustare de eis qm̄ mortales sunt Multitudo pulueris in aere in quocunq; tempore fuerit ostendit amissionē sensuū & grauitatē motus & egritudinē obliuionis faciens euacuationē in yeme p vomitū aut fluxū ventris si sanus cōpositione sui corporis existit nō emendabit p hoc eius natura & possibile est exinde mori de proximo si debilis natura fuerit. Freqntatio minutiōis sanguis in tpibus frigidis vt tpe autumni & yemis inducet festinātēr passionē ydropisis, & visus priuationē. Quādo fuerit yems calida, ver aūt frigidū fiunt reumata & timet̄ ne fluant ad mēbra principalia & ipsa offendant. Yems magis fit equalis ceteris tēporibus anni p accidēs in locis q circa mare siti sunt. Vnde fit necesse sui putredinē emendare cū aromatibus & lenire naturā ante aduētum frigoris.

De signis aeris & ipsius iuuamento & nocumento. &c. Cap. XXII.

Calidus aer exsiccat corpa visum putrificat sitim & famem prouocat, corpus dissoluit, calefacit cor, corrūpit sanguinem febres faciliter generat, educit sanguinē a naribus & ab inferioribus & vniuersaliter corpus debilitat & multoꝝ nocumentoꝝ vniuersalis causa est, nec vtilis est pro conseruatione sanitatis vt in pluribus, vtilis aūt fit reumaticis paraliticis, & patientibus spasmū ab humiditate & omnibus calijditate indigentibus. Aer frigidus melior est vt in pluribus sanis, conseruat enim sanitatē corpis & omnes appetitus corroborat, digestionē procurat, & prohibet humorum fluxū ad mēbra que parata sunt eos recipere & alleuiant̄ per eum tumores & apostemata. Aer humidus cōseruat humiditatē corporis & vtilis est macilentis & ptisicis & qui non intendunt aliqd de suo corpe dissolui, lenit cutim & carnem & inpinguat eas & humectat. Aer vero siccus econtrario facit, extenuat eū & dissoluit, exsiccat & colores alterat. Aer aūt equalis & cōueniēs corpi in ipso existenti est in quo non sudatur, nec est grauis & putridus sicut aer puteoꝝ cisternarū & fouearū sed est eq̄lis & cōueniens vnicuiq; cōplexioī.

De signis ostendentibus digestionem. Cap. XXIII.

Digestio est dominatio virtutis naturæ & eius vigor humori causanti egritudinē & propter hec sunt oīa tēpora febris post digestionē salua vel secura. Omnia aūt tpa status & declinatiōis sunt tpa perfecte digestionis, & ideo non morit̄ eger ex infirmitate post digestionem. Fit aūt timor & suspicio ante digestionē, & maior timor fit vsq; ad tempus digestionis & tunc est fiducia liberationis. Digestio aūt reperit̄ in qualibet egritudine in vrinis & propter hoc fit necesse inuestigare signa digestionis in febribus ab vrinis. In apostematibus aūt dyafragmatis & pulmonis a sputo, in reumatibus vero a liq̄ribus fluentibus a naribus, in obtalmia vero oculoꝝ a liq̄re fluente ex oculis. Nam quantocunq; vrina in suo statu subtilitatis & tincture et priuatiōe resolutionū persisterit que in principio egritudinis fuerant non incipit digestio, & qn̄ fit permutatio ad bonas resolutiones est digestio, sed si resolutiōes male fuerint est cōtra corruptio putredo in passionibus pectoris & pulmonis quā diu pmanserint & nihil ab eis euacuatur nondum digestio aut putredo incipit. Sed cum incipiunt aliud exspuere siue bonum siue malū tunc incipit opatio digestionis aut putredinis, & tunc incipit opatio digestionis. Vnde exspuere qđ est vt sit ꝑpter malū colorē & est subtile tunc est principiū digestionis eius vero inspissatio & facilitas educendi sunt eius perfectio. Si vero fuerit viride aut nigrū malū signū est, & significat corruptionē, iudiciū aūt in certis humoribus egritudinū econtrario se habet.

De signis temporum febris. Sequitur nunc. &c. Cap. XXIIII.

Quādo fuerit humor de quo facta est febris spissus & difficilis fuerit alterationis sua tempora prolixa vt in febre quartana. Si v̄o humor tenuis & facilis alterationis fuerit existūt sua tpa breuia vt in vrentibus febribus. Febris aūt effimera q̄ fit ex calefactiōe spirituū absq; humore & putredine non habet tempus nec reiterationē propter hāc causam febris aut passionis sicce quæ generat̄ ex calore dissoluente humiditatē membroꝝ intrinsecoꝝ a sui natura. Non habet tēpus in declinationē, sed continuo auget̄ & confirmat̄ nisi circa sui principiū cōtingit ab ea calidam cōplexionē transferre. Tempora febriū sunt. iiij. s. principiū augmentū, status, & declinatio. Principium est ab hora qua eger incipit sentire in suo corpore mutationē atq; molestiam & manifeste cognouit in se patiens, qa iam de statu sanitatis recessit. Ab isto namq; tēpore vsq; quo aliq̄ de signis digestionis apparet, etiam si modicū fuerit est tempus principij. A tpe vero quo modicū apparet de signis digestionis vsq; ad tēpus sue pfectionis est tps augmenti, finis aūt huius est tps status. Sed postq̄ hec oīa apparuerint est tps declinatiōis. Necessitas vero cognitiōis hoꝝ ipsoꝝ fit potissima in curatiōe acutoꝝ morboꝝ de hijs q̄ aduenī-

Tpa feb. iiij. Principiū

Augmentum.

Status

Declinatio

unt infirmo, & scire tēpus status, nam semper timor & suspicio ipsum preocupabunt, donec peruenerit ad illud tempus, & obseruatio quidem diete fit scd'm tēpus status, nec vnq̄ morietur eger, post statū nisi forte ex aliqua alia superueniente sibi egritudine, & propter hoc fuit necesse prescire futuras infirmi conditiones pro necessitate sanitatis que finis est rei intente, & est id cuius cōplementū a statu egritudinis dependet. Status vero in appitione digestionis perfecte.

De signis febrium eorum numero causis & modis. Cap. XXV.

Hō ex trib⁹ cōpositus est. Cor ceteris membris calidius

HOmo ex tribus cōpositus est, ex spiritibus humoribus, & membris solidis, & quodlibet membrorum corporis cōpositū est huc ex tribus. Membrū vero calidius ceteris membris est ipsum cor, in cuius substantia sunt cellule plene spiritibus & humoribus & cū calefit spiritus existens in cellulis cordis & permanserit in ipsis hora qua possit cor transmittere calorē per arterias ad totū corpus resultabit ex hoc febris effimera. Si vero calefiāt sanguis & humores existētes in corde primo, & deinde dilatat̄ calor ille in corpore per arterias fiunt inde febres putride sicut febris tertiana & similes. Sed si calefacta fuerit substātia cordis per se fiet ex hoc febris ethica.

Febris ethice gñatio

Febris aūt ethica generat̄ vt in pluribus ex causis extrinsecis sicut ex tristitia suspirijs, vigilijs, & alijs cōsimilibus que calefaciunt & exsiccāt exsiccatione vehementi, aut generat̄ a causa passionis calidæ resultantis ex apostemate calido existente in alijs mēbris cuius potentia peruenit vsq̄ ad cor.

Febris putrida gñatur ex gn q̄ causis

Febris aūt putrida gñat̄ ex. v causis precedētibus que mouent̄ ex interioribus corpis, sicut sunt excessus quantitatis humorum & eorum spissitudo. Viscositas & oppilatio que ex eis resultat & putredine que sequitur ex eis necessario si diu pmanserint in corpe ex eo quod accidit ipsis humorib⁹ priuatio exalationis.

Spēs febriū putridarum quatuor.

Sed species harū febriū. iiij. sunt quarum vna est que fit ex putredine sanguinis & est febris continua. Alia species est que fit ex putredine flegmatis & est fe. que quolibet die affligit. Alia vero est que fit ex putredine colru. & est fe. tertiana que vna die affligit & altera quiescit. Alia quoq̄ est que fit ex putredine co. ni. & est febris quartana que vna die affligit & duobus qescit.

Febris effimere generatio

Febris aūt effimera a causis extrinsecis gñat̄ sicut ex forti calore & balneatione in aquis aluminosis sulphureis & salsis, aut ex multa fatigatione, aut ex ira vel tristicia, vel ex apostematibus, vel ex cibis valde calidis, aut valde frigidis.

De frigore & rigore. Cap. XXVI.

Frigus & rigor duo sunt

FRigus & rigor duo sunt, quorum vnum est a causa hūoris calidi mordicantis musculos, vnde tremit corpus queadmodū perterret̄ ex subita proiectiōe multe aque frigidæ super ipsum & talis rigor accidit in feb. tertiana. Scd'a fit a causa humoris frigidi tangentis musculos & eos infrigidantis & talis est frigus vehemens accidens in febribus flegmatis & ex duobus humoribus exeuntibus a concauitate venarū & arteriarum ad musculos & vruntur cum calore fe. nec cessant exire in tempore quietis donec ex eis aliqd pueniat ad musculos, & tunc incipit rigor qui dicit̄ alcasaria & propter hos gradus conseruant̄ tpa quā diu permanserint humores in ipsis venis & exeunt & regant̄ donec educat illos medicus p flebotomiā aut farmaciā, & alleuiet̄ humor per hoc & recedet, & pter causam quā diximus fuerunt quedā febriū cōtinue & quedā interpolate habentes certos & notos paroxismos. alcasaria

Febres vero que habent paroxismos causa humorum extra venas existētiū & propter hoc exigunt qetē & spacium tpis pro sui operatione. Febres aūt continue fiunt causa humorum intra venas existentiū & pter hoc non exigunt qetem, nec spaciū tpis & pter eandē causam ad hunc fiūt fe. cōtinue sine rigore. Febres aūt interpolate cū rigore nā cū supueniūt illi humori humores mordificatiui calefit eorum caliditate & infrigidatur eorum infrigidatione. Deinde expādit̄ calor super eos & comburit & dissoluit eos, aut dissolutione occulta, qñ humor ille valde subtilis fuerit & calor fortis, aut dissolutione manifesta p sudorē, & hoc quādo humor multe quantitatis fuerit aut grosse qualitatis, & calor mediocris & qñ fuerit humor q fecit febrē paucus ī corpe & eius exitus ad musculos difficilis fit spaciū qetis magis longū & pter hoc fit tps qetis febris longū. Sed tēpus qetis febris tertiane mediocre inter ambas.

De dietationibus Febritantiū. Ca. XXVII.

FEbritantes q suā crisim exspectāt in. vij. die nutriant̄ cū aqua ordei. Qui vero exspectat crisim in. xiiij. die addat ad hoc aliud. Si vo termin⁹ crisis vsq̄ ad vigesimā diē distrahit̄ nutriat̄ cū pullis. Quartenarij vero sine carnibus transire non possunt, sed est necesse cibū relinq̄re, aut ipm minuere in tpe status, & fit spaciū preseruationis ab eo apud statum scd'm longitudinē terminorum febriū & ipsarū circuitus, spaciū eñ feb. tertiane est. xij. horarum & eius interpol. xxxvi. horarum & fit totum. 48. & hoc est terminus vnius reuoluti-

onis, Spacium autem temporis quartane est.
xxiiij. horarum & eius interpolatio. 48. & fit
totum. 72. ꝙ est tempus vnius circuitus. Spa-
cium vero fe. cottidiane est. 18. horarum & est
interpolatio sex horarũ vnde fit totũ. 24. hore
ꝙ est tp̃s vnius circuitus. Cõpositarũ vero fe-
brium impossibile est scire spaciũ circuituũ qa
cõponunt adinuicẽ, & possibile est similari in
aliquo circuitu & in aliquo non. Sed potest si-
mi earum cognitio a ꝓprijs accidẽtibus eas cõ-
sequentibus vt determinabimus in libro febri-
um & libro de crisi.

TRACTATVS SEPTIMVS COM-prehendens duo capl'a. Cap. I. De pulsus dispositione & eius significatiõibus.

PVlsatio arteriarũ ostendit cordis cõdi-
tionẽ queadmodũ & vrina cõditionem
epatis, quod est qa arterie oriunt ex si-
nistra cellula cordis & ab ea virtus pulsationis
cordis procedit vt cũ dilatat' recipit aerẽ frigi-
dum, & qñ contrahit' calefit & extrahit ipsum
& qñ calefit cor augmentat' distractio scd'um
sui calefactionẽ ꝑ eius exigẽtia frigiditatis ae-
ris illius extinctionẽ & tunc fit pulsus magnus
& si adhuc excesserit calefactio et ex hoc distra-
ctio magis velox. Si vero ad hoc magis calefi-
at & pulsus freques, ecõtrario aũt qñ infrigi-
Cõditiones obseruandæ in pulsus tactu — datur cor, fiet pulsus minor & tardior. Qui
vult scire cõditionẽ pulsus ꝑfecte oportet ha-
bere manus leues & puri sensus non habentes
durũ tactũ sicuti manus mechanicoꝝ & est ne-
cesse assuefacere eas ꝑ tactũ pulsus arteriarum
sanoꝝ frequenter ꝓpter causas que immuta-
re habẽt cõditiones pulsus, vt sunt tristatio ira
labor & similia, & meditet' in hoc bona medi-
tatione donec cõformet' forma in sui aïa, dein
de cõparare oportet pulsum sanoꝝ ad pulsum
egroꝝ & pulsum viroꝝ ad pulsum mulierũ,
& non nitat' aggrauare manũ suã sup pulsum
arteriaꝝ fortit, hic eñ imprimit & ꝓhibet eas
a motu, sed tangat eas cũ leuitate, & cũ vtraq;
manu qa duo testimonia certiora sunt vno, &
Galienus — Gal. qd' laudauit sublime scientiam pulsus &
scripsit. xvi. tractatus in ipsa, quoꝝ quatuor
sunt sciendi distinctionẽ suaꝝ specierꝝ & di-
spositionũ. Quatuor vero scire eius cõditiões
& diuisiones. Quatuor vero de causis efficien-
tibus accidentiũ cõtingentiũ pulsui. Alij vero
quatuor de signis que quelibet suaꝝ specierũ
& dispositionũ significat, & dixit ꝙ pulsus est
signũ magis indicatiuũ ꝙ cetera signa status sa-
nitatis & egritudinis & eius apprehensio & in-
uentio scd'm verũ modũ valde difficilis est. Et
exponẽs nobis causam difficultatis sue appre-
hensionis fit nobis eius apprehensio difficilis
ꝓpter tria. Vnũ qdẽ est, qm̃ cũ acciderit alicui
mutatio modica nõ potest eam sensu attinge-
re. Scd'm est qm̃ tactus pulsus non habet simili
tudinẽ ex qua possit cognosci, ꝗcqd enim ca-
ret similitudine eius cognitio fit difficilis. Terti
um v'o qm̃ oportet medicũ scire decẽ spẽs pul
sus cũ tactu arterie simul. Species pulsus sunt
decem. Prima est in tp̃ibus motus & sunt tria, — Pulsus spẽs. 10.
velox, equalis & tardus. Scd'a in quantitate ex- 1
tensiõis que est triplex magnus, equalis, & par 2
uus. Tertia in descriptione virtutis que triplex
est dura, equalis & mollis. Quarta ex pondere 3
puta boni ponderis & mali ponderis. Quin- 4
ta in humoribus ꝑ ipsam ambulantibus ꝗ tri- 5
plex est plenus equalis & vacuus. Sexta de ca-
lore & frigore corpis arterie, qui triplex est, ca- 6
lidus equalis & frigidus. Septima de tẽporib' 7
quetis & interpollationis inter motus pulsus ꝓ
pter que triplex est frequens equalis & rarus.
Octaua de ꝓprietate qualitatis ꝓpter quã du- 8
plex est directus & indirectus. Nona de ꝓprie- 9
tate quantitatis ꝓpter quã duplex est, equalis
& inequalis. Decima de ordine pulsus ꝗ du- 10
plex est ordinatus & inordinatus. Noïa pul- — Nomina pulsuum
suum sunt hec, longus, latus, altus, profundus
paruus, velox, mediocris, cõtinuus, tardus, for
tis, debilis, plenus, durus, mollis, equalis, diuer
sus, ordinatus, inordinatus, boni ponderis, di-
uersi ponderis, mali ponderis, & similia. Cum
fuerit pulsus manifestũ tactus in longitudine
brachij magis quã in tp̃e sanitatis extitit dicitur
pulsus longus. Si vero pulsus occupauerit di-
gitum tangentis per latitudinẽ vocat' latus. Si
vero inpulserit digitũ donec penetrat eius sub-
tiles poros ꝗ dicunt' almasas vocat' altus. Et si — Almasas
fuerit maior ꝙ esse cõsueuerit vocat' magnus
Si vero ab eo diminutus fuerit vocat' paruus.
Qd' si pulsatiões spaciũ tp̃is min' cõsueto fue
rit vocat' freqñs. Si v'o longũ tp̃s int' illas fue-
rit vocat' velox, si v'o in longo tp̃e hoc fecerit
vocat' tardus. Et si cũ hoc inpulserit digitũ eius
motus ꝑ tãto non spirauit vocat' fortis. Si v'o
ecõtrario se habuerit vocat' debilis. Et si fue-
rit illud ꝙ de corpe arterie tetigerit digitus ad
modũ pleni vtri vocat' plen'. Si v'o ecõtrario
fuerit vocat' vacu'. Et si fuerit illud ꝙ occupa
uerit digit' in hora tactus sic̃ filo vel corde ex-
tense vocatur durus. Si vero eius extensio non
multa fuerit vocat' mollis. Et qñ fuerit omnes
pulsationes cõsimiles in magnitudine potentia
& velocitate & ceteris alijs vocatur equalis. Si
vero econtrario fuerit vocat' diuersus, aut in-
equalis. Si vero talem diuersitatem reiteraue-
rit & ipsam obseruauerit, non transferens se

ad aliũ modũ, vocat̃ ordinatus. Mod⁹ pulsus extra dicit̃ extensio intra vero contractio.

De modis pulsus & eius causis. &c̃. Ca. II.

Pulſ⁹ magnus velox & frequens vn de fiat.

PVlsus magnus velox & frequens fiunt ex additione caloris. Cuius causa si ab extra venerit, vt a balneo ira tristitia & similibus redibit pulsus ad sui statũ & modũ cito. Si vero a causa permanẽte hoc fuerit vt putredine in suo statu permanebit. Paruus aũt ꝓpinquus & tardus fiunt a rebus frigidis accidẽtibus & permanentibus. Fortis vero pulsus fit ex additione virtutis & appositiõe alicuius rei inferentis dolorẽ & offendentis diu. Debilis aũt fit ex dissolutione virtutis & forti dolore. Diuersus aũt fit in hora repugnãtię naturę cũ re nocente & quantitate nocumẽti secundũ eius diuersos modos. Sapientes appellauerunt species pulsuũ cõpositoꝝ nominibus ipsoꝝ naturas indicantes, & vt in pluribus ostendũt mortem, quoꝝ est pulsus vndosus vndis maris similis in suo motu, qa primus modus fit magnus. Deinde fit minor eo, & est pulsus vermicularis cuius motus distrahit̃ & similatur motui vermis ambulãtis intra cutim & pulsus foricalis cuius motus medius inter vndosum & vermicularẽ, & dicit̃ formicalis ꝙ eius motus similat̃ ambulatiõi formicę. Est & pulsus serrinus in q̃ partes arterię diuersificant̃ in duricie & mollicie ad modũ diuersitatis dentium. Est alius pulsus q dicit̃ fusalis & est ille q extẽditur per arterias determinato tpe & permanet postea vero redit & perficit suum spaciũ. Est aũt pulsus mallearis qui percutit manũ & recedit, deinde redit & percutit secundario. Est autem pulsus tremolentus cuius arteria mouetur ascendendo, deinde redit mouens se descendendo capite inclinato inferius ad modum ensis proiecti in terra qui redit capite inferius inclinato. Est & pulsus perterritus qui similatur alicui a terrore perterrito, & est pulsus coadunatus qui in hora potentię arterię in se contrahitur & coadunatur, & est pulsus tortuosus q sentitur quasi esset arteria filum tortuosum & obliquum. Est & alius pulsus sicut cauda muris & est ille cuius arteria apud sui principium debilitatur valde, deinde procedit deficiens & declinans donec peruenit ad finem paruitatis & defectus. Similiter cum in sui principio fuerit grossus, & in fine postea redit ad subtilitatem & de velocitate ad tarditatem vocatur cauda muris eo quod in sui principio est grossa in fine vero valde tenuis. Et sciendum est ꝙ pulsus virorum vt in pluribus maior & fortior est quam pulsus mulierum & tardior & longioris spacij. Pulsus vero puerorum est in fine velocitatis & paruitatis & frequentię. Pulsus autem iuuenũ maior est quam pulsus puerorum & aliarum ętatum. Pulsus autem senium minoris tarditatis est quam pulsus iuuenũ & aliquantulum debilior & minor. Pulsus vero decrepitorum & annosorum est in fine raritatis & tarditatis & debilitatis. Pulsus autem in medio temporis veris maior & fortior existit quam in cęteris temporibus anni, in medio autem temporis ęstatis fortior in frequentationibus existit quam in alijs temporibus. Sed cum hoc minor & debilior est, in autumno vero declinat eius frequentia ab eo quod fuit in ęstate, nec augetur sui potentia, in yeme vero fit pulsus in fine paruitatis & tarditatis & raritatis & non est debilis. In extremis vero temporum fit pulsus compositus. Pulsus vero pregnantis maior & frequentior fit pulsu aliarũ mulierum. Pulsus autem excitati a somno fit maior & fortior atq; frequentior & tremolentus. Postea redit ad sui statum. Motus vero corporis addit in magnitudinem pulsus & eius velocitatem secundum velocitatem motus & eius fortitudinem. Balneum quoq; addit in magnitudinem pulsus & eius molliciem & velocitatem & frequẽtiam. Et quando diu in eo permanserit fit pulsus debilis & paruus. Sed relinquitur eius velocitas. Multitudo vero cibi addit in virtutem pulsus additamentũ magnum & in sui frequentiam & magnitudinem Vinum quoq; addit in pulsu virtutem & velocitatẽ & frequentiam, sed ex hoc celerius fit quam a cibo. Alia vero cibaria & medicinæ calidæ secundum sui caliditatem addunt in pulsum. Cibaria vero & species frigidæ contrarium huius faciunt in pulsu. Ira quoq; facit pulsum altum velocem & frequentẽ. Magnus vero timor facit pulsum diuersificatẽ velocem & tremulum, tristitia vero facit ipsum tardum & rarũ. Lętitia vero facit ipsum aut longum spaciosum, tardum cum magnitudine mollicie atq; plenitudine.

Marginalia (left column): Paruus ꝓpiquus et tardus — Fortis — Debilis — Diuersus — Pulsus vndosus — Vermicularis — Formicalis — Serrinus — Fusalis — mallearis — Tremulẽtus — Perterritus — Coadunatus — Tortuosus — Cauda muris — Pulsus virorum & mulierũ

Marginalia (right column): Pulsus puerorum — Iuuenum — Senum — Decrepitorum — Pul. ueris — Estatis — Autũni — Yemis — Pul. pregnantis — Pul. excitati a so. no — pul. sc̃dm motum — Pul. balnei — Pul. ex cibo — Pul. iracundi. — Pul. timidi. — pu. tristis — Leti

TRACTATVS OCTAVVS DE Vrina & egestione, eorumq; signis & modis continens cap. vij. & sequit̃ Cap. I.

OPortet primo constituere cibũ infirmi ante receptionẽ suę vrinę ex carnibus coctis in aqua, aut ouis coctis cũ pane fermentato sicut debet, nec accedat ad aliqd impediens significationẽ vrinę. Et si possi-

bile est rectificare cibū suum & preseruare se a malis cibis antea per duos vel tres dies, erit significatio vrine per hoc magis verax.

De modo acceptionis vrinę. Ca. II.

EST qdē necesse q̄ non recipiat nisi apud finem noctis post excitationem a longo somno & postq̄ cōgregata fuerit in vesica perfecte & sua digestio cōpleta fuerit, & anteq̄ eger sumat aliqd cibi vel potus et accipiatur tota in vase vitri mundo & claro, & non effundat de vase in vas & respiciat ipsam medicus mox in hora sui exitus anteq̄ aer ipsam pmutet & a tertia hora vsq̄ ad decimā iterū videat ipsam medicus secūdario & tertio, qm̄ quedam vrinarū est que exit subtilis & postea inspissatur, alia vero est que exit spissa & postea attenuat, alia vero exit tenuis & in eodē statu pmanet quarū quelibet habet ꝓpria signa que dicturi sumus cū adiutorio dei, nec debet portari de loco ad locū ne sua significatio corrumpatur nisi locus valde ꝓpinquus fuerit, & caueat ne effundat & respiciat ipsam medicus añ solem directa facie versus orientē, & accepto vase manu sua dextra agitet ipsam cū sinistra manu leni agitatione vt valeat distinguere vrinam leuem a graui.

De hora vrinā videndi

De signis vrinę. Cap. III.

SIgnificatio vrinę consistit in colore substantia odore resolutionibus & earū paucitate & multitudine. Colores vrinæ sunt sex. s. albus & sifis suco ficuū citrinus igneus rubeus ad albedinē declinans qui similat colori florū croci rubeus ad nigredinē declinans q̄ similat colori sanguinis & niger. Et scias q̄ cōtingit medicū errare ꝓpter quedā latentia ip̄m nam potest esse vrina vehementis rubedinis ex tinctura alchauen, & ex susceptione cassief. & croci & similiū rerū habentiū in se tincturā. Similiter quoq̄ alterat ex comestione olerū & fit nigra ex cōmestione almeri & ex potu vini nigri tingit etiā vrina a doloribus fortibus cū ipsorū causa fuerit frigus sicut a dolore colon q̄ dicit alconag & a dolore dentiū et auris & similibus, Similiter dealbat vrina subtilis que similis fit aque a causa passionis que dicitur frequens Guttatio vrine que qdē est passio inferens sitim vt non cesset potare aquā, & statim mingere ipsam, qd̄ ꝓuenit ex caliditate renum. Redd it et alba qn̄ emittit statim post cibū & potum anteq̄ decoquat & deferūt ipsam medico & ip̄m deuiare faciūt in eius significationibus & adhuc alterāt ipsam pro deuiatiōe medici vt temptent ipsum, propter hoc oportet medicum cauere sibi a talibus antequam iudicium reddat.

In quib⁹ vrinę iudiciū consistat

Colores vrinę sex

Error medici ex vrina

De simplicibus cuiuslibet vrine & de compositione vrine. R. Cap. IIII.

VRina alba significat flegma, rubea sanguinē, nigra vero melancoliā. Qn̄ miscet colera rub. cū flegmate reddit vrina similis flori eris qn̄ vero miscet co. ni. cū flegmate reddit vrina similis herbe & plumbo Quando vero miscet co. ru. cū ni. reddit vrina purpurea, sed cum miscet sanguis cum co. ru. reddit vrina media inter rubeū & citrinum.

De dispositione vrinæ. Cap. V.

VRina que exit subtilis, & pmanet in sui subtilitate, significat q̄ nondū natura incepit coquere humorem facientem egritudinē aliquatinus q̄ vero exit subtilis, & post tempus inspissat & conturbat significat q̄ natura incipit coquere humorē facientem egritudinē; quæ vero exit spissa & in sua spissitudine pmanet significat q̄ humores corporis in vltima ebullitione existunt. Quæ aūt exit spissa & postea subtiliat & clarefit significat q̄ ebullitio humoꝝ iam sedata est & cessare incipit.

De significationibus vrinarum in ipsis egritudinibus sub cōpēdio. Ca. VI.

VRina subtilis & alba sine fe. cū dolore renū significat oppilationē factā esse in vijs vrinę ex hūore albo grosso, & si cū febre fuerit significat oppilationem esse ex co. ru. grossa. Vrina tenuis in ycteriçis malum est enim signum difficilis ydropisis vrina subtilis & alba cum febre malum. Vrina alba subtilis cum fe. ethica continua significat siccitatē corporis & membroꝝ dissolutionē, vrina subtilis & alba in tempore sanitatis significat defectum virtutis cum frigiditate cōplexionis sicut accidit senibus, vrina alba & spissa si apparuerit in die cretica & maxime in quarta significat liberationē a dolore iuncturarū & apostematibus accidentibus in radicibus auriū Si vero in die post crisim apparuerit significat qm̄ ad eum redibit egritudo, vrina alba & spissa si diu in eodem statu permanserit significat futurum apostema sub costis. Si vero cū hoc fuerit bonum signum significat bonū. Sin aūt ostendit timorē, vrina alba & spissa in qua nō fuerint resolutiones significat humores viscosos, vrina alba & spissa in qua nihil ypostasis in fundo descenderit forte dolorem & timorē significat, vrina alba & spissa similis oleo mortem significat, vrina alba in qua fuerint nubes similes vue significat dolorem renum & morbi longitudinem, vrina alba & fœtida cum fe. significat permixtionem intellectus & mortē.

Vrina alba que similatur liquori ampulle cũ febre pessimũ signum est, & maxime patienti passionẽ renum. Vrina aquosa in eodẽ modo permanẽs significat corporis dissolutionẽ maxime si fuerit macilentus & ieiunijs perseuerans. Vrina citrina & subtilis in fe. longitudinem egritudinis ostendit & si febris fuerit acuta non erit fidus eger cum ad statũ egritudinis se transferret. Vrina viridis que dicitur alchabarin si habuerit ad modum spume super ipsa & ante hoc alba extitit & superuenit sibi exitus sanguinis narium malũ signum est. Vrina viridis in acutis fe. in qua fuerint resolutiones albe ad modum furfuris valde malum signũ est. Veruntamen significat liberationẽ ab egritudine, vrina viridis ĩ cuius superficie apparuerit nebula rubea in die cretica & maxime in .4. bonum signum est. Vrina ru. in fe. inflãmante bonum signũ est. Vrina ru. si fuerit multa cũ multis & albis resolutionibus significat febris solutionẽ, & sui acuminis sedationẽ. Si vero ex hoc modo ad paucitatẽ translata fuerit significat qm̃ fe. vigorabitur preter tñ malum finẽ Si apparuerint in ipsa multe resolutiones albe solutionẽ ostẽdit febris. Vrina ru. si fuerit foetida cũ nigris & turbulentis resolutionibus ad modũ pilorꝝ & liquoris viscosi malũ signũ est & significat timorẽ. Vrina rubea & spissa cũ dolore stomaci & spi. corporis multũ humorẽ & yctericiã significat, vrina ru. si fuerit modica in egritudine ydropisis ꝓpinquã mortẽ significat, vrina ru. si ad modũ sanguinis aut vini fuerit sine aliquo dolore in corpe & diu in hoc ꝑseuerauerit significat lapidẽ generandũ in vesica, vrina ru. in qua fuerit quasi sanguis coagulatus apud terminationẽ passionis splenis solutionẽ pluries ostendit, vrina ru. ad modũ sanguinis si modica & subtilis fuerit significat malum maxime patienti dolorẽ sciaticũ, vrina ad modũ sanguinis si vomuerit admodũ eris eruginis cũ grossicie gutturis malũ & mortẽ ostẽdit, vrina ad modũ sanguinis cũ fe. cõtinua, & pulsu cordis & dolore costarũ & in dextro latere mortẽ significat, vrina cũ qua multus sanguis subito emissus fuerit significat alicuius vene incisionẽ in renibus, aut in epate aut in locis menstruorꝝ mulierum, vrina citrina significat dominiũ co. ru. & cordis duriciẽ, vrina citrina subtilis cum fe. acuta in qua nihil resolutionũ fuerit significat periculũ esse in tristicia. Si vero illum diem preterierit & diu in suo corpore & subtilitate ꝑsistit, ostendit debilitatẽ & casum virtutis corpis, vrina citrina cũ fe. et apostemate lateris malũ signũ est, & si cũ hoc dolor capitis affuerit magis malum, vrina citrina in qua fuerit spuma ad modũ spume vini, ꝑmixtionẽ significat intellectus, vrina citrina valde cũ nigra yፁostasi in spleneticis malũ signũ, vrina viridis apparẽs in die cretica si cum dolore capitis fuerit ostendit solutionẽ doloris, vrina viridis in suo corpe persistens cũ inflãmatiua fe. permixtionẽ intellectus ostendit, si vero excesserit quantitatẽ potus infirmi significat corporis dissolutionẽ, vrina viridis turpis cũ fe. inflammatiua. Si supuenit infirmo sincopis sudor in superioribus partibus corpis cũ frigiditate extremitatũ significat pessimũ tremorẽ q̃ dicit̃ alcezaz alcesac, vrina eruginosa spasmũ significat, vrina ni. vt in plurib⁹ eius modis pessima est & in pluribus significat mortẽ, vrina ni. subtilis cũ fe. inflãmatiua si fuerit ĩ ea nigre resolutiões totã vrinã occupãtes, nec in fundo demerse, & cũ hoc habuerit infirmus vigilias & surditatẽ significat longitudinẽ egritudinis cuius solutio fit cũ extractione sanguinis vrina ni. & spissa cũ lenta fe. tremorẽ ostendit. Si vero sine hoc ꝑmixtionẽ intellectus habuerit, & defectũ cibi appetitus significat mortẽ, vrina oleaginosa in qua fuerint resolutiões cõgregate cũ qua supuenerit infirmo rigor, vrina nigra & fusca si cũ apostemate laterũ fuerit mortẽ significat bonũ ostẽdit, vrina oleagina in cuius sup̃ficie fuerit nebula similis tele araneę significat dissolutionẽ pinguedinis & carnis vniuersaliter, vrina q̃ omi die ĩ corpe diuersificatur dissolutionẽ corpis & virtutũ ostẽdit vrina que omni die diuersificat̃ malũ & maxime ĩ epate pectoris, vrina fusci coloris & que similat̃ ferri ferrugini omnino malũ est, vrina clara in qua fuerint resolutiones similes muscilagini nariũ aut huiusmodi liquoribus cũ dolore ventris, aut pectoris significat renũ dissolutionẽ & incisionẽ vesice. Si vero dolor in ꝑdictis locis non fuerit dissolutionẽ mẽbrorũ & siccitatẽ corpis ostendit, vrina subtilis cuius color ad nigredinẽ declinat, aut ad colorẽ sanguinis cui fuerit odor acetosus pungitiuus & resolutiones nigre similes pilis, aut eius odor declinat ad acuitatẽ debilitatẽ ostẽdit, & oĩs talis vrina subtilis cũ nigredine timorẽ pronunciat, vrina in spissitudine diu ꝑsistens, si cũ grauedine capitis fuerit futurã fe. ostendit, vrina spissa cuius resolutiones non remergunt ĩ fundum & minime clarescit significat ventositates grossas inflatiuas mixtas esse cum ipsis resolutionibus q̃ eas eleuat supius & eas ꝓhibet inferius descendere & ꝓpter hoc significat dolorẽ capitis existẽtẽ aut futurꝝ, vrina spissa et multa cũ dolore epatis solutionẽ doloris ostẽdit, vrina spissa sil̃is lacti ĩ principio fe. mortẽ ostẽdit

Alchabarin

Alcezaz Alcesac

Vrina spissa lacti similis apparens cũ erugino so vomitu & siccitate lingue mortẽ ostendit. Vrina coniuncta cũ dolore renũ malũ signũ est, vrina excedens quantitatẽ aque bibite exsic cationẽ corpis significat, vrina multa perseuerans absq3 siccitate corporis significat humores multos esse in corpore, vrina spissa & multa patientibus colicicã significat bonũ in articulis, maxime si eius resolutiones coniuncte fuerint, aut auriũ muscilagini similes. Vrina multa continua & aquosa aliqd ad rubedinẽ declinans sanguinis exuberantiam ostendit. Vrina pauca quæ paulatim & guttatim mingit malum signũ est, vrina pauca esse potest ex multo sudore & ex multo fluxu ventris cõtinuo & de similibus, vrina fetida significat putredinẽ & modicũ frigoris. Sed si cum fe. acuta fuerit malum significat, vrina sordida & fœtidi odoris dissolutionẽ corporis ostẽdit. Retentio vrine dolenti caput spasmũ significat, vrina quæ mingitur sine voluntate cum sanitate renũ & vesice mortẽ proximã ostendit.

De resolutionibus vrine seqtur nunc. Ca. VI.

Resoluti ones in vrina tribus mõis fiunt

Resolutiones in vrina tribus modis sunt, aut enim supernatant in superficie ad modum nebule, aut ĩ medio suspendunt, aut in fundo vasis demergunt, resolutiones in supficie vrine existentes significant modicã & occultã decoctionẽ, ꝗ in medio suspendunt subtiliant & cito exalant, qd vero in fundo fixe sunt perfectã decoctionẽ ostendunt. Ventositas enim iam subtiliata & dissoluta est nigre resolutiones in supficie modicã & leuẽ maliciã indicãt, in medio vero mediocrem, sed in fundo multã maliciã & cõpletum periculũ ostendunt. Albe aũt resolutiões ecõtrario significãt, nam in superficie modicã bonitatẽ significant, in medio vero mediocrẽ in fundo aũt bonũ maximũ & pfectã liberatiõnẽ pnunciant. Genera ypostasis plura & diuersa sunt in substantia & corpe, qa alia est similis tritico fracto & furfuri, aut granis orobi fractis, alia similantur arene, aut corticibus, aut laminis seu pilis, aut similat rei supernatãti aque ro. supficiei, aut similatur sanguini, aut humori putrido & similia, diuersificat etiã colore qa alie ypostases sunt albe, alie nigre, alie rubee, alie similes cineri & alijs coloribus qbꝰ diuersificari pñt, quoꝝ singuli sunt circa signa, quoꝝ quedã dicemus, vrina in qua fuit frustrum sanguinis coagulati in vrentibus febribus malum signum est, vrina in qua frustra carnis extiterit cũ dolore ventris significat hec

Yypostasis gña plura & diuersa sunt

ex substantia renũ esse. Quod si cũ febre inuenta fuerit significat multã eorum lesionẽ. Si vero fuerit cũ febre ethica significat qm dissolutio ad carnẽ membroꝝ puenit aut ptisis. Ypostasis profunda qm significat multũ calorẽ vrentem humorẽ existentẽ in corpore, qm vero vehementiã frigoris humorẽ congelans & denigrans & manifestat differentia inter hec qm si a principio declinat ad turbiditatẽ, postea fit nigra, significat ꝙ causa egritudinis est ex frigiditate. Si vero prius fuerit citrina deinde redit ad colorẽ viridẽ, & postea vero ad nigredinem significat ꝙ causa egritudinis est caliditas. Ypostasis rubea existẽs in fundo significat humorẽ crudũ & priuationẽ digestionis, si vero cum ea fuerit sanguis putridus cuius digestio non erit pfecta longitudinẽ morbi significat. Differentia que est inter albã ypostasim & humorẽ crudũ & flegma est qm alba ypostasis habet coniunctas partes, ita ꝙ non discernunt in ipsis partes separate. Ypostasis aũt que est ex humore crudo habet partes paruas & separatas ad modũ arene Ypostasis vero que est ex flegmate cognoscit ab ea que est alba per odorem. Ypostasis profunda que similatur semini orobi significat dissolutionẽ carnis renũ. Ypostasis que similis est laminis extensis significat qm supficies extrinseca membroꝝ principaliũ abradit & etiã intrinseca vesice. Ypostasis que similis est furfuri significat idẽ ꝙ ypostasis similis laminis. Ypostasis similis papaueri significat ꝙ calor pueniit ad pfunditatẽ membroꝝ & agit in ipsis, et qñq3 significat sanguinis adustionem. Ypostasis fœtidi odoris significat putredinẽ & defectũ digestiue virtutis & mortificationem nature, vrina spissa cum substãtia & ypostasis albe fuerĩt significat qm multum de humore crudo coniunctũ est corpi. Vrina rubea & spissa cum rubea ypostasi significat multitudinem sanguinis & priuationem digestionis & morbi & longitudinem cum liberatione Si vero ipostasis alba fuerit signum est abreuiationis morbi. Vrina in qua fuerit sanguis & humor putridus apostema significat in renibus aut in vesica ypostasis multa in febre cõtinua, si non permutetur febris exsiccationem corporis ostendit. Ypostasis comprehendens vrinam cum sudore inflammatione sub costis & dolore timorem significat, citrina nebula significat acumen egritudinis, spuma in superficie vrine, in febre inflãmatiua dolorem capitis ostendit. Vrina cuius spuma ad modũ ampullarum fuerit nec aliud signum malum cum hoc extiterit bonum significat.

Differentia inter yypostã. al. humorẽ crudũ & flegma

De iuuamēto vrinę & ei⁹ nocumēto. Ca. VII

Iuuamentū vrinę et eius nocumētū est qa in sui exitu inducit supfluitates secundę & tertię digestionis & confert dolori dorsi et dol. iūcturarū & alleuiat corpus & sanat ydropisim & confert pluribus egritudinibus flegmaticis. Eius vero nocumentū est qn̄ excedit modū debitū inducit ptisim & causat vlcera in vesica & virga & mollificat ipsam & incitat sitim & ducit ad passionē guttationis vrinę quę dicit terab albul quę est vt non faciet homo a potu aquę & statim mingit eam albā & multitudo sui exitus; & eius continuatio interficit ydropicum.

Terab Albul

TRACTATVS NONVS DE EVAcuatione continens duo capl'a. Ca. I.

De egestione bona & mala.

Egestio bona est quę est mollis mixta cū modica citrinitate & quę exit in suo tpe cōsueto. Quę vero valde tincta est mordificat anū significat qm̄ non bene cōpleta est digestio cibi sicut debet, multū vero sicca significat putredinē corpis, quæ vero cū multis vētositatibus exit, significat debilitatē digestionis Egestio similis colori viridi & nigro & quæ similat fæci vini, aut fimo signū mortale est. Egestio vero quę sine tinctura est significat qm̄ nihil de febribus transmittit ad intestina. Egestio cū pinguedine significat dissolutionē corpis & ptisim. Quæ vero est vltra quantitatem cibi sumpti exsiccationē corporis ostēdit. Multa vero & diuersoꝝ coloꝝ significat malos humores esse in corpe. Egestio cū spuma & viscositate male sunt, vna qdē significat caloris excessum, altera vero corpis dissolutionē multitudo ventositatū si non fuerit a causa cibi defectū digestionis ostendit. Priuatio autem ventositatū significat defectū caloris & multitudinē humoꝝ & dominiū frigoris, qn̄ cibus exit sicut sumit vehementiā frigoris ostendit. Exitus vero vētositatū faciliter & potētia eaꝝ exitus virtutē ventris ostendit & ecōtrario.

De iuuamento euacuationis sanguinis & eius nocumento. Cap. II.

Flebotomiæ frequētis nocumenta

Qui frequenter minuit sibi de sanguine preter necessitatē incidit in maliciā cōplexionis, ydropisim & casum appetitus cibi & citō aduenit ei senectus & debilitas virtutis corpis & debilitas stomaci & epatis & ducit ad tremorē & paralisim medię ptis corpis & spasmū & grauitatē sensuū & debilitatē oīm virtutū naturaliū vniuersaliter. Illi ꝟo q nō minuit sanguinē apud necessitatē adueniūt genera apostematū & febriū continuarū & apostema laterū & egritudinum variolarū & similiū & sputū sanguinis & repētina mors, et apostema ꝙ dicit alcahon & apoplexia sanguinea quę dicit alsechea in q rubescit facies & nigrescit & passio squinancię & gn̄a leprarū. Iuuamentū aūt sanguinis minutionis apud tpa necessitatis maximū est in conseruatione sanitatis & multarū egritudinū sanatione. Sustinentes iam melius flebotomiā sunt illi q sunt carnosi & corpolenti & habentes venas grossas apparentes & pilosi & rubei corpis & habētes carnē spissam non pinguē sed & iuuenes & viri pfecti. Pueri aūt & senes & precipue qui peruenerūt ad ętatē sexaginariā non cōsentiāt flebotomari nisi ꝓxima necessitate. Illi vero q plus ea indigent sunt in qbus cōuenerūt inuadere apostemata quę dicuntur aldemanul & alcadagat & febres & qui assiduant comedere carnes & bibere vinū dulce & caueant a flebotomia habētes debilitatē stomaci & epatis & melancolici, & illi qbus inuadere cōsueuerūt passiones frigidę. Et q vtunt laborare in itineratiōis & maris nauigatiōibus

Nocumenta dimissionis flebotomiæ

Alcahon

Apoplexia

Alsechea

Flebotomiæ iuuamenta

Quib⁹ flebotomatio competit

Quibus nō cōpetit flebotomia

Aldemanul

Alcadagat

TRACTATVS. X. HABET TRIA capl'a. Cap. I. De iuuamento euacuationis per fluxū ventris, & eius nocumēto, dispositiōe atq; opatiōe.

Mundificatio corpis per laxationem apud necessitatē & scd'm debitū modum & cōuenientē est medicina maxima in cōseruatione sanitatis. Quod est qa cōgregant in corpibus in diuturnitate tpm multi humores ex nutrimentis maloꝝ ciboꝝ. Laxatiuū aūt extrahit malos humores, q si relinquerent multiplicarent et inducerēt graues egritudines, & oportet quēlibet vti laxatiuo educente humorē nociuū tm̄, & caueat euacuare sui cōtrariū, qa per hæc augmētaret ei⁹ nocumentū. Verbi gratia, si abūdat in corpe colera, euacuet sola, & caueat ab euacuatiōe flegmatis, ꝙ est qa ei contrariū. Similiter si abundat melancolia euacuet sola & caueat ab euacuatione sanguinis. Et iam memorati sumus hæc in hijs quę precesserunt. Indigentes autē magis laxatione sunt robusti corpe & habentes sana mēbra intrinseca & extrinseca & q assiduat cōmestionē fructuū & multitudinē ciboꝝ & accelerat laborē & motū. Et est necesse preseruari ab ea habentē naturā declinantē ad mollicię & sustinentē spontaneum fluxum &

Nociui humoris lus euacuet

Qui laxatione indigent

Qui abstinere debeant a laxatiuis

laborantē passione emorroidarū & habentē epar debile & est necesse cauere a violentis laxatiuis in temporibus intensi caloris & frigoris. Qui vero vtit̄ laxatiuis assidue destruit corpus & ducit se ad ptisicā passionē & precipue habens corpus siccū, & ad passionē ydropicā cuius epar fuerit debile & non sumat̄ laxatiuum nisi post lenificationē nature cum brodijs pinguibus & vtatur ante sumptionē eius p duos dies balneo & effusione multe aque tepide super corpus & sessione in ipsa & sumat ante illud sirupū de radicibus & secaniabin nec dormiat super eo quicq̄ postq̄ inceperit laxare nec comedat, quā diu sentit saporē laxatiui circa os, donec pficiat eius operationē, & sit cib⁹ eius post laxationē carniū elixatarū in aqua q̄ dicit̄ zirbaga hersisa & comedat mediocriter, nec repleat̄ cibo ī illa die, sed alleuiet̄ eo. Quod si excesserit opatio laxatiui post cibū sumat aliqd de pulueribus cōstringētibus & bibat post illud brodiū paratū cū sumac, aut granatis aut agresta. Si vero infrigidata fuerit natura eius post laxationē modicū vini aut aque mellis tēperatorꝝ in ea q̄ntitate q̄ calefit stomacus. Si vero calefacta fuerit eius natura sumat sirupū iulep. Si vero laxatio excesserit sumat rob de pomis & de citonijs, aut rob de granatis & similibus & non sumat iulep nec secaniabin. Si vero amplius cū hoc excesserit & trāsgressum fuerit debitū terminū ingrediat̄ balneū. Et si p hoc non cessat sumat puluerē de granis granatorꝝ q̄ si adhuc pmanserit nec cessauerit p hoc immittant̄ manus & pedes in aquā frigidā & alleuiet̄ a suis vestimentis, & si cū hoc non cessauerit nihil sumat ī illa die, qm̄ possibile ē hoc esse periculum & errorem.

Nocumēta medicinarū laxatiuarum

Modus sumēdi laxatiuū

Zirbaga Hersisa

Cura si laxatiuū in opatione excesserit

De iuuamēto vomitus & eius nocumento. Cap. II.

Vomitus vtilior est laxatiuo ad eradicationē grossorꝝ humorꝝ q sunt ab infra genu & vsq̄ ad pedē sicut in dolore sciatico & dolore genuū & similiū. Sed laxatio sepe addit in huiusmodi egritudines si fiat ante vomitum. Vomitus aūt si fiat debite mundificat stomacū & vigorat digestionē impinguat corpus & alleuiat grauitatē capitis & eius vertiginē & euitat suffocationē & clarificat visum. Laxatio aūt in egritudinibus corpis & cōcauitatibus ventris vtilior est vomitu, & possibile est vomitū addere in egritudinib⁹ capitis apud earꝝ principiū, & qm̄ hūores multi sunt, fortis aūt vomitus vtilis est forti egritudini. Mediocris vero vomit⁹ vtilis est stomaco & oportet euitare vomitū patiētes passionē siccā & patiētes egritudines oculorꝝ & gutturis antiqs et nō nisi p maxīa necessitate cōsentiāt, et plurimū qdem q̄ oportet euacuare p vomitū est ipsum flegma, non reliquos hūores & hoc est q̄ videmus sepe sponte exire. Colera vero rub. minus exit p vomitū q̄ flegma & col. ni. minus q̄ ru. & possibile est aliqs euomere co. ni. & sanari p hoc. Sed horꝝ maxime sunt potatores vini & habētes epar calidū & splenetici et mulieres quarꝝ menstrua priuata sunt. Excessus aūt vomitus exsiccat corpus offendit epar oculos & pulmonē & possibile est incidere venas & prūpere sputū sanguinis & oportet illū cui vtilis est vomitus facere ipm nisi semel aut bis in mense post ciborꝝ repletionē. Vomitus namq̄ sine repletione difficilis est & caueat ab excessu eius qa destruit stomacū & eius virtutem pstrat. Et oportet obturare oculos stricte & cū sudario nec aperiat eos vsq̄ ad cōsumationē vomitus. Postea vero lauet faciē cū aq̄ frigida & os cū ydromell. & secaniabin. Etiam oportet euitare vomitū habentes colla gracilia & longa & quorꝝ guttura appent extra, & arta pectora habētes & nuda carnibus.

In quibus vomitus vtilior laxatiuo

In quibus plus cōuenit laxatio q̄ vomitus

Vomitus euitatio

Flegma plus q̄ ceteri humores p vomitū educitur

Excessus vomitus

Modus vomitus

De iuuamento coitus & eius nocumento modo sui vsus sequitur. Cap. III.

Sperma est vnū de supfluitatibus q̄s natura exigit euacuare & possibile est qn̄ diu retinet̄ generare malas egritudines etiā propter hoc necesse est ipsum minuere scd'm eq̄litatē coitus alleuiat corpus plenū dilatat & letificat animā & addit in letitiā & remouet iram & cogitatiōes ita qd' rectificat & sanat passionem melancolie & sedat dilectionē q̄ habet̄ ad mulieres si multū eo vsus fuerit, & si egerit cū muliere circa q̄ nullā habet affectionē. Et est qdē magis necessarius cui accidit apud eius abstinentiā grauitas capitis & tenebrositas visus & malicia aīæ pigritia etiā somnus & alleuiantur huiusmodi accidētia ab eo cū ipsum egerit vel si semen in somno emiserit, & illis q cū diu abstinēt inflāmant̄ loca que dicunt̄ alhalabin & testiculi & sentiunt grauitatē dorsi & maliciam complexionis & sensus debilitant̄, sed hij quos pre ceteris hominibus oportet ipsum euitare sunt quibus post vsum eius aduenit tremor siccitas & pigricia, & aliqua specierū breuitatis anhelitus pulsus cordis & casus appetitus & excessus vsus eius ducit ad exsiccationē & est necesse quod preseruet se ab eo cui hæc accidentia aduenient sicut preseruatur ab inimicis & maxime habentes corpora sicca & macilenta, & qui dispositi sunt ad ptisim & conualescentes ab egritudine & laborantes in exercitijs corporalibus et animalibus qm̄ corrūpit & frāgit eos & accelerat senectutē in eis. Sed

Coit⁹ vtilitates

alhalabin

Coit⁹ incōuenientia

alleuiant huiusmodi accidentia habētibus corpora grossa & plena & abundantibus in sanguine & amplas venas habentibus & rubei caloris & pilosis, & offendit habentes corpa & colores contrarios predictis manifesta offensione vt diximus. Et fit coitus magis nociuus in tēporibus intense caliditatis & maxime corporibus siccis & illis q non nisi cū difficultate & labore maximo emittūt semē. Et oportet vt non exerceat coitus in hora famis, nec apud vētris repletionē cibis & potu, nec post balneum nec post vomitū & similia, hora vtilior in vsu coitus pro cōseruatione sanitatis est post somnum & mediocrē digestionē cibi & circa auroram.

Modus coitus

TRACTATUS. XI. ETIAM TRIA comprehendēs capla. De iuuamēto balnei eiusq; nocumento. Cap. I.

Balnei fructus

BAlneum humectat corpus & aperit poros & dissoluit fumos coadherentes illis & extenuat plenitudinē fugat ventositates inducit somnū, subtiliat humores sedat dolores & fluxū ventris & lassitudinē & parat corpus ad equalitatē & impinguat & replet macros si vsi fuerint eo post saturitatē & mollificat membra contracta & humectat corpora sicca, & humida exsiccat. Nocumentū vero eius est quoniā prostrat virtutē & calefacit cor ita vt possibile sit ducere ipsum ad sincopim, & puocat vomitū debilitat animā & prestat humoribus viam & facilitatē fluendi ad membra debilia, & propter hoc caueat a balneo patiens febrē aut apostemia, aut percussionem, vel vulnus & caueat ab eo apud saturitatem nisi hijs qui inpinguari intendunt vt diximus. Quod si necessitas cogit ipsum intrare apud saturitatem bibat post illud sirupū secaniabin per aliquos dies & preseruet se a cibarijs grossis. Balneum quoq; confert iuuamentum omni febri effimere, & ledit ceteras alias preter quartanā post longum tempus. Et facta in ea digestione & confert tertianis febribus, & duplicib⁹ tertiāis & cōfert etiā ptisicis, verun tamen de prouidentia periti medici. Si vero penitus oportet ptisicos intrare balneū sit aer balnei quod ingrediūtur humidus & sit eius situs in loco plano & moretur in domo calida in tina quod non sudet in ea, deinde ingrediatur aquam frigidam parua hora & quiescat & attrahat aerem cum re que dicitur almaduah vt non sudet & sint eius motus faciles vt non fatigentur membra sua.

Nocumētū balnei

Balnei modus

Almaduah

De vsu motuū & eorū iuuamento & tempore. Cap. II.

OPortet exercere motū pro conseruatione sanitatis ante cibum & moueatur quilibet homo ad sui velle iuxta eius potentiā aut ambulatione aut equitatione, nec multū debet exercere motum nisi quousq; sentiat fatigationē & grauitatē magnā & difficilē tunc relinquat exercitiū & motum & quiescat statim. Et iuuamenta quidē motus ante cibum sunt qm vigorat calorē naturalē & iuuat vt excitetur calor per corpus & amplificat corpus & prestat ei vigorē & virtutē, & oportet illū qui fortes motus exercet q; assuefaciat se leuiter & paulatim donec calefiant membra cū equalitate deinde gradatim vigoret exercitiū fortiter in principio non subito ne offendantur per hoc nerui & diruat corpus, habēs vero amplū ventrē cingat se amplo sudario & caueat a forti & longo motu & difficili fatigatione post cibum quoniā exsiccat corpus.

Mot⁹ vtilitas

Motus horis fugiēdi

De iuuamento somni in suo tempore. Cap. III.

SOmnus euenit, aut ex frigiditate cerebri, aut ex humoribus aut ex ambobus simul aut ex motu, vel labore, vigilie aūt contrario modo eueniunt. Naturalis somnus & verax est, quando resoluit ad cerebrū ex bono cibo fumus inflatiuus humidus & dimittit tunc cerebrum suas operationes sensuales & aduenit homini tunc sicut aduenit ei quando cogitur expellere superfluitates eius. Iuuamenta quoq; somni sunt quoniam humectat corpus & sedat fatigationē & mundificat cogitationē & intellectum & facit quiescere animam & iuuat digestionem cibi, & dilatat & impinguat corpus. Excessus vero eius extenuat corpus remollit & addit ad flegma & infrigidat maxime corpora grossa & pinguia. Vigiliæ autem exsiccant corpus & extenuant & offendunt cerebrum donec possibile sit permiscere intellectum & causat egritudines & prouocat calorem, & corrumpit calorem & abundare facit in corpore coleram rubeā & precipue in siccis corporibus. Oportet autem quod non cogatur anima nec ad vigilias nec ad somnum dum permanet in sollitudine vigilationis sensibus & motibus agilis & robusta, debet autem differri somnus post cibum per horam quia cibus descendat de orificio stomachi & percipiat eius alleuiationem a fecibus & inflāmatione. Sin autem ambulet paulisper leui motu donec

Natural somni verus

Somni vtilitas

Somni superfluitas Vigiliæ effectus

Somni vsus

descēdat cibus a stomacho & oportet ꝙ non multū reuoluat de vno latere ad alterū, quoniam tardat per hoc digestio, & addit̄ ad inflationem & ad rugitū ventris, & sit lectus paratus cum eleuato capite maxime quando cibus de stomaco non descendit.

TRACTATVS. XII. HABENS DVO capla. De iuuamēto cibi & ei⁹ vsus iuxta modum debitum. Cap. I.

Modus cibum sumendi

EST necesse quod homo nihil sumat quousqꝫ feces primi cibi descenderint a stomacho, & percepit alleuiationē inferioris partis ventris. Et oportet moueri ante sumptionem cibi motu quo excitet̄ appetitus ad cibum, nec differre cibū cum pcipit appetitū nisi fuerit appetitus fallax queadmodū accidit crapulatis & habētibus animalia in intestinis. Est ergo necesse ꝙ incipiat cōmedere qn̄ appetitus est verax & non mendax ꝙ si contingat aliqua necessitate abstinere a cibo donec virtus ruerit post quā virtus apparuit sumat secaniabin cū aqua ca. & sumat cibū suū p quam vomuerit aut a Tellauerit, aut postqꝫ appetitus fuerit excitatus, & est quidē necesse caueri a repletione ciborꝫ vsqꝫ ad extensionē stomaci, vel anteqꝫ educant̄ feces oēs & etiā in hora strictur ȝ anelitus, & qn̄ aliud huiusmodi acciderit vomat cibum anteqꝫ de stomaco descēdat, & si hoc non suffecerit dormiat, & postea exerceat motū & sumat aliud ad laxandū & alleuiet cibū crastinum. Quilibet homo cibari debet cibis conueniētibus quantitate qua vsus fuerit scd'm moderatū regimen & p ordinē nisi forte malū suū regimen, tūc em̄ oportet se trāsferre de eo paulatim quousqꝫ ad bonū regimē reducat̄. Modicus vero cibus q debet̄ sanis est inter diē & noctē semel, multus vero bis, mediocris aūt & temperatus ter in duobus diebus, cibari aūt semel in die nocet pinguibus & grossis & substinentibus laborē & motū. Hij enim multo cibo indigent & econuerso, & oportet quēlibet hominū querere cibū sibi conuenientē. Nam possibile est mala cibaria non interficere quosdā qui consueti & nutriti sunt in illis & non debet totaliter illa relinquere sicut alij homines, & possibile est bona cibaria nō cōuenire quibusdā vnde fit necesse ipsa dimittere cibaria vero consueta ad quæ virtus appetitiua tendit et si mala sint meliora sunt nisi forte multi nocumenti fuerint nec decet vti assidue malis cibis, & si vsus eius fuerit sumat laxatiuū cuius effectus sit educere humorē generatum ex illis cibis, in hora vero cōmestionis non est necesse illud sumere & bibat post illud aliqd per quod rectificetur eius cōplexio & emendetur sicut diximus.

Non differre cibū vere appeteti

A repletione extēsiua cauēdum

Mali reginē nō subito immutandū

Mala cibaria cōsuetos nō iterficere

De indecenti cibo. Cap. II.

Cibaria incōueniētia multiplicia existunt

CIborꝫ indecentiū qdam est indecēs a se ad nutriendū sicut ea q̄ manifesta sunt in malicia nutritionis vt pisces saliti & panis aridus & caseus siccus, allia, cepe, & hijs similia. Aliud vero est indecens sua quantitate, licet decens sit in se, vt est panis mundus q quāuis sit vtilis in sui natura equali corpori tn̄ multus vsus eius corrūpit digestionē & paucus similiter corrumpit ipsam. Nam multus generat crudū flegma paucus vero generat corruptionē. Quod est qa ex primo generat̄ sanguis corruptus flegmaticus, cibus em̄ sumptus preter opportunitatē corrumpit & si sit bonus & multo magis quando admiscetur cum eo aliquid corruptiuū, quoniā bonitas panis mundi cum malis cibis sumpti destruit̄ aut permanebit in stomacho diutius qꝫ oporteat, aut forte preposuerit quod postponi debet, vel econuerso. Aut forte sumpserit cum eo aliquid qd' ad sui digestionē magis longū tēpus requirit, aut magis breue quā oporteat, aut erit incōueniens & excitatur cito exire, aut cum rebus descendentibus de stomaco anteqꝫ perficiatur eorum digestio, aut biberit super eo multā aquā vel cōederit multos fructus, aut ei aliqd viscosum preposuerit, vel ex causa felliū stomachi ei aduenientiū vel ex debilitate stomaci qui aggrauatur a cibo aut multis humoribus in suis villis existentibus anteqꝫ cibus ad eum pertrent at. Eorum aūt quæ corrumpunt & offendūt digestionem sunt sumptio diuersorꝫ ciborꝫ in vna comestione & præposito grosso subtili & diuersificatio ferculorꝫ et diu permanere in comestione ita vt sit longum spaciū inter principium cōmestionis & finem eius. Et oportet esse cibum in temporibus frigoris actu calidū in estate vero frigidum. Et cauendum est a ferculo valde calido vt ferculo statim ab igne amoto & a cibo valde frigido vt cibis niue infrigidatis. Sed potest ea sumere tempore intensi & vltimati caloris, melior vero & vtilior comestio frigidorum est in regionibus frigidis et in temporibus post quæ sequitur quies & somnus. Fructus autem humidi præponendi sunt cibo preter fructus in quibus est coadunatio & moram trahunt in stomacho sicut citonia poma & granata. Et quod bonum est in cōseruatiōe sanitatis est pseruatio a fructibus humidis & multo vsu horꝫ ipsorꝫ. Sed qn̄ et

A cibis nimiū calidis & frigidis maxime abstinendum est

multo vsus fuerit sumat post eos laxatiuum, aut exerceat fortem motum nec multum dormiat post eos. Et confert acceptio humidorum fructuū apud vehementem appetitum ad eos, sed non multum comedat de illis, nec in die quo fatigatus fuerit aliquo labore, nec apud inflammationem stomachi. Et secūdum hunc modum potest sumi de ficubus & vuis qm̄ p̄ alijs fructibus & oībus temporibus meliores sunt. Cui vero necessariū est sumere laxatiuū non sumat illud quod vigorosum est violentum speciebus laxatiuis, sed ꝙ laxat & educit feces tantū & vt mundificet stomacū. Epar & intestina sicut triferā paruā mixtā cum yera & turbit & sicut pillulas aromatū & pillulas de aloe & mastice & sicut guarset de citonijs et dactilis & similia. Et post bonū cibū non moueatur forti motu nec fatigetur in aliquo exercitio artis nec bibat multā aquā, aqua enim statim sumpta post cibū prohibet stomacū vt nō circuat cibū & possibile est qñꝗ ꝓuocare vomitum, aut facere fluxū ventris, & oportet vt non sumat de aqua supra cibū nisi modicū donec congregēt cibus in stomaco, deinde perficiant suum potū. Quidā vero sunt in quoꝝ stomaco digerunt̄ grossi cibi & corrūpunt̄ ī ipsis subtiles cibi Vnde oportet hos nutriri cū subtilibus primo, deinde administrare eis grossa & huius cōtrariū oportet fieri in hijs quoꝝ natura contraria fuerit. Illi aūt in qbus abundant humores nocitiui vtant̄ cibis generantibus humores contrarios vel nocitiuis humoribus & hoc modo resistet̄ ḡnationi illoꝝ humoꝝ. Guarset

TRACTATVS XIII. ETIAM DVO continens cap̄la. De regimine potus aquæ sequitur. Cap. I.

Aqua non debet bibi ieiuno stomaco, nec in ipsa comestione, nec post ipsam quousꝗ perceperit alleuiationē superiorum partiū ventris in eo modo ꝙ incipiat sitis, & non debet bibere de ea vsꝗ ad saturitatem donec alleuient̄ superiora ventris & descēdat cibus tunc confert potus aque, & oportet cauere potū aque niuis qui debilis est neruis & habens debilem stomacū & epar & fel frigida & vniuersaliter oēs habentes debilē digestionem. Carnosi vero & sanguinei & rubei coloris non est necesse abstinere ab aqua & oportet cauere potū multe aque frigide apud ieiunum nisi habuerit calorē fortē inflāmatiuum, aut febrē & caueri oportet post balneum, & post coitum & post fortē motū, potest tamen ipsam bibere paulatim vna hora post aliā quousꝗ sitis recedat vt non offendat neruos stomaci sua frigiditate, nec bibat aquam in nocte quoniā possibile illam sitim esse mendacē qđ si biberit aquam & sitis pro tanto non recedit, sed augmētatur & magis incitatur oportet tolerare ipsam et expectare per horam quoniam recedet sitis.

De iuuamento potus vini Cap. II.

Vinum bonū est pro conseruatione sanitatis si sumatur suo loco & tēpore & cōplexione debita & cum equalitate & sua quantitate & qualitate similiter debitis, tunc em̄ iuuat digestionē vltimo iuuamēto & impinguat corpus & oēs humores subtiliat & exsiccat eos p̄ corpus, letificat animam & dilatat ipsam clarificat sensus acuit vrinā & addit & multiplicat naturalē calorē. Et est quidem necesse quod non sumat̄ vinū ieiuno stomaco, nec apud famē nec supra fortē cibū, nec post balneū, nec post fortē motū nec repleatur de eo dōec aggrauet stomacū, nec sumat̄ post cibū, nec post quā a stomaco descēdit, nec post inebrietatē qm̄ tunc offendit magis ꝙ ceteris modis, nec accedat ad ipsum calidus cōplexiōe nec in tp̄e caloris & substinentes passiones calidas & habentes calidū epar. Excessus aūt potus vini & eius assiduatio offendit, ducit enim ad tremorem et ad amissionē medietatis partis corporis & apoplexiā & suffocationē et mortem subitaneam & dolorē iuncturarū & passionē doloris que dicitur arnaglas, & ad maniam & epilentiā & ptisim & egritudinē permixtiōis intellectus que dicitur melancolia & occecationē oculoꝝ ad multas egritudines sine numero. Et est quidē oportunus potus vini habentibus cōplexionē frigidā & tempore frigoris & in etate frigida, & ei cuius digestio est difficilis & offenditur a potu aque, sed qui est contrarie conditionis horum, non accedat ad ipsum. Modus autem iuuatiuus potus eius cui nocet aqua, est quod sumat de eo post cibū moderata quantitate vt non deueniat ad inebrietatem & possibile fit quandoꝗ iuuare ebrietatem si non fiat nisi semel aut bis in mense, & precipue habentibus complexionem frigidam sed parum confert habentibus complexionem calidam. Pueros autem oportet non gustare de eo propter debilitatem membrorum suoꝝ & etiam magnos senes. Regulæ autem sumptionis vini secundum debitum modum plures sunt & scripte sunt in libro de cibis Ysaac filij Salomonis & libro de vino sapientis Rasis.

Vinū ad qd bonū

Qñ vinū nō est sumendum

Lesiones vini per excessum

arnaglas

Quibus magis cōueniat vinum

Modus sumēdi vinum

Regulæ de vino

TRACTATVS. XIIII. TRIA HA-
bens capla. De regimine mundifica
tionis corporum a superfluita-
tibus. Cap. I.

QVi sanitatē intendit conseruare & suum corpus mundum tenere, oportet illum toto posse præseruare a cibis generantibus malos humores & curare laxationem quando percipit plenitudinē, & in temporibus quibus conuenit purgari & procurare motum & laborē, nam quodlibet horum aliquod generum superfluitatū educit & si fuerit illud quod per egestiones educitur minus quantitate sumptorꝫ debet laxari tunc cum rebus temperatis, & quando minoratur vrina debet prouocare ipsam donec redeat ad quantitatem in qua prius erat, & hoc cum rebus conuenientibus ad hoc sicut cum secaniabin & semine melonū & citrulorꝫ. se. & apij & similibus, & si minoratur sudor exerceat se laborare & fatigatione temperata donec sudet & ingrediatur balneum. Et si ex nimio vsu calidorum generantium coleram rub. perceperit eius dominium educat eam cum temperatis rebus vt cum mirabol. citrinis prunis tamarin. aqua casei & suco granatorꝫ cum nucleis suis. Si vero ex negligentia & pigritia eam non purgauerit, ita quod multum abundauerit in corpore, oportet tunc euacuare ipsam cum rebus fortibus. Si vero ex nimio vsu cibo. humidorum perceperit abundantiā flegmatis assuescat sumere triferam mixtam cum yera, & turbit etiam pulucrem zinziberis cum turbit & zuccaro. Quod si sentit grauitatē in stomacho & appetitus deficit nec appetit nisi res acutas & alij cibi eum grauāt & precipue dulces & pingues Tunc debet facere vomitū cum sale & sinapi, porro & raphano & similibus. Si vero in corpore plenitudo fuerit & est rubei coloris diuersas alterationes suscipiens debet flebotomari, & debet facere alias euacuationes omnes temperato modo, sicut coitum, & purgationem gutturis per gargarismum & mundificationē dentium & sternutatoria & oportet ipsum esse sollicitum circa expulsionē superfluitatum vt stercoris vrine & ventositatum & non negligere ipsarum exitum.

Quando euacuādū est .s. per egestionē per vrinā

p sudorē

p vomitū

Sequitur nunc de consuetudine. Cap. II.

DIxerunt sapientes quod consuetudo est secunda natura, & propter hoc oportet seruare consuetudines & procedere secundū regimen modi ipsarū nisi forte excesserint in malicia, tunc enim oportet elongari & transferri ab eis paulatim, & oportet multū cauere vt nisi semper procedat per vnū modum eadem consuetudine in cibo & potu consuetis, aut in hijs a quibus solet abstinere sicut de somno & egestione coitu & motu & similibus. Nam si vnum modum continuo obseruauerit offendetur postea in sui complexione quando ex illo modo transfertur & ab eadem consuetudine recedet. Quapropter oportet vnum quēq; docere & regere se & corpus suum in omni re & modo & eorꝫ contrarijs, nescit enim quid contingat in posterum & dominetur suo spiritui, & assuescat naturā suam tolerare frigus & cauma motum & quietem, & singula cibaria in quibus humana vita consistit, nec valet esse absq; ipsis & mutet & variet tempora somni & vigilię quietis & motus, quę quidē in ꝓcessu dierū necesse erit variare.

Consuetudo altera natura

ordinatū regimen seruare penitus non omnibus prodest

De regimine infirmi. Cap. III.

REgula vniuersalis & iuuatiua in regimine infirmi consistit in tribus modis curationis. s. in conseruatione virtutis infirmi vt non corruat anteq; egritudo ad statum perueniat vt cibari ipsum cū re quā appetit recreare si appetitus defecerit, ita tamē ꝙ ille cibus non multum noceat, & letificari animam infirmi & ei significare & pronunciare aduentū eorꝫ quę ipse expectauit vt per hoc prouocetur ad gaudiū & auferatur ab eo tristitia & pronunciare ei cito euasurū esse ab illa infirmitate & quia facilis curationis est & confortent sui animā bonis consolationibus & exemplis letiferis dicendo talis sanatus est ex infirmitate sua quę difficilior fuit tua et similibus & oportet esse medici intentionē ad educendum causam egritudinis & vigorare virturem infirmi, si debilis fuerit, & si per hoc augeat in firmitas ne forte deficiat eger dum tollitur ei cibus, aut remittitur apud tempus status egritudinis, & qñ dubitauerit medicus & timuerit de casu virtutis infirmi nitat confortare virtutem plusq; remouere causam.

Egritudinis causa educēda est & virtus cōfortanda

TRACTATVS. XV. COMPREHEN-
dens cap. vnicum. De regimine acu-
torum morborum.

REgimē acutorꝫ morborꝫ est triplex, vnū est regimē i vltimo fine tenuitatis, scdm est i fine tenuitatis, tertiū vero est regimē ꝙ non est in vltimo fine tenuitatis. Dicimus aūt ꝙ regimē in vltimo fine tenuitatis est vt cum virtus est fortis & egritudo est in suo statu & terminatione qui quidem fit in quarta die aut ante, tunc est necesse regere infirmum cum hijs dietis subtilibus & hoc est regimen quod in vltimo fine subtilitatis existit.

Regimē acutorū morborꝫ est triplex Primum regimen

Sec'm regimen

Secundum vero regimen q̃d est in fine subtilitatis est vt cũ virtus existit fortis & ęgritudo est apud suum statum & terminationem qui quidem non transit diem septimum. Tunc est necesse regere infirmum cum ydromelle vel iulep tale regimen est in fine tenuitatis sed non vltimato fine.

Tertium regimen

Tertiũ vero regimen est dieta subtilis vt cũ virtus est debilis debet regi cum ptisana & hoc dicit̃ subtile regimen. Iste est modus regiminis acutarum ęgritudinũ & radix super qua debet se fundare medicus.

Passionis siccę regimen

Passiones siccæ curari & nutriri debent cum hijs per quę passio naturę alleuietur & approximentur ad ęqualitatem in suorum quantitate & qualitate

Cõualescentiũ regimen

Conualescentes ab ęgritudine regi debent cum eo regimine quo in sua infirmitate regebantur nec cum hoc totaliter relinquere debent regimen quo vsi fuerint ante ęgritudinẽ. In curatione ęgritudinis debet medicus niti restituere ad terminũ illius sanitatis in q̃ prius anteq̃ ęgrotaret extiterit, non aũt ad perfectã sanitatẽ & cõplexionẽ ęqualẽ penitus.

Regimẽ ęgritudinũ siccarũ pueri & senum

Aegritudines siccę pueri & senium in quibus apostema generatur non curentur cum hijs quę calefaciunt humorem apostematis cum virtute & ipsum repercutiant nisi cum hijs quę attrahant humorem & educãt illum cum virtute sed faciat hoc cum rebus temperatis.

Acute ęgritudĩes reb⁹ frigidis & humidis curantur

Regere debes infirmum in acutis ęgritudinibus cum rebus frigidis & humidis quantũ potes & relinque stultitiã medicorum qui non habent veram scientiam circa hoc, dicunt enim quod res frigida impedit digestionem & tardare facit crisim, sed in hoc regimine nihil lesionis contingit, & priuatio eius ducit infirmum ad periculum mortis nisi fuerit verificata penes te presentia digestionis & excessus crisis.

Egritudo cõplexioni infirmi cõtraria difficilis est curæ

Aegritudo quę contrariatur cõplexioni infirmi periculosior existit & quę cõuenit cũ cõplexiõe magis est curabilis sicut febres vrentes in senibus & paralisis in pueris & ecõtrario. Membrũ calidę cõplexionis in quo accidit ęgritudo frigida oportet calefacere forti & diuturna calefactiõe, si vero accidit ĩ ipso ęgritudo calida non oportet ipsum infrigidare vltima infrigidatione, sed eo modo quo ad sui primam naturam redeat & simili modo de alijs qualitatibus. Quando fuerit membrũ siccę complexionis & acciderit in eo vlcus oportet ipsum curare cum medicamine fortis exsiccationis valde quemadmodũ vlcera nasi aurium & omnium membrorum cartillaginosorum curantur cum ferrugine ferri & cum compositione troc. andaron quę vltimę sunt exsiccationis. Vlcera vero quę fiunt in carne curantur cum compositione vnguẽti albi q̃ sub prędictis in siccitate existit. Quando oportebit nos curare aliquod membrum debemus admiscere cum medicamine aliquid quo nutriatur membrum illud. Si vero fuerit illa species res cibalis laudabilior erit necesse curare proxima ęqualitati & aromatica. Et si possibile fuerit ipsam esse de genere cibi hoc est quod vltime queritur. Species aromaticę & stipticę & coadunatiuę quę propinquę sunt ęqualitati singulares sunt sua proprietate ad conseruationem virtutum naturalium & confortationẽ membrorũ principalium.

Dieta nobilior q̃ medicina

Quod curare poteris cum cibis noli curare cum medicinis. Elongare a medicinis extraneis toto posse donec verificetur tibi earum natura & iuuamentũ cum testimonio & experimento.

Simplicium cõpositis vitãda

Melius est minorare compositionem medicinarũ simplicium quam ipsam multiplicare vt verificetur tibi quę illarũ efficacior est in iuuamento, quoniam medicinę simplices plures & infinitę sunt, vnde sollicitudo in earum compositione non nisi labor & vanitas est. Intentio relinquendi humorẽ & cõfortandi naturã vt eum subtiliet, & postea expellat melior est quam ipsum per laxatiuum aut vomitum educere nisi forte natura fuerit debilis vt non possit supra humorem dominari. Quãdo duę species iuuatiuę ęgritudinis ęqualis naturę & iuuamenti occurrerint elige de ipsis quę aromatica est & faciliori propinationis & de qua magis nutrit̃ natura. Nam ęgritudines quę generantur ex defectu qualitatis & quantitatis humorum pauciores sunt ęgritudinibus quæ generantur ex superabundantia ipsorum & propter hoc vt plurimum deuiant medici in euacuatiõe.

Membra multi sensus medicinis fortib⁹ neq̃ curanda sunt

Noli esse promptus in curatione membri multi sensus cum medicinis fortibus sicut oculorum neruorũ stomachi & matricis quoniam incitabunt in ipsis accidẽtia pessima. In curatione vero membrorũ grossorum sit studium tuum cum medicinis vehementis vstionis & profundationis sicut in passione splenis attenduntur radices capparis sinapis allium siluestre & similia. Quando indigemus euacuatione & alteratione cõplexionis et inuenitur vna res vtrumq̃ faciens. Accipiatur sola quemadmodum pro discrasia col. rub. in febre vrente attendimus granata acetosa simul cum pulpa & cortice & sicut pruna, hęc enim cum educant co. rub. alterant etiam complexionem & eam ad melius immutant. Caue toto studio non propinare euacuationem apud defectum virtutis, sed stude alterare humorem & ipsum transmutare cum cibis quorum complexio sit contraria complexioni humoris donec alterent ipsum. Cauendum est penitus a

multa euacuatione & maxime in tempore caloris quoniam causat multas & pessimas egritudines. Quodcunque membrum habens operationem multi iuuamenti si acciderit in ipso apostema noli curare ipsum cum rebus dissolutiuis tantum aliquo modo, sed misce cum medicinis aliqua eius virtutem confortantia, & etiam si fuerit de genere difficilium apostematum confortabis ipsum cum rebus coadunaturis aliquantulum, & propter hoc fuit de consuetudine medicorum, administrare huiusmodi emplastris stomachi & epatis.

TRACTATUS. XVI. ET VLTIMUS etiam vnicum habens Cap. De euacuatione humorum cerebri & ceterorum membrorum.

Cerebri euacuatio & cura

Euacuatio humorum cerebri fit cum sternutatorijs & gargarisatione gutturis & cum rebus laxatiuis quarum proprietas est ad caput ascendere sicut cum sticados collo quintid. aloe, & rasura capillorum capitis & pectinatione cum pectine & fricatione cum panno aspero & linitione cum oleis & cauterio cum igne in vertice in loco coniunctionum ossium qui dicitur alsunam & infrigidatione sue complexionis cum re que instillatur auribus & cum attractione olfactus per nares & insufflatione puluerum in ipsis, & per appositionem ventosarum quando accidit ei frigidus aut calor & per emplastrationem cum sale calefacto, aut cum castoreo puluerizato cum aceto. (Alsunam)

Stomaci euacuatio & cura

Euacuatio humorum stomachi fit cum vomitu & laxatione ventris & cum alteratione complexionis cum cibis & emplastris.

Epatis euacuatio duob9 fit modis

Euacuatio epatis fit duobus modis, quia quando egritudo est in sui gibbositate fit cum prouocatione vrine. Si vero fuerit in concauitate euacuatur cum rebus lenientibus naturam & laxantibus complexionem cum cibis & emplastris.

pulmonis euacuatõ

Euacuatio pulmonis fit per sputum & eius complexionis alterationem cum cibis & supino accubitu & linitione pectoris.

Cordis euacuatõ qrara est

Euacuatio cordis rara est, sed aliquando fit de sanguine, & hoc fit per flebotomiam vene sinistre que dicitur basilica. Et est vena inferior trium venarum que sunt in brachio & per alterationem complexionis cum cibis & per emplastrum sub pectore cum rebus frigidis & calidis potentia & actu.

Splenis euacuatõ

Euacuatio splenis fit cum rebus attrahentibus col. nig. & per flebotomiam basilice sinistri lateris & per alterationem complexionis cum cibis & emplastris.

Intestinorum euacuatio

Euacuatio intestinorum fit cum laxatione ventris & alteratione complexionis ipsorum cum cibis & emplastris & clisterijs.

Renum euacuatio

Euacuatio renum fit cum medicinis prouocantibus vrinam & alteratione eorum complexionis cum rebus calidis & frigidis mixtis & cum emplastratione super lumbis & cum clisterijs.

Vesice euacua.

Euacuatio vesice fit cum rebus prouocantibus vrinam & alterantibus complexionem cum hijs que cum eis adiunguntur medicinis. s. sanantibus vlcera, aut alterare complexionem cum vnctionibus & emplastris circa pectinem & cum hijs que in virga immittuntur.

Matricis euacuatõ

Euacuatio matricis fit cum medicinis prouocantibus sanguinem menstruum & cum clisterijs cum rebus prouocantibus sanguinem menstruum & aquam citrinam & cum alteratione complexionis per clisteria licinia emplastra & vnctionibus. Natura enim expellit superfluitates de membro ad membrum, videlicet de forti ad debile, aut ad vias vrine aut alicuius meatuum exitus superfluitatum cibi, ita quod a corpore expelluntur, & expellit etiam sagittas post multos menses & annos, & iam quidem visum fuit de quodam cuius dorsum ingressa fuit sagitta que post septem annos exiuit cum stercore.

Mirabile seu admiratiõe dignum

Omnes sapientes & intelligentes medicinarum concordauerunt in hoc vt cum non potest medicus superstare cognitioni cause egritudinis cum solerti perspicatione & clausa fuerint signa cognitionis, debet tunc visitare infirmum & relinquere ipsum nature, nec moueatur ad euacuandum, aut ad mutandum complexionem. Sed tantum studeat conseruare virtutem infirmi & ipsam confortare si fuerit debilis cum cibo solo ei conuenienti & quem natura appetit. Si vero diu processerit & non quesierit cibum nec ipsum appetit & manifesta fuerit in eo debilitas pulsus & continue debilitatur debemus cibare ipsum preter sui velle. Quando fuerit in corpore aliquod membrum quod frequenter & continuo passiones inuadunt scito quoniam ex debilitate illius membri prae alijs membris est. Est enim ipsum ad modum sterquillinij ad superfluitates. Vnde oportet tunc considerare humores, quoniam si mali fuerint & non potest eos euacuare reducere a corpore noli ipsum curare, nec accedas ad ipsum cum medicinis repellentibus ab eo illas superfluitates. Sed cum hijs que deponunt eas ad ipsum & dissoluant eas in ipso, quod si potes eas euacuare, aut transferre ad alium locum minus eo nobilem melius erit. Et stude semper confortare membrum. Membra quoque confortantur cum hijs que coadunant & infrigidant ea, conseruando tamen cum hoc caliditatem ipsorum & bonis nutrimentis que sibi attrahunt. Passiones antique

& diuturnę vt in pluribus ex frigidis & grossis humoribus generantur. Cum diu curaueris ęgritudinem cum medicinis & nihil profuerint transfer & muta medicinas ad contrarias. Illarum quoniam signum est, quod primę medicinæ non competebant ęgritudini. Statue tempora interpolationis inter laxatiua medicinæ diuturnę quia bonum erit pro conseruatione virtutis & pręcipue vt laxatiuũ terminũ laxationis non excedat & iuuare naturã in expulsione ęgritudinis, quoniam & si medicina agat in morbũ morbus nihilominus agit in medicinã. Quapropter oportet esse spacium temporis inter laxatiua, vt morbus laxatiuo non pręualeat. Caue ab vsu certorum ciborum malorum ad conseruandum sanitatem quoniã diuturnus eorum vsus necessario generabit malũ humorem & maxime hijs qui naturaliter sunt dispositi ad generationẽ illius humoris ex sui malicia compositionis, aut malicia regiminis in quibus non longo spacio desit eius generatio. Quãdo fuerit ęgritudo in corpore noli curare ipsam cum re nocitiua, vel cum eo quod contrariatur complexioni membrorum quoniam offendes multum in eo quod intendebas iuuare. Species acutę valde non debẽt subtiliter teri. Quando intendis educere humores a capite & cerebro & instrumentis sensuũ sit laxatiuum cum pillulis magnis quæ quidẽ accipiendæ sunt post cenam apud somnũ. Quãdo humores in stomacho fuerint, sit laxatiuũ cum puluere specierum tritarum & cribellatarum. Quando membra principalia debilia vel infirma fuerint & proponis laxare corpus necessitate coactus administra clistere tantum. Cum intẽdis educere humores ab intestinis administra laxatiuum ieiuno stomacho per pillulas paruas & exerceat motum post sumptionẽ earum. Quando fuerint pillulę laxatiuę vetustę & aridę non sumantur, donec in aqua ca. aliquantulum immittantur. Omne laxatiuum col. rub. educit necessario. In laxatiuo senum qui ætatem sexagenariam transierunt non debet misceri aliquid pro laxatione col. rub. quia necessario exibit cum laxatiuo & de humiditatibus quæ sunt radices corporis. Assiduatio flebotomię & laxationis ventris sine causa discrasię, error est & mala consuetudo, sed hijs sola mutatio regiminis est oportuna, ĩ cibo somno & quiete. Elongare oportet acutas medicinas ab hijs quorum membra naturaliter debilia sunt & regere illos cum medicinis ęquali cõplexioni propinquis. Cauendum est administrare laxatiuum pregnanti quia ducit embrioni debilitatem in suis membris principalibus toto tempore vitę suę. Illud in quo medici concordauerunt & ratio & experimentum approbauerunt ante oculos tuos sit & semper in vniuersis tuis processibus & contrariũ contrariũ. Maxima necessitas in curatione ęgritudinum post perfectam scientiam medicinę est requirere & visitare infirmos & melius est, hoc est visitare eos frequenter & scire ipsorum statum accidentia & signa. Nam possibile est non percipere ęgrum eius causas profundas & etiam si boni fuerit intellectus.

Interpolatio inter laxatiuas medicinas statuẽda est

Finis Theoricæ Alsaharaui.

INCIPIT LIBER ALZAHARAVII alias Azararij continens operationē seu practicam medicinę, qui in triginta duos diuiditur tractatus.

PRIMVS TRACTATVS PARTItur in duas sectiões, quarū prima est de egritudinibus cutis & partium externarum capitis. Scd'a sectio de alijs capitis egritudinibus & etiā neruorū. Primaq3 sectio diuidit̄. in. xvij. capitula.

Cap. primum de enumeratione passionū cutis capitis.



ASSIONES CVtis capitis sunt, passio vulpis, passio serpentis, caluicies, depilatio capillorū, eorū cissio, eorū dealbatio ante tēpus debitum, casus pilorū supciliorū genera pustularū & apostematum scabiei & pruritus, & tinea, pediculi & hūiditas quæ generat̄ sub cuti capitis, multitudo sudatiōis, difficilia apostemata, humores & genera collectionum.

De passione allopiciæ. Cap. II.

Vulpis

Qvando alterat̄ cōplexio cutis capitis, ita vt caput depilet̄ appellauerūt istud antiqui passionē vulpis propter duo, tum qa pili vulpis sunt subtiles & qn̄ cōfricant̄ p longū cadūt, tum etiā qa huiusmodi passio accidit vulpi. Cause vero quę generant ipsam sunt tres qa aut gn̄at̄ ex flegmate putrido, aut ex col. ru. vsta, aut ex col. ni. corrupta, & non fit de sanguine nisi in sui natura corruptus fuerit. Signa indicatiua causæ ex flegmate sumunt̄ ex ętate patientis si fuerit ætatis senectutis, & a sui cōplexione si flegmatica fuerit albi coloris grossus & mollis, cōpositione sui corpis et ab eius cōsuetudine si vsus fuerit cibis frigidis & humidis & fuerit locus depilatus albus & tinea adherens ei. Signa indicantia causę col. rub. sumunt̄ ex ętate patientis, si iuuenis est & eius cōplexio colerica citrini coloris & cōpositionis corpis sicce & vsus eius regiminis fuerit cum cibis calidis & fuerit locus depilatus declinans ad citrinitatē. Signa indicantia causę col. nig. sumunt̄ ex ętate patientis. Si fuerit mundus & eius conditio & cōplexio melācolica & nigri coloris & corpus suum siccū & macilentū & locus depilatus declināns ad fumū & nigredinē & suū regimen declinauerit ad ea q̄ col. nig. generāt sicut carnes salsitas, sal, caules, lentes & similia.

Causæ alopicię tres

Signa ex flegmate

Sig. co. rubeę

Sig. o nigrę.

Curatio vero allopicię puenientis ex causa flegmatica est ad ministrare patienti id quod mundificat caput & corpus & a flegmate. Si consenserint tēpus anni etas consuetudo sanitas viscerū & cęteri modi & conditiōes determinati apud tractatū potus laxatiuorū cū pillulis cōpositionis stomaticon quę cōponuntur ex xi. speciebus sicut scriptū est in parte cōpositionū, aut cum marbut de agarico & similibus, aut cū yera rufina, aut yera gal. aut yera pigra cōposita cū colloq. aut theodoricō vt purget̄ flegma de ca. & facere vomitū post repletionē cū cibis cū radice sinapi tinnina pisce salito & secaniabin d. melle & aqua tepida, aut aqua decoctionis aneti cū melle. Et si voluerit fortius hoc quęrat in parte de cōpositionibus, & debet nutriri patiēs cū cibis generantibus cōtrariū humorē flegmati, & qn̄ fuerit tibi verificata diminutio humoris & mundificatio corpis & rectificatio corruptionis sanguinis, sit tuū studiū curare cū linitionibus & emplastrationibus scriptis in suis locis, post fricationē cū aspero panno donec rubeat cutis, & si rubificata fuerit cutis cū hoc parū scias eius curationē esse facile & propinquam. Si vero multū rubificata fuerit eius curatio difficilis erit, & postea fricet̄ cū forti cepe, aut cū cepe narcisco, aut cū cinere corticū auellanarū & amigdalarū amararū vstarū cum suis corticibus & tritarū cū oleo oliuarū deinde liniat̄ locus cū eo si egritudo fuerit recens. Et si egritudo fuerit antiqua fricet̄ locus cū allijs & sinapi euforbio & piretro tritis cū felle bouis, aut fricet̄ cū semine vrticę trito cū oleo sisamino, aut vngat̄ cū tapsia trita & liquefacta cū cera, & si locus vlcerat̄, ex hoc curet̄ cū marian albo donec sanet̄ vlceratio, & si hec nō pfuerunt & acciderint in loco depilatio & tumor & apparuerit in eo infectio similis calci. Curetur tūc cū pice humida sicut determinauimus ī suo loco & hoc est expertū. Medicina experta ad hec accipiat̄ bardon, & est quoddā animal ꝙ nascit̄ in sepulchris mortuorū & coquatur in oleo cōmuni & liniat̄ cū oleo allopicia antiqua & tinea sępe & sanabit̄ cū auxilio dei. Curatio aūt allopicię ex causa col. ru. fit p flebotomiā venę capitis. Si plectoria in eo apparuerit, & apponant̄ ventosę cū scarificatiōe vt educat̄ sanguis q̄ dicit̄ almahagma. Si vero fuerit aliud prohibens ex ętate infirmi cōsue-

cura alo. ex causa flegmatica

Marbut

Marhan

Bardon

Cura ex causa co. rubeę

Almahagma

tudine tpe anni, & debilitate virtutis & ceteris cōditionibus flebotomie, postea vero fiat euacuatio colere ru. cū aqua casei & scamonea & eit ꝙ accipiat de aqua casei lib.i. cū pondere vnius denarij scamonee ꝑparate scd'm artē, & sumatur in ieiunio post ꝑseruationē a malis cibis & hoc fiat sepe, aut fiat euacuatio cū matbuc.mirabolanoꝝ citrinoꝝ aloe & scamonea & ceteris laxatiuis hijs similibus scriptis in suis locis & si indigebit fortiori hoc laxatiuo accipiat de pillulis fortibus ad hoc cōpositis & regat cū cibis frigidis q sue cōplexioni cōtrarient, & caueat ab omni cibo generante colerā ru. & assiduet balneū aque dulcis, & effundat multū aquā tepidā sup corpus & non multū sudet in eo vt non exsiccet suū corpus, & addat in somnum & ociū & postꝙ verificata fuerit penes te diminutio humoris & mundificatio corpis a colera.ru. & rectificatio corruptiōis sanguinis stude tunc fricare locū cū petia panni lini asperi donec locus rubeat, aut scarificet cū ferro postꝙ abrasus fuerit pilus cum psilotro de calce, aut cū rasorio, si multū rubet & humor est multus. Deinde vero liniat cū olibano pulerizato & mixto cū aceto & stercore muriū cum aceto, & radicibus cannarū vstis & corticibus auellanaꝝ & amigdal. amaris vstis cum suis corticibus, & si orit in loco tumor & caluicies curet cū medicinis fortibus scriptis in suis locis. Curatio vero allopicie ex causa colere nig. fit per euacuationē colere nig. a corp. & a capite si non fuerit aliud ꝓhibēs ex etate intirmi & alijs cōditionibus cū macbuc de epithio simplici aut cōposito sicut scriptū est in suo loco, vel cū yera logodion cū aqua epit' imi aut sibi simile eoꝝ. s. que educunt colerā nigrā & regat cū cibis cōtrariantibus colere nigre & vtatur balneo tēperato de aqua dulci, potu vini odoriferi. Et cum verificata fuerit penes te diminutio humoris & rectificatio corruptionis sanguinis stude tunc fricare locū cū cepe & sinapi, aut cū piretro cōpositis vel separatis & linire ipsum cū stercore muriū, vel fructu lauri vel amigdal. amaris vstis cū suis corticibus vel cū rebus fortioribus hijs sicut cū euforbio & tapsia, pice & kitran vt scriptū est ꝓprio loco de emplastris. Et si corrupta fuerit cōplexio capitis & aduenerit ei tumor non habet meliorē curationē ꝙ medicinā de pice sicut determinauimus in suo loco de emplastris. Hoc enim sanat hanc passionē cuiuscunqꝫ cōplexionis fuerit & hoc expertum est.

Matbuc

Cura alopi. ex causa col. ni.

De egritudinibus tinee alias serpentis Cap. III.

Hec aūt egritudo est de speciebus allopicie, & hec egritudo cū excoriat cutis loci vocat passio serpentis qa corium eius discoriat. Sed ista egritudo est acutioris & fortioris corruptionis ꝙ allopicia. Sed eius curatio equalis est curationi allopicie.

Passio serpētis vocatur

De caluicie. Cap. IIII.

Concordauerunt antiqui ꝙ caluicies generat ex priuatione humiditatis fumi de qua nutritur capillus. sicut fit priuatio humiditatis plantarū de qua nutriunt vel a quantitate vel a qualitate vnde siccat radix, & dicunt sapientes ꝙ caluicies non habet curationem. Sed Gal. scripsit nomine antiquoꝝ cōpositiones et modos cū qbus extimat iuuare que scripta sunt in suis locis. Modus vero regiminis prohibentis eius augmentū apud sui principium est regimen quod dicemus subsequenter in depilatione capilloꝝ.

Caluicies nō curabilis Galieni opinio

De depilatione capilloꝝ. Cap. V.

Depilatio capilloꝝ ex quatuor causis ꝓuenit. Prima est ex defectu nutrimenti ꝓuenientis in quātitate qua eius ortus non perficitur. Scd'a causa est ex corruptione humoꝝ quemadmodū accidit leprosis & longas egritudines sustinentibus. Tertia est ex grossitudine cutis capitis. Quarta vero ex mollicie eiusdē. Signa cause defectus nutrimenti sunt siccitas corpis & eius macies, modicum temꝑamentū cibi generantis temꝑatū nutrimentum. Curatio eius est cū assiduatiōe balnei aq dulcis additione somni multitudine cibi & potus vini rubei spissi vt augeat quantitas sanguinis & multiplicent fumi de qbus nutritur capillus & supponant capiti medicine sanguinē bonū in radice capilli generantes sicut laudanū oleum laurinum & canne vste cum oleo mell' & mastice & similia. Curatio vero depilatiōis ex causa grossitudinis cutis capitis fit cū medicinis & oleis aperientibus poros cutis sicut cū oleo camomille, oleo absinth. oleo aneti. oleo amigdalarū amaraꝝ oleo semis radicis et oleo laurino & similibus. Et accipiant amigdale amare vste & absinth. & terant & distempent cū aliquo ꝑdictoꝝ oleoꝝ cōiunctim vel separatim & liniat caput cū hoc qm̄ excellenter iuuat. Curatio depilationis ex mollicie cutis fit cum eius illitione cum oleo granorum mirti. oleo masticis oleo ro. & oleo mirabolanoꝝ. Vnde accipiant mirabolani & infundant in aqua frigida, dei de coquant bene & exprimant

capilloꝝ depilatio ex quor orit causis
1
2
3
4
Signa ex nutrimēti defectu
Cura ex defectu nutrimē.
Cura ex cā grossitudinis cutis capitis
Cura ex cutis mollicie cā

& apponat̄ sup illa expressione de oleo ros. bono. & odorifero & bulliant vsq ad cōsumptionem aque & vngat̄ caput cum isto oleo in noctibus, in mane vero abluat̄ cum aqua frigida. Simili modo fit cū oleo oliuarū que non puenerūt ad tertiā partem pfectionis ipsarū vel accipiant̄ mirti folia & vrant̄ & distemperent̄ cum oleo ros. & vngat̄ cum oleo caput quoniam hoc cito facit oriri capillos.

De scissione capillorum. Cap. VI.

capillorum scissio ex duabus fit causis

SCissio capillorum & eorum incisio ex duabus causis fit, vna est fumus calidus siccus ascendens ad caput. Alia est eius lotionis & pexionis raritas. Signa a causa fumi est qm hic frequenter accidit iuuenibus & calidis natura. Et curatio eius est purgatio eius cum infusione mirabolanorum citrinorum vel cū macbucde cassiasi. & alijs medicinis purgantibus colerā rub. Deinde flebotomatio vene capitis si consenserint etas virtus cōsuetudo & cetere conditiones & declinet ad cibaria mollia & humida & assiduet balneū aque dulcis, & abluatur caput cū aqua infusionis psilij seminis altee & seminis lini, vel cū albumine oui vel cū aqua cucurbite ordei & similibus, & vngat̄ caput cottidie cū oleis frigidis & humidis vt cū oleo nenufaris & oleo violaco. Et accipiant̄ folia sisamorum recentia & terant̄ & exprimant̄ & abluantur capilli cū expressione illa vel cum aqua malue & pectinentur frequenter & vtant̄ oleis frigidis sicut diximus.

Signa a causa fumi

Cura.

De dealbatione capillorum. Cap. VII.

Canities duabus ex causis fit

DEalbatio capillorum seu canicies ante tēpus ex duabus causis prouenit. Quarum vna est ex causa humoris flegmatici in stomaco & capite generati. Scd'a est ex suspirijs & cōtristatione anime donec infrigidatur cōplexio. Signa cause flegmatis sunt frigiditas capitis, vomitus flegmatis, & multitudo fluxus sputi & saliue & precipue cū frigiditate cōplexionis. Curatio eius est mundificare caput & corpus a flegmate cū cōpositionibus pillularū sicut cum pillulis cotijs & pillulis de mastice et yera Gal. et yera logodion & theodoricon & similibus & abluat̄ guttur cū secaniabin p se vel cū sinapi & aqua calida & masticet picē humidā cū zinziberi quolibet mane & minuat coitū & euitet odorē camphore, & effusionē aque ros. sup caput et similiter odorem sandali, & aliorum frigidorum florum & vngat̄ caput calidis oleis vt oleo sesamino & oleo camomillino & oleo de keyri, & oleo laurino & similibus & pseruet̄ a cibis generantibus flegma sicut pulmenta de frumento, & farina & pulmenta de pasta & carnes grosse, & vtat̄ assatis & frixis & bletis cū sinapi & accipiat qlibet mane triferā paruam, vel accipiat quolibet die de mirabolanis conditis vnū qm eorum proprietas est tardare canos in ipsorum assiduatiōe. Si vero fuerit aliqd phibēs sumptionē laxatiuorum regat̄ cū hijs que dissoluunt flegma sicut morabā de zinzibere & de galanga & moraba de menta & ysopo & electuarijs calidis, potu mellis & sirupo de mentastro & similibus. Si vero multa canicies apparuerit in capillis studeatur tunc tingere eos nigris tincturis. Modus tincture ex parte accipiatur de litargiro & calce viua ante & ponatur ī eis de aqua septies quantitatis eorum & exponat̄ soli tribus diebus agitando aquā cottidie, postea colet̄ aqua illa & intincta in eo lana alba videat si denigrata sit qa si nō addat in istā aquā q̄si sextā partē eius de litargiro & calce donec denigrat̄ lana & cū hac aqua denigrant̄ capilli & est expertum.

Signa cause flegmatis

Cura

Moraba

Modus tincture

De casu pilorum superciliorum. Ca. VIII.

Casus pilorum superciliorum ex triplici fit causa

CAsus pilorum horum fit ppter tria. Quia aut ex hūore acuto, aut ex allopicia, aut ex inchoatione leprarū & corruptione humorum. Et curatio eius est rectificare suum cibum & vti regimine allopicie .s. potu laxatiui & mundificatione capitis ab humore predominante sicut diximus. Deinde vngat̄ cum hac vnctione que ℞. stercus muris vstū & distemperatur cū melle. Aliud ℞. ligni aloes. ʒ. ij. stercoris muris tantundē terant̄ & distempent̄ cū oleo bono vel cū quolibet oleo & vngant̄ cum oleo supcilia & loca faciei depilata.

Cura

De pustulis capitis quæ alsahara dicuntur. Cap. IX.

SVnt quedā pustule que dicunt̄ alsahara, & dicunt̄ sic eo q sunt in eis foramina parua ex quibus fluit liquor viscosus vt mel qui generat̄ ex flegmate salso. Et curatio earū est cū mūdificatione corpis & ex corruptis hūmoribus flegmaticis cū yera Gal. & theod. aut stomaticon & similib9 laxatiuis. Sed si aliqua cōditionū prohibuerit potū huiusmodi laxatiuorum fiat gargarismus cū rebus attractiuis flegmaticis, & regat̄ cū hijs quorum cōplexio contraria est flegmati & preseruet̄ de grossis cibis sicut de grossis carnibus & pulmento frumenti vel paste & similibus. Deinde vtat̄ linitionibus dissoluentibus humores. Et accipiat̄ sal alcali & nitrū, aut aqua maris, aut lixiuiū & abluat̄

Curatio

cum eo frequẽter caput, vel accipiantᷣ fęces vini & cõburantᷣ & distemperentᷣ cũ modico calcis & aceto & liniantᷣ pustulę cum eo in nocte mane vero abluatᷣ cũ aqua alcali aut aq̃ nitri.

Alraba

De pustulis capitis quę dicuntᷣ alraba. Ca. X.

Dicunt hee pustulę dulces & generantᷣ ex sanguine corrupto, vnde fit in eis fortis corrosio & generantᷣ super eis squamę albe vnde excoriatur cutis. Curatio earum est cum preseruatione a cibis calidis & acceptione prunorꝝ thamarindorꝝ cassiaſ. & aq̃ cucurbitę qñ fuerit puer qa hec passio plerũq; accidit paruulis lactantibus. Si vero possunt tolerare flebotomiã flebotomentᷣ venę quæ sunt post aures, vel supponantᷣ collo ventosæ cũ scarificatione, aut supponantᷣ ibi sanguisugę, & accipiantᷣ de sanguine eodẽ dum est calidus & liniatᷣ cũ eo caput cũ aliquo oleorꝝ scriptorꝝ in suis locis. Si vero fuerit aliud prohibens in hoc regatᷣ nutrix pueri cum bonis cibis quorꝝ cõplexio contraria sit humori generanti pustulas & liniatᷣ caput cũ linitionibus mollibus sicut cũ hac ℞. cepe albę partes. iij. litargiri partẽ. i. sulphuris partẽ qntã terantᷣ & distẽperentᷣ cũ oleo ros. & liniatᷣ sępe caput cũ eo, vel liniatᷣ cũ linitionibus infra scriptis in pustulis quæ dicuntur alsahafa.

Curatio

Alsahafa

De pustulis capitis quę dicuntur alsahafa. Cap. XI.

HAe pustulæ habent parua foramina valde plena liquore subtili & viscoso & similantᷣ pustul. alsahara, verũtamen illa foramina ampliora sunt, sed vtrecq; generantᷣ ex humore subtili mordicante, & ex hũore grosso. Et accidit apud principiũ generationis earꝝ fortis corrosio & pruritus in cute capitis. Et qñ longo tpe pmanent generantᷣ pustulę in capite & fiunt in eo foramina parua & ampliatᷣ vlceratio ex eis & possibile est esse hãc ęgritudinẽ recentẽ vel antiquã, sed quęcunq; ipsarꝝ fuerit aut erũt pustulę siccę & albę, aut humidę cũ liquore putrido rubeo, & possibile est eas cõmunicare caput & faciẽ simul. Curatio earũ est cũ euacuatione corpis primo cum hijs quę mundificant caput ab humore faciente ęgritudinẽ sicut determinauimus in passiõe depilationis & cũ regimine cibo rꝝ qui contrariantᷣ humoris cõplexioni cũ cõsensu tñ temporis virtute ętate & aliarꝝ cõditionũ, & qñ manifestabitᷣ tibi diminutio humoris curabis eũ cum hoc medicamine cũ quo multi curantᷣ sine euacuatione. Quod est qa si ęgritudo fuerit recens abradatᷣ primo caput, deinde accipiatur fermentũ & distemperetᷣ cum aceto fortiter liniatᷣ caput cũ eo in nocte, mane vero abluatur in balneo. Postea vero liniatᷣ cũ tutia & dnere in quo infusum fuerit es. & cũ litargiro & aclimia cõpositis vel per se cũ aceto forti & hoc fiat sępe & sanabitᷣ. Si vero hec ęgritudo fuerit recens & in pueris accipiatᷣ hauac alcanna aristologia litargirũ & cortices granatorꝝ terant et distempent cũ aceto forti et oleo ros. & liniatᷣ cum eo caput. Curatio alsahafe antiq̃ & rubeę fit cum flebotomia venarũ quæ sunt post aures cũ multa sanguinis absterlione vel cũ flebotomia venę frontis, aut venę capitis q̃ est in brachio q̃ dicitᷣ alcephala & supponantᷣ pustulis sanguisugę post fortẽ fricationẽ cum pecia panni asperi & euacuetᷣ infirmus cũ pillulis de aloe & cochijs & pillulis de mirabolanis & nutriatᷣ cũ cibis acetosis & stipticis & ingrediatur balneũ de tertia in tertiã diem, et fricetur caput post exitũ balnei forti fricatiõe quousq; multus sanguis exeat. Postea vero liniatᷣ cũ sapone & dimittatᷣ p vnã horam, deinde lauetᷣ in balneo & erit curatus. Sin aũt fiat linitio de cartis vstis sicut scriptum est suo loco, vel fiat hoc medicamen & liberabitᷣ ab alsahafa antiqua. ℞. sa zech vstorꝝ sulphuris pulueris argẽti viui gallarꝝ aaroch litargiri aristologię longę & rotundę añ terantᷣ & distempentᷣ cũ aceto forti & oleo ros. & liniatᷣ cũ eo vsq; ad sanationẽ. Curatio alsahafe albę est ꝙ abluatᷣ cum aqua calida in qua cocta sit fenugrecũ & semen maluę aut semen lini & supponatᷣ capiti cõpositõ diaqlon vel pinguedo anatis vel cęra liquefacta cũ oleo sisamino vel pinguedo gallinę & similia & regatᷣ semp cũ cibis humidis & immittatᷣ narib⁹ oleum de cucurbita vel oleũ violatum, vel oleũ amigdalarũ dulciũ. Si vero corruptio multa fuerit cũ humore putrido fricetᷣ donec rubeat & liniatᷣ postea cũ medicaminibus calidis determinatis in curatione depilationis vel liniatᷣ cũ pice qm̃ hoc radicitus exstirpabit ęgritudinem. &c̃.

Curatio

Hauac Alcãna

Cura alsahafe ãtiq & rubeę

Zechaꝝ Zeg Aaroch

Cura alsahafe albę

aldemamul

De apostematibus generatis in capite quę dicuntᷣ aldemamul. Ca. XII.

GEnerantᷣ hęc ex sanguine currupto & curatio eorꝝ est post flebotomiã venę cephalicę, vel appositionẽ ventosarũ est maturare eam cũ emplastris donec euentatᷣ ab eis humor putridus. Deinde curentᷣ cũ vnguẽtis q̃ dicuntᷣ almarham scriptis in suis locis. Quod si fuerint hęc in capitibus puerorꝝ supponatur eis pulmentũ factũ de farina frumẽti cum aqua mellis & modico butiro postquã coctũ fuerit bene sup ignem vel supponatᷣ eis vngentũ quatuor specierũ quousq; sanetᷣ.

Cura

Vnguẽt Almarhã

De pruritu accidente in capite. Ca. XIII.

Pruritus ex duab9 causis fit
Cura

Pruritus accidit in capite duabus de causis qa vel ex abundantia flegmatis salsi, vel ex colera rubea acuta, & sufficit i ei9 curatione lotio capitis cũ nitro, aut cũ farina cicerũ vel cũ farina orobi vel farina lupinorũ amarorum & pectinatio eius freques & assidua tio balnei et liniat̃ post exitũ balnei cũ oleo sambucino & oleo camomillino & similib9. Si vero pruritus multũ excesserit & causa eius acciderit scabies curet̃ cũ flebotomia cephalice & potu laxatiui recentis purgare caput & stomachũ ab humore illud faciente queadmodũ dictum est in predictis vlceribus.

De scabie capitis sequitur. Cap. XIIII.

Cura scabiei sicce

Scabies generata i capite quã precessit pruritus erit aut humida aut sicca. Curatio sicce fit cũ assiduatiõe lotionis capitis in balneo cũ aqua tepida & mundificatiõe corporis & rectificatione cibi. Postea vero abraso capite liniat̃ cũ hoc linimẽto. ℞. baurac tosti, salis, condes añ. ℥. i. storacis calamite. ʒ. vij. terant̃ & distemperent̃ cũ aceto & oleo ros. & liniat̃ cũ eo caput frequẽter. Vnguentũ ad scabiẽ humidam expertũ. ℞. aldafli recentem & coquat̃ in aqua quousq3 fuerit aqua rubea, deinde colet̃ & apponat̃ in eadẽ cera citrina & coquat̃ donec deficiat aqua, postea liniat̃ cũ eo scabies capitis & totius corpis & est expertum.

Cõdes. i. condisi
Cura scabiei humide
Aldafli

De furfure capitis sequitur. Cap. XV.

Furfures ex duab9 generant̃ causis
Signũ ab fumo ca.

Generant̃ furfures ex duab9 causis vel ex fumo malo calido vel ex cõplexiõe cerebri vel ex eo q resoluit̃ ad illud ab alijs membris. Signũ eius ab fumo calido est ex etate infirmi videlicet si est iuuenis vel eius cõplexio colerica. Et cuius regimẽ fuerit ciborum calidorum, & qñ sic est debet flebotomari vena cephalica & apponi ventose sup eius timporibus, & si hoc non sufficit euacuet̃ cũ mirabolanis & cũ medicinis ad hoc ppriis, & qñ verificata fuerit humoris diminutio abluatur caput cũ farina fabarum & malua & ordeo coniunctis vel separatis, aut accipiat̃ acetũ & misceat̃ cum bletis & maluis pistatis, & abluatur caput cum eis, aut abluat̃ cũ farina cicerum mixta cũ aceto. Signũ vero cause fumi frigidi & humidi sumit̃ ab etate infirmi si senex fuerit aut ab eius regimine si vsus fuerit cibis frigidis & humidis. Et curatio eius est cũ administratione laxatiui cum pillulis cochijs vel cum yera maiori & fiat gargarismus cum secaniabin & sinapi & similibus & abradat̃ caput frequenter & abluatur cum spuma sinapis et muscilagine fenugreci, & cum farina lupinorum vel cum felle taurino, aut cum aqua decoctionis colloquintide & aqua nitri vel cũ melle cũ felle tauri mixto.

Signum causæ fumi frigidi & humidi
Cura ei9

De pediculis qui generant̃ in capite & in toto corpe. &c. Cap. XVI.

Generant̃ aũt pediculi tribus de causis, videlicet aut ex humore putrido quẽ natura expellit inter cutẽ & carnem vel ex rara mundificatione vel lotione corpis, vel ex diuturno vsu vestimẽtorum nõ pmutato rum queadmodũ accidit in itinerãtibus, & qñ generant̃ in capite habẽtis calidã cõplexionem laxet̃ corpus eius cum medicinis purgantibus colerã rubeã sicut cum matbuc mirabolanorum & proprijs pillulis ad hoc, aut flebotomet̃ pa. si apparet in eo plenitudo cũ preseruatione cõmestionis caricarũ & carniũ salitarum radicis ceparũ & alleorum & similiũ & ingrediat̃ balneũ omni die & abluat̃ caput cũ aqua salsa, aut cũ aqua baurac vel cũ nitro, deinceps cũ aqua dulci, postea vero vngatur caput aliquo oleorum tẽperatorum. Si vero generant̃ in capite habẽtis cõplexionẽ frigidã laxet̃ natura cum yera pigra, aut yera Gal. & similibus, & fiat gargarismus cum sinapi & aceto & similibus. Quod si fuerit aliud prohibens euacuationẽ sumat de hac medicina quæ ℞. fenugreci & cornu cerui añ partes equales puluerizent̃ & accipiat de hoc qualibet die. ʒ. iij. cum vino temperato, aut cũ aqua radicis, vel aqua apij & assidue vtat̃ balneo & vt abluat̃ caput cũ aqua in qua dissolutum sit aloes, & cum aqua colloquintide nitri & saponis noti & cũ aqua maris cum aceto & abluat̃ cũ hijs corpus, qm interficit pediculos. Vngentũ ad destruendũ pediculos totaliter. ℞. arsenici sinapi argenti viui mortificati cum cineribus lignorum quercuũ et distẽperent̃ cum aceto & oleo & liniatur cum eo caput. Aliud ℞. ellebori albi memzez nitri añ partes equales & terant̃ & distemperent̃ cum oleo radicis aut oleo cõmuni veteri & aceto & inungant̃ cum eo caput & loca corpis vbi sunt. Sunt etiã fumigia ad fumigandũ pannos pter pediculos & eos ad interficiendũ quæ quidẽ scriptæ sunt in locis suis. Est aũt & qddã genus pediculorum qui dicunt̃ altibari, sunt aũt hij minuti & albi qui generant̃ in capite & corpore & amouent̃ cum predicto medicamine. Sed quod eos destruit expertũ est, q accipiat̃ herba aldafli & bene coquat̃ in aqua, & cũ illa aqua abluatur caput & corpus & destruuntur tiban pruritus & scabies tam antiqua quam non antiqua cum adiutorio dei.

Pediculi ex triplici causa generantur
Cura ex cã calida
Cura ex cã frigidã
Vnguentũ totaliter pediculos destruens.
Aliud vnguentum
memzez
Suffumigia interficientia pediclos
Altiban vel altadã. i. pediculus

De multo sudore accidente in capite vt sequitur. Cap. XVII.

Alsaro .i. saro vel sasso vel galla cipressi

Deinde abluat caput cum aqua aloes, vel cum aqua cipressi vel cū aqua alsaro vel cū aqua decoctionis foliorꝫ oliuarum & similiū & laxet natura cū pillulis de aloe, aut cū pillulis cochijs & similibus, aqua vero que generat sub cute capitis & dura apostemata curant cū hijs q̄ scripta sunt loco suo in parte cirurgie & abradat locus & liniat cū vngento .iiij. specierꝫ que .s. sunt sepū pix cera & oleum añ partes equales qa hoc est magnū & laudabile in curatione apostematū capitis.

vnguētū quatuor spērum

Sectio secunda que est de alijs capitis egritudinibus & etiam neruorꝫ diuidit in capl'a xxxvij. De egritudinum capitis enumeratione. Cap. I.

Alsada .i. soda Alsaluta .i. emigranea alhemira Flegmō Sebet .i. subeth alsada .i. apoplexia Alpelag .i. palesis Allacura Alcacub Acaybus Alzadra

De egritudinibus capitis que sunt dolor qui dicit alsada, dolor q dicitur alsaluta .i. dolor medie partis capitis vertigo apostema capitis, rubedo eius que dicitur alhamira apostema ꝙ dicit flegmon vigilatio multitudo somni. Sopor q dicit sebet sopor q dicitur cōmunis & sopor qui euenit ex multa inebrietate obliuio, amor, amissio sensus totius corpis q dicitur alsahada & amissio medietatis partis corpis q̄ dicit alpelag tortura faciei q̄ dicit allacura, coartatio membrorꝫ & extensio grauitas, motus, tremor, saltus grauitas sensuū corruptio imaginationis ꝑmistio ītellectus, amissio memorie, fatuitas q̄ est corruptio imaginationis & memorie simul corruptio intellectus q̄ dicit alcacub & alcaybus & epilentia que dicitur alzadra.

De dolore capitis. Cap. II.

Doloris capitis causa duplex Causa intrinseca

Doloris capitis qñqꝫ causa est extrinseca qñqꝫ intrinsica. Intrinsica fit aut ex malitia cōmunis capitis tm̄, aut cū participatiōe aliorꝫ membrorꝫ sicut stomaci epatis, splenis, renū, & cruriū & pedū & reliquorꝫ membrorꝫ, aut ex causa coitus vel balnei & est quidē id ꝙ resoluit ad caput ab huiusmōi membris, aut ex causa sanguinis, aut ex colera rubea aut ex flegmate, aut ex colera nigra, aut ex causa apatis generati in aliquo predictorꝫ, aut ex grossis ventositatibus. Dolor q ꝓuenit ex malitia cōplexionis tm̄ fit ex vna qualitatū simplicium sicut calore, frigore siccitate & humiditate, aut ex aliquo humorꝫ vel ex apostemate vel vento grosso et possibile est esse dolorē ꝑ viā terminationis & solutionis egritudinis quemadmodū accidit ex vomitu superueniente egritudinibus, & possibile est aduenire preter viā terminationis sicut accidit in tertiana & febre vrente. Dolor aūt cuius causa erit extrinseca est sicut calor solis, aut frigus aeris, aut ꝑcussio, aut casus vel grande pondus, aut olfactio aromatū, vel fortiū specierꝫ sicut musci & fumigiorum & similiū, aut ex potu vini. Signū doloris ab ipso solo capite ꝙ fit cōtinuus & incessabilis aut in pluribus & ꝙ fit in temporibus. Signum ex causa participationis membrorꝫ est, qm̄ modo incitatur & modo qescit scd'm qd' fumus ad ipsum eleuat. Signū vero doloris ex causa ipsius capitis tm̄ a qualitate calida simplici est, quod fit dolor fortis & non sentiat plenitudinē. Signū ex frigore est, qm̄ dolor est paucus & remissus. Signū aūt multe humiditatis est qa accidit grauitas in capite. Signū cause siccitatis est, qm̄ fit facilior & lentior vtroqꝫ. Signum ex causa sanguinis est rubedo oculorꝫ & faciei grauitas capitis cū calore & multa inflatione in venis timporum & pulsus fit magnus & in plurib⁹ incitat in tēpore veris post ascensum solis & in illis in quibus abundat sanguis & q vtunt cibis multū sanguinē generantibus. Signū ex causa colere rubee est ꝙ corp⁹ sit siccū & dominat in eo colera rub. & sentit multū calorē in capite, & cū vigilijs & siti & siccitate nariū & velocitate pulsus, & ꝙ sit iuuenis & calide cōplexionis & vsus sit cibis calidis & siccis & incitat magis in tpe estatis & circa sextā horā diei. Signū ex causa flegmatis est grauitas capitis sopor & dolor absqꝫ caliditate eius & faciei, pulsus mollis & incitat in tpe yemis & habentibus cōplexionē frigidā & etate senectutis & recedit apud tempus caloris & vsum calidorꝫ ciborꝫ incitat in contrarijs hijs. Signa ex causa colere nigre sunt grauitas vigiliæ color obscurus pulsus durus dolor continuus & accidit illis qbus dominat colera nig. & vtit cibis generantibus eam sicut sunt carnes bouine yrcine caules res salite lentes & similia. Signa vero ex ventositatibus grossis sunt, extensio in radicibus oculorꝫ & sonitus capitis, quasi esset res vacua cū leuitate & trāslatio doloris de loco ad locū & sentit in capite inflationem & iuuat in applicatione calidorꝫ. Signa vero cause apostematis sunt quinqꝫ qa sentit fortē dolorē & molestiā que dicitur alcalac & quasi ꝑcuteret malleo & est cū febre et permixtione intellectus & ꝑmanet dolor q̄diu ꝑmanet apostema & durities oculorꝫ & eorꝫ exit⁹ foras & rubedo venarꝫ que sunt in eis & vigorantur accidentia & remittunt scd'm humorē

Causa extrinseca doloris capitis

Sig. doloris capitis ab ipso solo capite

Sig. ex cōitate aliorum membrorum

Sig. a causa cal. simplici

Sig. ex frigore

Sig. ex humiditate

Sig. ex siccitate

Sig. ex sanguinis

Sig. ex colera rub.

Sig. ex flegmate

Sig. cole. nig.

Sig. ex ventositatib⁹ grossis

Sig. causa apatis Alcalac

dominantē. Quando aūt ſentit̃ dolor in radicibus oculoꝝ ſignat dolorē in medio cranei, ſi vero fuerit cum pulſatione & contractione ſignat apoſtema calidum eſſe in ventriculo cerebri. Si vero fuerit cum extenſione ſine grauedine ſignat ventoſitates groſſas ſi tranſfertur de loco ad locum. Si vero fuerit cū grauedine ſignat plenitudinē & humoris multitudinē eſſe in capite.

Sig. ex ſtoma.

Signū aūt ex participatione membrorum quando fuerit a ſtomaco quia dolor eſt in anteriori parte capitis & dimidio verſus ſtomacum & accidit poſt dolorē ſtomaci.

ſig. ex epate

Signum ex cauſa epatis quia fit in dextra parte et poſt dolorē epatis.

ſig. ex ſplene

Signum ex cauſa ſplenis eſt quia fit in parte ſiniſtra & poſt dolorem ſplenis. Signū ꝟo ex pte cruriū & pedū eſt qa fit ī anteriori parte capitis & ſentit q̄ſi formicas ꝑ ambulātes ꝑ crura & pedes, & ſi ligant̃ pedes eius vehemēter vel effundit̃ ſuper eis aqua calida alleuiat̃ dolor.

ſig. ex renibus alzmacra

Signū ex cauſa renū eſt qa fit in poſterioribus capitis & in foramine ꝙ dicitur alzmacra & reſultat poſt dolorē renum.

ſig. ex coitu

Signum ex cauſa coitus eſt quia non accidit ei antequam quieſcat in hora ſuę conſuetudinis.

ſig. ex cā balnei

Signum ex cauſa balnei eſt quia quieſcit quando non intrat in ipſum.

ſig. ex toto corpe

Signum vero ex cauſa totius corporis eſt quia ſentit in ſe plenitudinē manifeſtam & grauedinē & fatigationem.

ſig. ex cā terminatiōis egritudinis

Signū ex cauſa terminationis egritudinis eſt qa fit in anteriori parte capitis & in medio eius ꝟſus ſtomachū cum tremore & iactitatione inferioris labij vomitu ſubuerſione animi & reuolutione capitis & incitatur poſt febrem per dies. Signa vero ex cauſa ſine tremore terminatione egritudinis eſt quia fit cum feb. ſine apoſtemate cerebri & incitat̃ in hora febris & quieſcit poſt eam.

ſig. cauſæ extrinſecæ & primo a ſol calore

Signum autem a cauſa extrinſeca eſt quia ſi calefit a ſole ſentit calorē in cute capitis per tactum & habet rubedinē oculoꝝ & vehementiam ſitis.

ſig. a frigiditate aeris

Signū a cauſa frigiditatis aeris contrariatur ſigno a cauſa caloris ſolis & priuatur calor & minoratur ſitis.

ſig. cauſæ pcuſſiōis vel caſus

Signū a cauſa percuſſionis vel caſus eſt ex eo quod antecedit & ſequitur tumor, aut forte non grauatur ex modica leſione ipſius.

ſig. ex grauipōdere

Signum vero ex cauſa grauis ponderis eſt ex eo quod ſentit inflammationē in capite cum calore.

a potu vini

Signum a cauſa potus vini eſt ex eo quod accidit in ſtomacho velocitas digeſtionis, aut eius tarditas & grauitas in ipſo.

ab cauſa olfactus

Signum autem a cauſa olfactionis aromatum aut odorum fœtidorū eſt ex hijs quæ olfactus eſt.

De curatione ſpecierum doloris capitis. Cap. III.

Cura doloris capitis ex ſola cali.

QVando fuerit ex ſola caliditate capitis. Curatur cum effuſione aquæ tepide dulcis ſuper caput & eius vnctione cum oleo violato & oleo roſ. & oleo cucurbitę & citruli poſtquam infrigidatum fuerit totum cum niue & miſceatur cū eis ſuccus ſemperuiuę, aut raſuræ cucurbitæ & portulacę & ſimilia, vel accipiat̃ camomilla aut violę ſiccę ro. nenufar & ordeum mundū & fractum & coquatur in aqua donec immittantur virtutes rerum in aquam & effundatur de ipſa aqua tepida ſuper caput paulatim ſępe in die & mulgeatur de lacte mulieris ſuper anteriori parte capitis ſępe in die & inſtilletur naribus de oleo cucurbitę violato & de nenufare

Cura do. capi. & pura frig. Ole. nargisa ł ſnarciſſi

Curatio vero eius ex cauſa malitię complexionis frigidę eſt cum effuſione aquę calidę ſuper ipſum & eius vnctione cum oleo nargis, & oleo de lilio & oleo alkeyri & oleo iezmino, & oleo nardino qdcunq; ipſoꝝ inuenit̃, & ſit eius cibus declinans ad caliditatē cum æqualitate.

Cura pu. ſiccitatis

Curatio eius a cauſa malitię complexionis ſiccę eſt cum balneo temperato & effuſione aquę tepidę ſuper eum & vſu ciboꝝ & potuum humidorum ſicut ptiſana ordei condita cum oleo amigdal. & oleo ſiſamorū humidorum & butiro & ſimilibus, & cum emulſione lactis mulierum recentis ſuper ipſum & olfatu oleorum humidorum.

Cura humiditatis

Curatio eius a cauſa malitię complexionis humidę. Notum eſt quod humiditas non cauſat dolorem niſi per modum multitudinis. Et curatur cum ſumigijs calidis ſicut de ligno aloe, coſto olibano ciperis & ſimilibus vel cum ingreſſu balnei & ſudatione in ipſo & olfactione alſmiz & mentaſtri & ſimilibus.

Alſuniz Alſunet .i. ſaluia

Cura do. ca. ex co. rub.

Curatio eius a cauſa coleræ rub. tantum eſt cum laxatione ventris. Si tempus ætas virtus & conſuetudo conſenſerint cum macbuc mirabolanoꝝ citrinorum & tamar. aut cum macbuc de caſſiafiſt. & iuiub. trenzebey .i. manna prunis ſcammonea & ſimilibus & preſeruatione a cibis calidis & liniatur caput apud principiū paſſionis cum oleo roſ. & aceto, & emplaſtretur poſtea cum foliis mirre & portulace, aut folijs cucurbitę, aut alcahalab vel ſandalis albis camph. & ſimilib⁹, & ſi fuerint cum eo vigilię miſceatur cum eis de caſtas & inſtilletur naribus oleum viol. cū lacte mulieris vel oleum nenufari.

trēzebeiꝫ tereniabī .i. manna

alcahalab

Cura cā ſanguinis.

Curatio vero eius a cauſa ſanguinis eſt cum flebotomia venæ cefalicę ſi plenitudo apparet & conſentiunt ad hoc ætas tempus & cęterę predictæ cōditiones & apponantur ventoſę ſuper foramine quod eſt in poſterioribus capitis, aut apponant̃ apud principiū in calcaneis & cruribus vt

Cassia lignea

Cariz .i. nux muscata

Alcacaf

Aspidanach

Alahasasa

Cura ex flegmate

sahargra

Alhasi

Almu

Alharaz

Alhagal

Alderag

Siaha

Crisom

Casim

Cura ex col. nig.

Hasu alpetach

Cura ex vētositate grossa

attrahatur humor & cōfert iuuamentum huic dolori comestio cassil sua proprietate & cariz & succus aggreste & res frigide sicut cucurbitæ lactuce portulacæ alcacaf & alspidanach & similia, et si non liberantur cum hijs incidantur ambæ venæ pulsatiles quæ site sunt post aures quæ dicuntur alahasasa vel incidantur venæ ad decidendum sanguinem & effundatur super ipsum postea aqua tepida dulcis, in qua cocta sint camomille viole & ordeū mundatum fractum & similia. Curatio vero eius a causa flegmatis est cū laxatione ventris apud principiū. Si conditiones consenserint cum pillulis cochijs & cum yera facta cum colloquin. & infundatur aloes cum aqua sahargra & fiat vomitus cum alhasi & radice & secaniabin, & fiat gargarismus cum yera & aceto squillitico cū melle & similibus scriptis in locis suis, & fiat insufflatio naribus cum castoreo cum condiso aloe almu alharaz de quolibet danic. i. de cimino danic. ʒ. pulverizetur & naribus insuffletur, & præseruet se a cibis frigidis & grossis carnibus, & sit cibus eius alhagal & alderag, & cum pullis & auibus & succo granatorum cum cimino & sit potus eius aqua mellis cum aromatibus, & caueat a vino penitus, & caueat a coitu nisi apud exabundantiā plenitudinis & vngatur caput cum oleis calidis sicut oleo costino & oleo de ben, & butiro & similibus. Et si fuerit dolor antiquatus & fluxus reumatum perseuerans accipiatur cum cipe ri gariofil. nux muscata lignū aloes a quolibet ʒ.i. terantur & cribellentur & distemperentur cum oleo bono de ben & cum bona quantitate musci, & liniatur cum hoc anterior pars capitis sepe est enim hoc expertum, & emplastretur caput cum maiorana menta mentastro siaha krisom ruta & similibus coniunctim vel diuisim postquam trita bene fuerint, aut emplastretur caput cum sale calido cum casimi aut ysopo & recipiat fumigiū anisi & nigelle & similium. Quod si dolor pro tanto non cessauerit tunc impossibile est curari nisi cum incisione venarum timporum & ipsarum cauterizatione & etiam cauterizatione in medio capitis sicut determinatum est in parte de cirurgia. Curatio eius a causa colere nigre est cum laxatione ventris, si conditiones consenserint cum macbuc de epithimo & polipod. aut cum pillulis stomaticon & alijs similibus laxatiuis vel sumat quolibet die de logadia pondus. ij. ʒ. cum aqua decoctionis epithimi, & sit cibus eius res subtilis sicut ius cicerum & carnes elixate in aqua, & pulmētum quod dicitur hasu alpetach & similia, & bibat vinum forte vetus. Curatio eius a causa ventositatum grossarum existentium in capite est, vt lenificetur natura aliquantulo cum aqua infusionis aloes & pillulis de yera & similibus, & vtatur balneo frequenter ieiuno stomacho & inclinet caput suū per fumum aquæ decoctionis camomillæ coronæ regis maioranæ alsiach ysopi omnium simul in aqua coctis vel quolibet per se sepe in die, & olfetur nigellā sinapim & anisum & similia, & fiat sternutatoriū cū condiso, aut cū aliquo fumigiorum scriptorum in suis locis. Curatio vero eius a causa apostematis tantum si ex sanguine fuerit flebotometur vena cefalica, aut vena frontis, postea laxetur natura cū macbucde cassiafist. cum aqua iuiubarum & alcahalab & aqua ordei, & recipiat odorem nenufaris & comedat cucurbitas lentes & similia. Curatio vero ipsius apostematis dicet̄ suo loco perfecte de apostemate cerebri. Curatio vero eius de colera rubea est cum potu aquæ ordei cum aqua cucurbite & succo granatorum & linitione frontis cum sandalis & croco cum aqua alcamal, & comedat lactucas & atriplices & portulacas & spinacias, & emplastretur caput cum violis humidis & lingua arietis rof. lactucis & similibus. Et si fuerit eius natura constipata & molestat̄ a dolore leniatur natura cum leni clistere, & est quod accipiatur media lib. aquæ ordei in qua coctæ sint viole & sebesten & oleum viol. ʒ. ij. & fiat sepe, si vero indiget fortiore hoc accipiatur illud ex loco suo. Curatio vero eius a causa flegmatis est administrare ei in potu aquā infusionis aloes cum cassiafist. & croco aut yeram pigrā & effundatur super caput aqua decoctionis camomille & maiorane aneti fenugreci, & coronæ regis & seminis lini & similibus. Et si natura est constipata fiat clistere cum aqua decoctionis fenugreci & ficuum humidarum in quantitate lib. ʒ. & apponatur in ea de oleo camomille, aut aneti, aut oleo alkeroa, aut oleo sirag, aut butiro de quocunq; ipsorum inuenerit. ʒ. ij. almuri. ʒ. i. & fiat hoc ter si necesse fuerit & sanabitur. Curatio autem eius a causa coleræ nigræ est, amministrare sibi potum macbuc de epithimo cum cassiafist. passulis siue arillis, & effundatur super caput aqua in qua cocte sint camomilla mellilotum maiorana anetum sisimbrium & mentastrum coniunctim aut separatim, & vngatur caput cum oleo de lilio, & oleo nardino. Curatio autem eius a causa participationis membrorum si fuerit a causa stomachi & humoris dominium fuerit flegmatis sumat aquam decoctionis aluminis & modici salis circa quantitatem

alsiach

Cura ex apatemate & primo ex sanguine

alcahalab

Cura col. rub.

Alcamal

cura apostemate ex flegmate

Sirag

cura apostemate ex col. nig.

Cura ex aliorum membrorum communicatione

duarum partium vnius libræ cum modico se-
caniabin de melle & euomat. Post vomitum
vero per vnam diem accipiat vnam sumptio-
nem de yera pigra, aut alicuius prædictorum
laxatiuorum, si hoc non sufficit & reliquum
regimen. Si vero fuerit a causa coleræ nigræ,
curatio eius cum vomitu post potum aquę de

Lubiæ rub.

coctionis lubiæ rubeæ sicut scripta est in suo lo
co, & post duos dies sumat de pillulis stomati-
cis semel, & si non sufficit sumat iterum de ipsis
post quatuor dies vel sumat de yera pigra Gal.
aut de alia yera & similibus. Et si fuerit ex san-
guine existente in venis stomachi apponantur
ventosæ inter spatulas, vel flebotometur vena
basilica si conditiones consentiant. Deinde la-
xetur natura cum macbuc de cassiafist. & iuiu
bis & sumat omni die de iulep vel sirupum gra
natorum & iuiubarum & similia. Et si fuerit
ex colera rubea existente in orificio stomachi

alhamaz

sumat in potu aquam decoctionis radicis alha
maz & radicis citrolorum cum secaniabin de
zuccaro & euomat. Et si necesse fuerit lenire
naturam sumat macbuc mirabolanorum citri
norum aut aliud laxatiuorum coleræ rubeæ,
vel sumat omni die sirupum prunorum aut gra-
natorum, aut iulep, aut secaniabin & similia,
& comedat post euacuationem vomitus & la-
xatiui aliqua confortantia stomachum sicut co
ctana poma pira & cibaria acetosa vel amara,
& sanabitur. Si vero fuerit dolor capitis a cau
sa apostematis stomachi grauati ex aliquo hu-
morum quatuor. Si fuerit ex sanguine flebo-
tometur vena basilica & vtatur cibis frigidis &
curetur cum hijs quę dicturi sumus in tracta-
tu curationis apostematis coleræ rubeæ. ¶ Et
si fuerit ex colera rubea accipiatur tunc succi
solatri succi endiuię, succi corizolę succi planta
ginis añ. ℥.i. bulliat totum & depuretur & ap-
ponatur super colatura cassięfist. ʒ. iij. olei a-
migdal. ʒ. ij. olei cucurbitę. ʒ. iiij. & sumat to-
tum. ¶ Et emplastretur stomachus cum em-
plastris sibi conuenientibus dictis in ægritudi-
nibus stomachi. ¶ Et si fuerit ex flegmate fiat
clistere cum rebus calidis & laxatiuis flegma-
tis, & emplastretur stomachus cum emplastris
quæ sibi conueniunt. ¶ Et si fuerit ex colera
nigra sumat omni die aquam tepidam cum o-
leo amigdalarum dulcium & zuccaro & ab-
stineat a cibis generantibus coleram nigram.
¶ Si vero fuerit dolor capitis ex ventositatibus
stomachi sumat aquam infusionis aloes cum

palma christi

oleo palma christi, aut sumat macbuc alaczul

Alatzul

omni die, quod est decoctio radicum notarũ
cum oleo amigdalarũ dulcium & assidue su-
mat de tyriaca aut confectione alsaczanaye.

alsatzanaye

¶ Et si prouenit a causa epatis erit eius curatio
per curationem stomachi equaliter, & si pro-
uenit a renibus erit eius curatio per curationẽ
passionum renum, & si prouenit a cruribus
& pedibus & fuerit ex sanguine flebotometur
vena saphena, quæ est vena calcanei vel appo-
nantur ventosę super cruribus. Et postea laxe-
tur natura cum aliquo laxatiuorum & abluan
tur crura & pedes cum aqua in qua coctę sunt
camomillę mellilotum violæ anetum & simi-
lia. ¶ Et si fuerit ex plenitudine corporis opor
tet tunc euacuare humorem dominantem &
studere circa sui euocationem siue sanguis siue
alius humor sit. ¶ Et si fuerit ex coitu vel bal-
neo curatio eius sit cum euacuatiõe totius cor
poris donec recedat fumus ascendens ad caput
in hora motus & coitus vel balnei. Deinde ef-
fundatur super caput aliquid quod ipsum con
fortat & prohibet ascensum fumorum ad ip-
sum sicut aqua decoctionis ros. mirtę & simi-
lium oleum ros. & caueat a coitu super pleni-
tudine stomachi & a multa fatigatione in ipso
& abstineat ab ingressu balnei quousque fiat e-
uacuatio corporis vt diximus. ¶ Et si fuerit

Cura doloris capitis p modũ terminationis egritudis

dolor capitis per modum terminationis ęgritu
dinis melius est quod non curetur cum aliquo
in quo natura exercens impediatur a sui opera
tione, quia valde periculosum est & ad mor-
tem perducens. Sed iuuet naturam cum vo-
mitu si sponte moueatur cum secaniabin &
aqua calida, & leniatur natura si sicca fuerit

Cura ex febre

cum sief vel clisteri leui. ¶ Sed si fuerit do-
lor cum ipsa febre sine via terminationis erit

Cura ex sole

eius curatio per curationem febris facientis illũ
sicut diximus in suo loco. Et si fuerit causa do
loris ab extra sicut calor solis, effundatur a-
qua tepida dulcis super anteriori parte capitis,
& vngatur cum oleo ros. bene mixto cum a-
qua frigida. Et si calor fuerit fortis & natura
stiptica laxetur cum aqua decoctionis viola-
rum prunorum iuiubarum & similium, & sit
eius cibus pulmentum de ordeo cucurbita por
tulaca lactuca bleta attriplice & similibus, vel
superponatur capiti oleum ros. mixtum bene
cum aceto, aut cum succo portulacæ, vel suc-
co semperuiuæ vel solatri vel rasura cucurbi-
tæ vel muscilagine psilij, si calor fortis fuerit,
aut sumat syrupum granatorũ, vel syrupum

Cura ex frigore

agreste, vel violarum aut iulep, & ponat pedes
suos in aqua calida. Et si fuerit a frigore aeris,
curatio sua est cum effusione oleorum calido
rum super caput sicut est oleum de costo, aut
oleum de spica, aut maiorana, aut oleũ alrenad

quodcunque ipsorum habuerit. Et fiat euacuatio ab humore flegmatico & vtatur cibis calidis. ¶ Et si fuerit ex causa percussionis, aut casus, curatio sua fit cum flebotomia venæ cefalicæ. Deinde effundatur aqua frigida super caput, & emplastretur caput postea cum folijs mirtę & modico ramich & succo citoniorum & recipiat odorem frigidorum aromatum, & leniatur natura cum cassiafist. viola & manna & comedat cerebra gallinarum & agnorū & abstineat ab omni cibo calido prouocante fumum. Et leniatur natura cum sief, aut clisteri facto ex succo bletarum & almuri, & oleo viol. Si vero ex casu accidat vulnus curetur tunc cum curatione vulneris vt in suo loco dicitur. ¶ Et si fuerit dolor capitis ex causa grauis ponderis portati super caput erit sua curatio cum flebotomia. Si plenitudo est manifesta, aut cum appositione ventosæ in temporibus, & in posterioribus capitis & effundatur super ipsum oleum ros. & caueat a repletione cibi a balneo & potu vini. Et si fuerit dolor capitis ex olfactione fœtidorum odorum calidorum erit curatio eius cum appositione frigidorum aromatū super caput sicut camphorę & aquæ ros. & cum olfactione frigidorū vt diximus sicut viol. & sandalis. Si vero fuerit per olfactionem calidorum curatur cum effusione aquę frigidę super caput & olfactione frigidorum vt diximus. ¶ Et si fuerit propter potum vini si de eo aliquid resederit in stomacho prouocetur vomitus cum aqua tepida vel frigida & celebret diuturnum somnum & ingrediatur balneum & submergat pedes in aquam decoctionis camomillæ violarum & melliloti, & fricentur pedes cum sale & oleo viol. bona fricatione ad attrahendum humores ad inferiora. Et sint cibi eius lentes & caules & ferculum paratum cum agresta, & ferculum alhabasiar & cucurbitę cum aceto & superponantur capiti folia cucurbitę cum folijs violarum humidis.

Margin notes: Cura ex pcussiōe aut casu — Cura ex graui pōdere — Cura ex olfactiōe — Cura ex potu vini — Alhabasiar

De dolore forti accidente in craneo qui dicit' albaicza.
Cap. IIII.

HAec passio est de genere dolorū capitis. Veruntamen est dolor antiquus fortis difficilis & valde offendens, & est difficilis curationis, & sentit patiens quasi percuteretur caput suum cum malleis, nec potest respicere lumen, nec audire sonos, qui quidem ex duabus causis fit, aut ex colera rubea acuta, aut ex ventositatibus grossis. Signa ex colera rubea sunt quia sentit patiens percussionem fortem cum igneo calore. Signa vero ex ventositatibus grossis sunt, quia sentit grauitatem capitis, vel sentit in eo quasi tumorem & fit hoc aut ex ipso capite, aut ex plenitudine totius corporis. Quando autem accidit ex colera rubea cura eius est laxare ipsum cum hijs quæ euacuant coleram rubeam, & frangunt suum acumen, & sunt ea quæ prediximus. Et emplastretur caput cum violis, & solatro, & psilio, aut semine iusquiami & corticibus papaueris, & ordeo excorticato & similib9, & instilletur naribus oleum viol. sepe in die, & si patiatur vigilias instilletur naribus oleum iusquiami aut oleum nenufaris, aut succus lactucæ, & emplastretur caput cum hijs quæ conueniunt ad hoc. ¶ Dolor autem adueniens ex ventositatibus grossis curatur cū hijs quæ prediximus, & instilletur naribus oleum de ben, vel oleum nardinum, aut anetum, & vtatur balneo, & caueat a cibis generantibus ventositates, & preparentur eius cibaria cum cimino multo & aniso & similibus speciebus & iuuabit cum adiutorio dei.

Margin notes: albaicza .i. cephalea. Galea ouum — Cā huiꝰ doloris duplex — Sig. ex cole. ru. — sig. ex vētositati. — Cura ex cole. ru. — Doloris cura ex ventis

De dolore medietatis partis capitis qui dicitur alsakita.
Cap. V.

QVando declinat aliquis humor ad aliquam partem capitis inducit fortem dolorem in illa parte qui dicitur alsakita & affligit hæc ęgritudo per poxismum in pluribus. Et causatur ex quatuor humoribus. Quod si fiat ex sanguine flebotometur cefalica & laxetur natura cum supradictis, & si per hoc non soluitur ægritudo, scias quoniam passio est in venis pulsatilibus, incidantur ergo tunc venę quæ sunt in illa parte & extrahatur de sanguine circa quartam partem lib. aut mediam & non plus. ¶ Et vtatur in quolibet cibariorum suorum coriandrum siccum & psilium cum zuccaro instilletur in nare illius partis oleum viol. cum lacte mulieris, aut cum succo coriandri humidi, & abluatur pars illa cum aqua ros. sandalis & camphora. ¶ Et si fuerit ex colera rubea, laxetur natura cum hijs quæ superius diximus & regatur illo eodem regimine. Si vero ex flegma

Margin notes: Alsakita .i. emigranea Monopagia — Cura ex quatuor hūoribꝰ — Cura ex sanguine — Cura ex col. rub. — Cura ex flegmate

te fuerit, laxetur natura cum pillulis stomaticon, aut cum yera, si conditiones consenserint, & fiant insufflationes narium quae supradictae sunt. Et si haec non valent fiat cauteriū in anteriori parte capitis & in tempore illius partis. Si vero ex colera nigra fuerit laxetur natura cum aliquo genere pillularum conuenientium ad hoc, & sumatur de logadia & yera gal. & regatur regimine supradicto. ¶ Et fiat hoc medicamen si fuerit ex frigiditate, quod est q accipiatur de cassiafist. & euforbio tritis & mixtis cum aqua & intingantur in hoc licinia de coto, & immittantur per foramen auris partis doloris & instilletur naribus succus blete cum lacte mulierum. ¶ Medicamen Galli. ad dolorem emicraneum antiquum. ℞. piperis albi croci añ. ʒ. ij. euforb. ʒ. ß. terantur & distemperentur cum aceto forti, & abluatur locus doloris cum eo sepe, quoniā iuuat cum dei adiutorio.

Cura ex col. nig.

Medicamen Galli.

De vertigine. Cap. VI.

Passio haec aduenit ex fumo grosso valde. Et causatur aut ex ipso capite, aut ex fumo ascendente ad ipsum ab aliquo membrorum sicut a stomacho, ventre, renibus, cruribus, & pedibus. Quae autem fit ex ipso capite solo fit ex aliquo quatuor humorum in capite dominantium qui humor caput imprimit nec valet exalare ex quo resultat vertigo. Qui autem prouenit a participatione mēbrorum, si a stomacho fuerit generatur ex aliquo trium humorum, scilicet ex vtraq colera & flegmate. Et possibile quidem est aduenire vertiginem ex aspectu reuolutionis rerum volubilium & molarum & cursus aquarum & pilorum & defluxus fluminum & riuorum, & ascensu nauium per mare & similibus, aut ex sui reuolutione per circuitum circularis lineae, vel ex sui aspectu a loco eminenti in profundis vallibus. Signa ex causa ipsius capitis tantum quoniam sentit ante aduentum grauitatem in capite & sonitum aurium & defectū olfactus & ex eo quod vertigo sit in continuo sine pretermissione. Signa ex participatione membrorum sunt, quia quandoq incitatur, quandoq finit secundum fumum ad ipsum ascendentem. Signa ex sanguine in capite sunt inflatio venarum timporum calor & grauitas cum multitudine somni. Signa ex flegmate sunt timor, multitudo somni, grauitas capitis, paucitas sitis, & apparentia albarum rerum. Signa ex colera nigra sunt grauitas cū vigilijs & apparentia ante ipsum quasi pilorum, aut nigrarum rerum. Signa ex fumo ascendente a stomacho sunt, quoniam fit dolor in anteriori parte tantum, & aduenit patienti indignatio & vomitus & horum causa insurgit aegritudo, & possibile est fieri ex multitudine cibi & potus & alleuiatur apud stomachi vacuitatem. Signa ex coleris & flegmate in stomacho existentibus sunt ea quę diximus. Et eius curatio est sicut curatio doloris capitis ex causa stomachi. Signum ex causa ventris est quia incitatur apud repletionem cibi & potus & apud commestionem rerum calidarum. Signum ex causa renum est quoniam sentit patiens illum quasi procedentem a renibus & ascendentem ad foramen posterioris partis capitis & tūc incitatur dolor, & quia insurgit post dolores renum. Signum ex causa crurium & pedum est, quia sentit patiens quasi aliquid quod mouetur ei in cruribus & ascendit superius vnde causatur post haec vertigo.

Causa vertiginis

Sig. causarū capitis tm

Sig. ex communicatione aliorꝫ mēbrorꝫ

Sig. sanguinis in capite

Sig. ex flegmate

Sig. ex col. nig.

Sig. ex stomacho

Sig. ex humoribus in stomacho

Sig. a ventre

Sig. a renibus

Sig. a cruribus

De curatione vertiginis sequitur Cap. VII.

Quando vertigo causat, & incipit ex frigiditate humoris abluatur manus & pedes fortiter cum aqua decoctionis aneti camomillae & mentastri centaureae & abrotani & habac altimasah mentae nigellae sinapis & similium coniunctim & separatim. Postea ungantur cum oleis calidis, sicut oleo de lilio sinapis keroe sambac & similibus. Curatio autem ipsius post quietē si fuerit ex humore calido cum flebotomia aut appositione ventosae super foramine quod est post caput. Et si hoc non sufficit incidantur venae quae sunt post aures quae dicuntur alhasafa. Curatio vero ipsius. Si fuerit ex humore frigido est amministrare sibi de aliqua yerarū & facere clistere post dies, & gargarisma & insufflationes & calidā emplastra super capite quemadmodum emplastrum de sinapi & similibus & curationem & regimen doloris capitis.

Habac altimasah

Cura post doloris quietem ex hu. ca.

Cura ex hu. frigi.

De apostemate cerebri quod dicitur sirsen. Ca. VIII.

Sirsen Frenesis Carabit⁹ idem

Causę sirsen

SIrsen est apostema calidum generatum in cerebro, & fit aut in ipso cerebro, aut in retino panniculo qui est super ipsum. Generatur autem aut ex sanguine quando multiplicatur & superabundat in corde cuius fum⁹ ascendit ad cerebrum & generatur inde apostema, aut ex colera rubea acuta, aut ex colera nigra vsta.

Sig. apa tis ipsius cerebri

Signa ex ipso cerebro vehementia doloris capitis & radicum oculorum & euulsio eorum rubedo faciei, & apparentia sanguinis venarum oculorum, & venarum timporum cum grauitate capitis & somno molestia timore permixtione intellectus & vigilijs.

Sig. apatis pānicu li retini

Signa apostematis panniculi retini sunt quoniam sentit patiens de huiusmodi accidentibus remissius quam in supradictis & quia sentitur dolor superius in vertice & eius causa fit modica.

Sig. ex sanguine

Signa ex sanguine sunt febris continua & permanens cum rubedine oculorum & faciei plenitudo venarum exitus sanguinis narium guttatim & magnitudo pulsus. Et accidit in pluribus iuuenibus & in tempore veris & æstatis & pinguibus & habentibus multū sanguinis & nutritis carnibus & vino & cibis dulcibus sicut dactilis ficubus vuis dulcibus & spissis & similibus.

sig. co. rub.

Signa ex colera rubea sunt quoniā febris est magis intensa & sitis & vigiliæ similiter asperitas linguæ, permixtio intellectus inanitio capitis & siccitas oculorum, & fit in corpore macilento & calidæ complexionis & fit in ęstate, & quia ęgritudo est antiqua.

sig. co. ni. vstę

Signa ex colera nigra usta sunt, nigredo oculorum & eorum paruitas permixtio rationis vigilię & corruptio intellectus, & accidunt cerebro accidentia similia accidentibus apostemati facto ex participatione membrorum sicut diafragmatis & regionis vuluæ & stomachi in vehementia febris & exuberantia sanguinis cordis. Cuius curatio fit cum curatione membrorum quorum memorationem faciemus in subsequentibus.

¶ Differentia quoq; inter permixtionem intellectus ab ipso cerebro & permixtionem intellectus ab ipso diafragmate est, quoniam quæ fit a causa diafragmatis non est continua, sed quoniam incitatur & quandoq; quiescit, quę autem prouenit a causa cerebri, procedit paulatim crescendo nec quiescit post quietē febris.

Cura aposte. ex sanguine

Curatio apostematis ex causa sanguinis aduenientis est quod flebotometur infirmus apud principiū. Si prædictę consenserint conditiones & educere de sanguine secundū virtutem. Et si flebotomatus non fuerit quousq; corruptus fuerit eius intellectus flebotometur tunc vena frontis, aut vena nasi & educatur de sanguine moderata quantitate, si non sit aliquid prohibens, administretur etiam sibi clistere leue; & si hęc minime consenserint, leniatur eius natura cum macbuc tamarindorum prunorū cassiafist. iuiubarum viol. & mannæ coniunctim aut diuisim, & sit eius dieta ptisana & aqua cucurbitę assatę, & si eius natura constipata est sumatur mirabol. violarum & iulep & non potet aquam solam; sed mixtam cum syrupo granatorum & sirupo violato zuccarino & secaniabin zuccarino, & cibetur cū frustis panis loti, & bibat aquam decoctionis lentium excorticatarū, & si hoc ei non sufficit, sumat de trociscis camphora & similibus secundum caloris vehementiam & eius debilitatem, & effundatur super caput post laxatiuum aqua in qua coctæ sint viol. & folia cucurbitæ & semen maluæ & semen lactucæ camomilla & cortices papaueris si patietur vigilias, vngatur anterior pars capitis cum oleo ros. & aceto & emulgeatur omni hora super ipsum lac mulierum.

Cura ex co. ru.

¶ Et si fuerit ex colera rubea bibat aquam prunorum omni die ante aquā ordeaceam & per horam & bibat aquam citrulli & cucurbitæ assatæ in meridie, in sero autem muscilaginem psilij, nec vnquam prohibeatur frenetico aqua frigida.

Aqua frigida freneticis nō phibēda

Postea vero effundatur super caput aqua decoctionis prædicta superius de apostemate sanguinis. Et si necesse fuerit aliqd fortius quā hoc effundatur super ipsam aqua portulacæ lactucę semperuiuæ, & aqua rasuræ cucurbitę. cum oleo de nenufare, & oleo viol. & ros. & emplastretur caput cum folijs lactucæ aut folijs salicis & rasuris cucurbitę violis solatro & psilio cū oleo viol. Et si patitur fortes vigilias abluatur frōs & timpora cum aqua decoctionis foliorum iusquiami & foliorum papaueris & eius corticis & foliorum lactucæ, & instilletur naribus lac nigræ mulieris nutrientis filiam cum oleo violato. Et si habuerit siccitatem oris & asperitatem linguæ fricetur cum muscilagine psilij & muscilagine seminis citonior; & muscilagine seminis maluæ cum modico zuccari taborzed & oleo viol. & fiat hoc cum panno albo mundo infuso in hijs muscilaginibus. Et si natura est constipata leniatur cum clisteri lenitiuo & bibat sirupos subtiles & leues sicut diximus. Et si voluerit cibari sumat sauic de ordeo cū zuccaro & micas pāis lotas cū aq; frigi-

da & zuccaro & si indiget fortiore hoc sumat de sirupis compositis scriptis in suis locis, & sumat de trociscis camph. & sandal. & similia.

Cura co. ni. adustę

¶ Si vero fuerit ex colera nigra adusta & cum forti calore erit eius curatio sicut curatio de colera citrina. Quod si calor fuerit modicus & signum permixtionis intellectus incipit fiat sibi hoc clistere. ℞. colloquintide polip. mentastri epithimi an̄ pugillū. i. decoquatur in aqua & fiat inde clistere cū ista aqua & oleo camomillæ & effundatur sup caput aq̄ decoctiōis camomillæ & alsireg quodcūq; ipsorum inuenerit & emulgeatur sępe super ipsum lac mulieris lactātis feminam, aut instilletur naribus & ad oculos, & sit potus eius aqua mellis loco aquæ ordei. Si vero ęgritudo fortior fiat donec deueniat ad vltimam permixtionem intellectus accipiatur eius curatio de proprio loco secundum modum perfectum.

Alsireg

De apostematibus quæ sunt in cerebro ex mala qualitate & putredine naturæ sequitur. &c. Cap. IX.

Flegmon

Apostemata quę fiūt in cerebro ex mala qualitate sicut apostema quod dicitur flegmon fiunt ex causa sanguinis quando multiplicatur & putrescit inter arterias & venas cerebri. Signa huius sunt quia fit in cerebro ita quod dolet craneum & adueniunt ei indignatio stomachi & multus vomitus propter participationem stomaci cum cerebro & neruis sibi prouenientibus & accidit sibi tumor faciei & totius capitis & fit hoc cum acuta febre continua & forti & intellectus permixtione. Curatio eius est cum flebotomia venæ cephalicæ si consentiunt ad hoc prænotatæ cōditiones & flebotometur vena nasi & venæ quæ sunt sub lingua & emplastretur caput cū rebus quas iam diximus quę humectant & resoluunt, sicut folijs viol. humidis maluis & psilio & similibus cum farina ordei citroli & portulaca.

Sig. flegmonis

Cura flegmonis

De apostemate quod dicitur alhanra. Cap. X.

Alhanra Heresipila

Hoc apostema fit ex putredine coleræ rubeæ. Signa eius sunt fortis dolor capitis cū multa inflāmatione & nigredine faciei, aut eius citrinitas fortis siccitas oris asperitas linguæ sitis acuta febris vigiliæ molestia & permixtio intellectus. Curatio eius est si apparet plenitudo & virtus est fortis, & aliæ conditiones adfuerint quod flebotometur vena cefalica & venæ quæ sunt sub lingua. Postea sumat aquam decoctionis iuiubarum, tamarindorum, prunorum, & aliorum frigidorum hijs similium. Et abluatur caput in primis cum faufel, bolo armeno & croco cum succo arnoglossę, in fine vero abluatur cum alimar aloe & croco & sandalis rub. cum succo coriandri humidi, etiam regatur ipso regimine dicto in apostemate sirsen calido, scilicet cum sumptione ptisanę ordei cū succo granatorum & iuiubis solatro & citrullis, & comedat cucurbitas & attriplicem & ceteras res frigidas & olfetur sandalum camphoram rosas violas & similia.

Sig. here.

Cura heresipile

Faufel.

Alimar

De vigilijs. Cap. XI.

vigiliarum causæ

Vigiliæ transgredientes modum naturæ sunt. Aut ab ægritudine sicut feb. & apostemate cerebri vt diximus, aut sine feb. vel apostemate, & tunc fiunt ex aliqua quatuor causarum, aut enim ex nimia siccitate coleræ rubeæ, aut ex siccitate coleræ nigræ, aut ex calore distemperato, aut ex humore salso & horribili. Signa causæ siccitatis ex colera rubea sunt, quia color infirmi declinat ad citrinitatem propter motum coleræ in ipsis vigilijs & eius resultationem in superficie corporis cum siccitate & caliditate tactus. Signa causæ siccitatis ex colera nigra sunt, quia color infirmi declinat ad liuorem & eius tactus est spissus & accidit calor cum siccitate & fiunt cum vigilijs molestia & permixtio intellectus & cogitationes. Signum causę siccitatis ex distemperato calore est vigiliæ mixtæ cum modico somno. Signum ex flegmate salso & horribili est, quia fiunt vigiliæ cum quiete. Curatio huius quando euenit ex colera rubea est quod super effundatur capiti aqua decoctionis corticum papaueris iusquiami seminis lactucæ viol. seminis maluæ & ordei excorticati cum succo lactucæ iusquiami cum oleo violato, aut oleo nenufaris cum lacte mulieris lactantis feminā, & si hæc non sufficiunt emplastretur frons cū opio zuccaro & semine lactucæ aut semine iusquiami tritis & distemperatis omnibus cum succo lactucę, aut succo coriandri, vel succo iusquiami, & mulgeatur capiti sępe de lacte mulieris. Et si hoc nō sufficit amministretur sibi hoc sief. Recipe opij partes tres, croci partem vnam terantur & conficiantur cum ficu pingui & supponatur apud principium noctis. Curatio autem eius quando euenerit ex calore distemperato est vt abstineat a cibis & specie-

Sig. co. rub.

Sig. co. nig.

Sig. ex calore distēperato

sig. fleg. salsi

Cura ex col. rub.

Cura ex calo. distēperato

bus calidis & vtatur cibis temperatis & humidis complexione, sicut carnibus ouinis & agninis in aqua coctis lactucis & portulacis & ingrediatur balneum temperatum, & vngatur caput cum temperatis oleis quæ diximus. Si vero prouenit ex humore salso imittatur naribus oleum de croco vel oleum anetinum, aut camomille maiorane & aneti compositio olei ys hac filij amiran ducens somnum sua olfactione. ℞. opij castorei croci iusquiami elebori nigri nucis muscate semis papaueris, seminis alueg aŭ partes equales terantur & distemperentur cum succo mandragore, & effundatur super hoc de oleo sambucino bono tepido, & exponatur ad solem decem diebus in vase vitreo sepe ipsum agitando, deinde coletur & iterum misceatur in eo de opio puluerizato secundum oportunitatem & dimittatur sic ad solem alijs decem diebus, deinde reducatur oleum ad eius feces & iterum apponatur in eo de opio puluerizato & agitetur bene vsq ad.xxx.diem & dimittatur cum suis fecibus, & quando indiget eo accipiatur de eo partes.ij. & olei de ben.pars.i.gariofi.triti pars.i. & misceatur totum & ponatur in crucibulo super cineribus calidis a quo postea vngantur timpora & recipiat odorem eius quoniam dormit.

Cura humoris salsi

Alueg

De multitudine somni sequitur. Ca.XII.

SOmnus transgrediens modū naturalē fit aut cum febre, aut sine febre, excessus eius sine febre fit, aut ex multitudine humorū, aut ex frigiditate aut ex vtraq simul. Causatur aūt somnus ex inanitione animalis spiritus sicut accidit fatigatis labore. Fit etiam ex comestione humidorū ciborum vt laxatiuorū & frigidorū oleorū. Fit etiam ex medicinis stupefactiuis sensuū & sedatiuis doloris sicut ex opio & emplastris frigidis & maluis portulacis & similibus. Fit quoq ex balneo & repletione cerebri vino. Quando aūt fit cum febre causatur ex vapore fumoso calido & humido resoluto ad cerebrum ex toto corpore. Signa ex causa febris sunt multitudo somni supini & somniorū perterrentiū & sepissima reiteratio ipsorū & perceptio humorum in capite solo. Signū ex multitudine humorū est vt frequenter accidit pueris. s. profundatio somni cū forti stertione & apparentia flegmatis in ore & naribus & lachrimatio oculorum quemadmodum accidit senibus & hoc frequentius accidit humidis corporibus in tempore sanitatis, & signa reliquarū partiū ex hijs que infirmus refert. Curatio somni aduenientis cum febre est

Causæ somni nō naturalis

Sig. ex causa fe.

Sig. ex humorū multitudine

Cura superfluisomni ex febre

quod effundatur super caput aliquod oleorum temperatorum sicut oleum camomillæ & oleum aneti, & administretur clistere lenitiuū nature cum camomill. & viol. semine lini muscilagine altee alsirag sale & baurag & superponantur licinia, & effundatur super manibus & pedibus aqua decoctionis camomille vt attrahantur fumi humorum ad inferiora, & bibat ptisanam ordei cum secaniabin zuccarino & iulep cum secaniabin, & comedat portulacā & attriplicem. Curatio vero aliarū specierum prouenientium sine febre est cum euacuatione humorum a cerebro cum pillulis cochijs & pillulis Gal. & cum gargarismis frequenter & remissione ocij & multitudine laboris & exercitij, & ingrediatur balneū apud ieiunium omni die & sudet in ipso & abstineat a cena & parcat potui aquæ frigide, & sumat quolibet die de hoc susuf, quia exsiccat humiditatem stomachi. ℞. zinziberis partes tres turbith partem vnam zuccari ad pondus omnium puluerizentur omnia, & sumat de hoc puluere omni die.3.iiij, & immittatur naribus de oleo alsuniz aut oleū sinapis & emplastretur posteriora capitis cum sinapi.

Alsirag

Curatio aliarū specierū sine febre

Oleum alsuniz

De sebet parua. Cap.XIII.

PAruus sopor qui dicitur sebet parua vel remissa generatur ex duobus humoribus contrarijs sibi inuicem quia ex flegmate & colera rub. quæ generantur in posterioribus cerebri. Fit quoq tribus modis quia aut dominatur flegma tantum, aut colera ru. tantum, aut vtraq equaliter. Signum remisse sebet est, quia cum imponitur patientis ori aq vel pulmentum farine transglutitur illud. Signum quoq fortis est quia quando imponitur eius ori aqua vel aliud egreditur per os & nares & pulsus eius est paruus debilis & frequens. Signum ex flegmate est, quia fit somnus & sopor multus. Signum ex col. rub. est quoniā eius vigilatio & permixtio intellectus fiunt magne. Signa ex vtraq sunt quia consequuntur ipsum omnia signa. Cōmunia vero signa huius sunt ex eo quod eger iacet supinꝰ & habet faciem inflatam ad rubedinem declinantem, & eius palpebre supiores cōtrahunt supius & accidit ei vt in pluribus retētio vrine. Curatio ipsius qn̄ est ex dominio flegmatis est q sumat aliqđ laxatiuū flegmatis sicut pillulas stomaticon, aut yera, & fiat clistere acutū. Et effundat̄ sup ipsum aqua decoctiōis camomille aneti, maiorane & abrotani & similium. Et vngatur caput cū oleis calidis sicut oleo sam

Subet fit ex duobus contrarijs humoribus

Sig. sub et debilis & fortis

Sig. flegmatico

Sig. col. rub.

Sig. cōm

Cura subeth flegmatici

bucino, vel oleo nardino, vel costino & similibus, & emplastrent posteriora capitis cum hoc emplastro, & eius modus est q accipiatur aloes iuiube croci castorei foliorum ros. ptes equales terant & distemperent oia cũ vino odorifero & supponat posterioribus capitis & immittatur narib⁹ de oleis calidis sicut de oleo amigdal. amararũ & similibus, & olfet calidas species. Si vero fuerit ppter colerã rub. flegmati predominantẽ est videndũ si habet faciẽ rub. & virtutẽ forte, & tunc flebotomet, & educatur de sanguine scd'm virtutẽ, postmodũ laxet cum hijs que laxant colerã rubeã queadmodũ sepe diximus. Et vngant anteriora capitis cum oleo viol. & ros. & similibus. Si vero prouenit ex causa vtriusq simul equaliter laxet cum laxatiuis cõpositis ad laxandũ coleram rub. & flegma que dicta sunt in suis locis, & emplastret caput cũ viol. ros. aneto maiorana mellilloto abrotano, & similibus, & inungat cũ oleis calidis & oleis frigidis, ita q accipiat de oleo costino, & oleo ros. equaliter & immittat naribus ex ipsis, & si hoc non sufficit administretur disteria cõposita scripta in suis locis. Et si virtus est fortis & non est plenitudo in corpe sit eius cibatio semel in die. Si vero virtus est fortis & est plenitudo in corpe cibet vna die & abstineat altera. Et si puenit ex multitudine cibi & ex plenitudine fiat euacuatio & vomitus & multũ abstineat & fricent manus & pedes cũ pãno aspo & sanabit cũ dei auxilio. Differentia quoq inter hanc egritudinẽ & suffocationẽ matricis mulieris est, qm̃ in suffocatione matricis cõseruat facies naturalis & in nullo alterat & audit que sibi pferuntur, & regit se suis pedib⁹ subet aũt cõtrario mõ se habet.

Cura co. rub.

Cura vtriusq humoris

Cura ex multitudine cibi

Subeth & matris suffocatio differunt

De subec magna sequtur. Cap. XIIII.

Alhabin Abli & ex maledictis demonibus qui dicuntur allahin ablis, In quarꝫ curatione si nostra ingeniatio defecerit & ipsarꝫ causę a nobis deciāe sint relinqte opus creatori eorꝫ, non est operū misȩrator magis q̄ ipsorꝫ creator, & qa occulta est medicis causa huius egritudinis & eorꝫ cognitio circa eā deficit recusarūt eius curationē tractare, sed non est dubiū penes me ꝙ hoc est de antiqs scientijs q̄ hodie occultatę sunt hoibus.
fig. causę fortis Signa causę fortis egritudinis ex humoribus existentibus intra substantiā cerebri sunt, qa ex eo ꝙ egritudo magis augmentat̄ & accidētia eius terribilia & difficilia sunt.
fig. causę lentę Signa causę lente egritudinis ex humoribus in ventriculis cerebri existentibus sunt corruptio spiritus animalis & facilitas egritudinis & accidētiū simul
Cura eṗlentię flegmaticę Curatio eius q̄ ꝓuenit ex flegmate est ꝙ cōsideret̄ primo si egritudo est in puulis adolescētibus & lactātibus ꝙ plurime contingit & tūc sit studiū in rectificatione lactis nutricis pueri & est iubere eis ꝙ exerceant motū ante cibum & cibare eā bonis cibis sua cōplexiōe sicut pul-
Alderag Alchug lis gallinaceis auib⁹ & alderag & alchug & vino veteri & ꝙ ingrediant̄ balneū & ꝙ abstineant a malis cibis & a grossis carnibus lactucis & lacte cucurbitis caulibus carnibus salitis &
Allednegan alsahadab algahade allednegan & similibus, & potet omni die aq̄ decoctiōis indicū & aquā anisi feniculi aneti al sahadab & algahade & similiū, & omnino abstineat nutrix ab apio & visitet̄ lac eius omi hora ꝓpter sui corruptionē qa si acciderit in ipso odor foetidus vel ei⁹ color ad citrinitatē aut ad fumū transmutatū fuerit pmutet̄ in aliud & caueat ne sit pregnans vel malā habentē cōplexionē, & sumat puer omi die parū de cōfectione q̄ dicit̄ dua almust. vel masticet nutrix ali-
Dua almust quantulū de castoreo, & pmisceat̄ cū lacte in eius ore. aut masticet parū de cardamona & in ponat illud ori lactantis, & recipiat puer odorem piretri, & suspendatur super ipsum.

> Medicamẽ exptũ alharmel al's armel .i. ruta

Modus medicaminis expti cõferẽtis puulis & magnis, accipiat alharmel lib.i. & infundat in xxx.lib.vini veteris deinde bulliat donec deficiat quarta ps vini & sumat de eo patiẽs omi die ad modũ vnius.ʒ.& plus & minus scdm virtutẽ & ętatẽ patiẽtis, qm hęc est sanatio eius & insufflet eius narib⁹ aliqd de insufflationibus nariũ q̃ dicit alsahot q̃ scriptę sunt in suis locis.

> Alsahot

De ꝓprietatibus huic ęgritudini conferentibus.&c. Cap.XXXV.

> Quæ ab occulta ꝓprietate huic ægritudini cõferunt

HAe sunt ꝓprietates conferẽtes iuuamentũ huic ęgritudini, si suspendatur sup puerũ lapis dict⁹ lapis serpẽtis q arabice dicit hagar alhara iuuat. Et si suspenderit patiẽs de coagulo leporis dissoluto cũ aceto iuuabit, & si fumigat patiẽs cũ fumigio blactę bisantię iuuat, & si vrat vngula asinę & bibat de ea pondus vnius.ʒ.iuuat, & si accipiat primus natus pullorꝫ irundinis apud augmentũ lunę & apiat eius vent qm inueniunt in ipso duo lapides quorꝫ vnus est vnius & eiusdẽ coloris alter vero diuersorꝫ colorꝫ. Accipiantur ambo & ligent in corio vituli & suspendat in collo patiẽtis & iuuabit, & herba q̃ dicit pionia inuenit masculina & feminina, si accipit de feminina & suspendit sup eo cõferet & est exptũ. Puluis corallorꝫ similiter hãc opatione facit lapis q dicit aliacuc, si portatus fuerit suspensus a puero anteq̃ adueniat ei hęc passio defendet eum, vt ei non adueniat & dixit haney. Quod aũt cõfert iuuamentũ huic ęgritudini ꝓprietate mirabile est, ꝙ accipiatur de corio frontis asini vnus palmus & teneat illud patiẽs in carne eius toto illo anno & defendet ipsum ab ista ęgritudine sequenti anno. Et si suspẽdit sup puero de pilis canis rabiosi iuuat. Herba zarahud si bibat de ea cũ aq̃ cõfert morho caduco et tremori & eius iuuamẽto nõ eq̃pollet alia species, & si suspendit cauda lupi & eius coriũ sup ipsum valet. Et si accipiat de sanguine alsalhasa siluestris et misceat cũ farina ordei & distempent cũ melle & fiunt ex hoc pillulæ ad modũ cicerꝫ & bibat de eis patiẽs omni die in ieiuno & etiã in nocte cõfert iuuamentũ maximũ. Et si insufflat suis narib⁹ de lapide q ĩuenitur ĩ felle bouis in q̃ntitate vnius lenticulę cũ succo alhalic sanabit, & si suspendit sup ipm caput muris siluestris sanat ab epilẽtia, & dixit alcabri ꝙ in ventre galli reperit lapis albus qui portatus suspensus oẽs malignos spiritus & demones ab eo fugat & cõfert pueris q timẽt ĩ somno. Et dixit alrasis ꝙ si suspendit pueris q timẽt ĩ somno piscis dictus alsecator sanant.

> Hagor Alharo
>
> Lapis Aliacuc
>
> Herba zarahud
>
> Alsalhasa
>
> Alhalic
>
> Alsecator

De cura huius ęgritudinis. Ca.XXXVI.

> Cura epilẽtiæ a solo capite puenientis

QVando hęc ęgritudo accidit viris cõsideret si est a causa capitis tm & tũc habeat studiũ calefacere caput & administrare ei in potu de calidis cõfectionibus sicut yera logod. aut yera gallien. aut iera ypocratis, aut yera rufi, aut yera hermetis, vel sumat de pillulis mundificantibus cerebrũ & de stomaticon magno aut mediocri & similibus & precipiat infirmo facere gargarismũ omni mane cũ yera pigra, aut aq̃ decoctionis ysopi & mentastri & ficuũ siccarꝫ cũ aceto de radicibus, aut secaniabin & faciat vomitũ ieiuno stomaco cũ radice & aneto & exerceat moderatũ motũ ante cõmestionẽ & ingrediat balneum omĩ ebdomada semel aut bis & sudet in ipso & cõtinuo fricent manus brachia & pedes forti fricatiõe vt deponat vapor ad inferiora, & cibet pane mundo fermẽtato decenter & cõfecto cũ aqua calida in qua coctũ sit coriandrũ siccũ qa hoc ꝓhibet fumũ ascendere ad caput, & caueat ab oĩbus grossis carnibus vt leporinis yrcinis bouinis & carnibus salitis & ab vniuersis oleribus preter bletas erucas endiuiã & caraston & comedat pullos gallinarum & colũbarꝫ & passeres & alhagal, & caueat ab apio qa de sui ꝓprietate est excitare hanc passionẽ, et vtant bonis cibis q suo loco describunt, & effundat sup eos aqua calida, in qua cocta sint abrotanũ centaurea camomilla mentastrũ anetũ & ruta & similia. Quæ vero fit a causa totius corpis curat cum mundificatione corpis & stomaci cũ pillulis in suo loco descriptis, & sumat in tpibus interpollatiõis de tyriaca & confectione salitę & anacardi & cõfectione alhuri & alsachznaya & dua almuse, & bibat vinum odoriferũ paratũ cũ specieb⁹ & sumat secaniabin factũ cũ aceto alauczar. Quæ vero fit a causa colerę nigrę curat cũ curatione melancolię equaliter et est vt laxet natura cum decoctione epithimi sepe & postea vtant cibis bonis bonũ hũorẽ gñantib⁹ et cõfortet caput cũ olfactione musci & algladia & assiduet introitũ balnei preterq̃ diu sudet in eo. Curatio aũt eius q̃ fit a causa sanguinis si plenitudo apparet nec est aliqd ꝓhibens est ꝙ flebotometur infirmus de vena cefalica & incidant venę quę sunt post aures, & si hoc non sufficit flebotomet basilica & laxet natura cũ decoctione cassiefist. & mirabolanorꝫ & similibus decoctionibus in suis locis descriptis & supponat capiti ꝙ ipsum confortet & repellat sufluitates ascendentes ad caput sicut oleum ros. solum aut cum aceto & aqua ros. & si hoc non sufficit apponant vẽtosę super crura vt attrahatur humor ad inferiora. Curatio eius q̃ fit a causa

> Caraston
>
> Cura a cã totiuscorporis
>
> Alhuri Alsachznaya Alauczar
>
> Cura ex cole. nig.
>
> Algladia
>
> Cura ex sanguine
>
> Cura ex vẽtosita. grossa

ventositatis grosse est quod sumat aliquid de laxatiuis magnis vt de yeris alcabin, in quibus intrat collognitida & sicut yera logodion & similia. Et fiat insufflatio in naribus cum aliquo ad hoc conuenienti vt cum codiso castoreo & nigella que alleuiant ventositates & impellant eas & abluat cum aqua decoctionis sisimbrij mentastri camomille aneti & similium & conueniens est appositio ventose super crura ad attrahendum humorem ad inferiora & maxime in principio egritudinis. Curatio vero eius que fit ex ventositatibus eleuatis ad caput ab aliquibus membris vt a cruribus & pedibus est cum sumptione laxatiuorum flegmatis & colere nigre. Deinde ligetur membrum de super quando incipit ventus ab eo ascendere, & postea liniatur locus cum melle anacardi, aut cum setrag, aut cum euforbio, aut cum oleo, aut cum iesmino donec ampullet locus & vlceretur & apponantur super eum ventose cum scarificatione & fatigetur membrum illud cum motu & fricetur manibus, & effundatur super ipsum aqua calida in qua cocta sint anetum camomilla abrotanum absinthium & similia in diebus in quibus non accipit laxatiuum, & si hoc non sufficit fiat cauterium vel cauteria super locum & permittat ipsum apertum longo tempore. Quae vero fit ex causa stomachi consideretur si humor sit de colera rub. & tunc sumat infirmus aquam decoctionis absinthij cum secaniabin zuccario & yeram pigram cum secaniabin & vtatur assidue comedere recentes pisces. Quando autem fuerit ex causa multitudinis sanguinis in venis flebotometur vena basilica et faciat reliquum regiminis ad educendum coleram rubeam & extinguendum sanguinem. Si vero fuerit illud quod dominatur in stomacho flegma sumat de laxatiuis flegmaticis sicut yeram pigram factam cum collognitida & vtatur calidis confectionibus sicut confectione de cimino facto cum sale indo & baurac armeno de aniso & cimino in duplo eius ponderis & calefiat stomachus cum oleis calidis vt oleo masticis & oleo camomille & similibus. Si vero fuerit illud quod dominatur in eo colera nigra curetur cum curatione colere nigre in egritudine melancolie.

Cura ex verositatibus ab alijs membris

Setrag

Cura stomachi ca.

De examinatione epileptici vtrum epilenticus sit vel ne. Ca. XXXVII.

PRobatio huius est quod accipiatur cornu capre & proiecto in prunis fumigetur cum eo & comedat de brodio carnium caprarum & statim ei superueniet & videantur vene que sunt sub lingua quando si declinant ad citrinitatem vere est epilenticus aut vngatur patiens cum asa & statim patietur & cum applicatur ei ad odorandum. Si surrexerit propter sui odorem, signum est quod sanabitur. Si vero ex sui odore minime surrexerit non sanabitur vel induatur patiens pelle capre statim excorticata & submergatur in aqua & statim patietur, & detegit passionem epilentici quando fumigatur cum fumigio picis aut cortice thuris vel cum cupar iudaico, vel si fumigatur cum veste similiter patietur. Item comestio epatis yrci ipsam accelerat & prouocat & apium & semen eius similiter nocet, & omnes res que mouentur circulariter offendunt epilenticos & omnes odores graues & foetidi similem operationem faciunt.

Cupar iudaicum i. bitumen iudaicum

TRACTATUS SECUNDUS CONtinet capitula nouem. De egritudinibus nasi. Cap. I.

DE egritudinibus nasi & primo de reumate quod dicitur alzecas de immoderata sternutatione de defectu sternutationis, de fluxu sanguinis narium, de priuatione olfactus aut eius diminutione, de foetore, de apostematibus & pustulis & de rebus extraneis que intrant in nasum.

Alsecas

De reumate. Cap. II.

REuma est fluxus humorum congregatorum in ventriculis cerebri per foramen quod est in osse nasi quod similatur mortario ad nares propter quod fit liberatio egri a multis antiquis passionibus. Cause vero congregationis eius ibi sunt quatuor primitiue. s. caliditas frigiditas. Apostema factum in anteriori parte capitis & debilitas capitis. Caliditas autem in duo diuiditur. s. intrinseca & extrinseca. Intrinseca est a caliditate ipsius cerebri que postea attrahit sibi humiditates corporis & quando multiplicantur fluunt per nares. Frigiditas autem diuiditur in duo, quia aut erit intrinseca aut extrinseca. Intrinseca est quando coadunat & constringit cerebrum donec fluunt per nares humiditates. Extrinseca vero fit vel a calido vel a frigore a calore sicut a calore solis vel aere austri, aut a calore ignis, aut ex fusione aque calide super caput, aut ex calido emplastro vel ex cooptione capitis cum multis pannis. Hee quidem cause attrahunt humiditates ad ipsum sicut ventosa attrahit sanguinem, & quando implentur ventriculi cerebri humiditatibus congelatis fluunt per nares digeste vel indigeste. A frigore vero sicut ab aere septentrionali, aut effusione aque frigide super caput & appositione emplastri frigidi potentia propter que reuertuntur humiditates retrorsum ad cerebrum & fluunt inde, aut ex apostemate in anteriori parte capitis facto sicut algadri & similia propter que corrupta est complexio eius & sua virtus debilitata vnde fluunt humiditates cottidie. Signa caliditatis intrinsece vel extrinsece rubedo faciei calor narium cum pruritu asperitas gutturis & narium sitis & febris, & quod fluit ex eo est calidum &

Reuma

Cause reumatis

Algadri

Sig. calid.

subtile & possibile est illud declinare ad citrinitatem & delectatio infirmi in rebus frigidis & eius molestia in calidis, & si concordāt huic etas & cōplexio erunt hec signa fortiora. Signa ex frigiditate intrinseca vel extrinseca extensio frontis, grauitas anterioris partis capitis, oppilatio foraminis colatorij ita vt non possit olfa re aliqd & sentit frigiditatē in naso cum fluxu frigide humiditatis & offendit a frigidis & iuuat a calidis cū ea odorat, aut supponunt capiti & redūdat eius sermo p nares & fluit inē flegma humidū crudū & qn̄ cōcordat huic etas & cōplexio infirmi erunt hec signa fortiora. Signa ex apostemate fluxus diuersorū humorū a naribus & plurime accidit pueris post pustulas algadri aut ex alio apostemate. Signa ex debilitate capitis qa frequēter & omni tpe molestatur & ex leui causa venti aut frigoris & sui iuuamen cū medicina est modicū & eius curatio est difficilis & pcipue qn̄ est habitatio eius in loco vbi montes partē orientalē occupant. Signa eius inchoationis qꝛ est qa aut illud fluit a naribus est subtile aquosum valde, aut calidum mordicatiuū hoc est principiū egritudinis. Si vero illud qꝛ fluit est digestū declinās ad spissitudinē & modice caliditatis, tunc egritudo est in augmento qn̄ aūt puenīūt hūores ad finem digestionis & febris cessauerit & accidētia fuerint alleuiata tunc est in declinatione. Curatio eius cum fuerit ex caliditate dum est in principio qꝛ relinquat cibatio serotina & diurna minuat & minoret somnus & caueat a vino & addat in ieiuniū & ingrediat balneū ieiuno stomacho & sudet in ipso sed non effundat aquā sup caput neqꝫ calidā neqꝫ frigidā & consideret si est plenitudo in corpe flebotomet cefalica vel apponant ventose sup timpa. Et si natura est constipata laxet cū decoctione aiagaz violarū sebesten & similiū, & sumat mane & sero de sirupo papaueris & gargarizet cum ipso & inclinet caput & faciē sup vaporē aq̄ in qua cocta sint furfur ordei & camomillæ, aut ordeum excorticatū & viole & emplastret caput cū hijs q̄ ipsum cōfortēt vt aceto aq̄ ros. sandal. camph. & similibus, & recipiat odorē frigidarū herbarū & odoriferarū & rosarū mirte & salicis & cōtinuo extrahat humiditates & de suis naribus vt non fluant ad pectus & pulmonē & ad alia membra debilia & sit semper eius dormitio sup latera sua & non super eius posteriora, & sit cibus eius amidū & pulmentum de farina ordei & de fabis excorticatis & laccū zuccaro, & si non habuerit febrē comedat de cibis & oleribus frigidis. Postea vero leniatur eius natura cū sirupo viol. zuccarino & succo granatorū dulciū & similibus. Et qn̄ apparebit aliqd digestionis fiat fumigiū dulce sicut cū folijs rosarū zuccaro tabarzet & sandalis citrinis cōiunctim vel diuisim & nullatenus fiat hoc in principio egritudinis & accipiat lapis & calefiat in igne & instillet sup ipsum acetum & recipiat infirmus odorē vaporis ascendentis, & si hoc non sufficit accipiat aliqs de alijs vaporibus q sunt scripti in suis locis. Quando vero fuerit ex frigore & apud principiū relinquat cena & maceret corpus cū labore et exercitio & abstinētia cibi & potus & vigilijs lōgis, & abstineat a vino penitus, & parcat potū aque & sudet in balneo ieiuno stomacho sine aque effusione calide vel frigide sup caput, & sufficit ei hoc regimen in pluribus hmōi. Si vero necessitas ad aliud nos cogerit laxet corpus cū pillulis de aloe vel pillulis cochijs cū liquiri. & gumi dragagāti, aut calefiat algaures aut aldecan qꝛ est miliū & capiti supponat, hoc eñ accelerat digestioni & inclinet faciē sup vaporē aque ros. in qua cocta sint anetū mentastrū & camomilla, & hoc totū post corpis euacuationē, & sit eius dieta ptisanū de furfuribus cū oleo amigdalino & pulli colūbini parui & sirupus de melle & de violis zuccare. Quando vero fit a causa frigiditatis postqꝫ apparet digestio fiat gargarismus cū aq̄ decoctionis caricarum mentastri, ysopi, & sinapis, & vngat caput cum oleo anetino camomillino, & si indiget fortiori hoc emplastret caput cū emplastro de sinapi & fumiget cū fumigio ligni aloes sandal. storacis ciperi olibani anisi castorei, & similium, & asset nigella & liget in petia panni & recipiat odorē eius, & ingrediat balneū ieiuno stomaco & diu sudet in eo & sup effundatur aqua calida capiti & vtant cibis q dicunt alchasa factis cū melle, & caueat ab oībus cibis salitis & acetosis, & si hec non sufficiunt accipiatur gariof. cipi nucis musc. & masticis an̄ partes equales puluerizent & cōficiant cum oleo de ben & ponat sup medio capitis postqꝫ locꝰ abrasus fuerit & hoc fiat semel in septimana & fricetur caput cum panno aspero, & si hoc nō sufficit fiat cauteriū in anteriori parte capitis. Quod aūt fit a causa pustularū algadri aut eiꝰ simile non curatur nisi post longum tempus, & est necesse regere infirmū cum mundificatione capitis & corporis. s. cum yeris magnis & pillulis cochijs. Postea vero studeat mundificare nasum quemadmodum diximus in apostematibus & instilletur naribus vinum in quo cocta sint folia mirte & capita rosarum & instilletur in eis de succo citoniorū & administret de fumigijs siccis quæ predicta sunt.

Marginal notes: Sig. frigiditatis — sig. ex apate — sig. ex capitis debilitate — sig. inchoationis — Cura ex caliditate — Aiagaz — Cura ex frigidita. — Algaures Aldecan. — Alchasa — Cura ex algadri

De sternutatione sequitur. Cap. III.

Sternutationis cause due

Sternutatio immoderata accidit duab⁹ de causis. s. intrinseca vel extrinseca. Intrinseca fit duab⁹ de causis, vel ex festinantia nature ad expellēdū fumos malos in cerebro cōgregatos p ꝙ excludunt plures egritudines iā inceptæ vel future generari, aut erit festinantia reumatis fluxus nature qn̄ mouet̄ non in tempore oportuno sicut accidit in passione fluxus nariū vel in apostemate pulmonis. Causa vero eius extrinseca est sine infirmitate sicut qn̄ adueniunt ei subito aliqua sibi cōtraria vt radius solis fumus puluis vel frigus vehemēs, aut odor acutarū rerū vel aliud extraneū ingrediens nasi ventriculos aut ex forti sufflatione.

Cura sternutatiōis

Cura tio immoderate sternutationis est ꝙ considere tur si accidit habenti calidā cōplexionē & tunc vngat̄ caput cū oleo ros. vel oleo violaꝶ cū aq̄ ros. & abluat̄ caput cū aqua decoctionis camo millę violaꝶ & ordei mundi rosaꝶ & malua rum & similiū. Et odoret ros. mirtam campho ram & violas. Si vero accidit habenti frigidam cōplexionē ꝙ maxime accidit, vngat̄ cū oleo de lilio, aut oleo de absinthio, aut oleo de nigel la, vel oleo anetino, vel camomillino, & odoret species calidas sicut muscum galliā tranegan marzangus & similia.

Galiam Tranegā Marzāg⁹ .i. maiorana

De priuatione sternutationis. Cap. IIII.

Priuationis sternutationis cause sunt due

Priuatio sternutationis accidit ex duab⁹ causis, aut eñ ex opilatione ventriculoꝶ nasi, aut ex nimia siccitate cerebri ꝓpter cōplexionē siccā absq̧ humiditate sicut accidit in acutis egritudinibus.

fig. cause opilatiōis

Signa cause opilatiōis sunt, illud ꝙ sentit patiēs opilationē ventriculorum nasi, & eius sermo est repentinus & est ipse nasus siccus pauce humiditatis.

fig. siccit.

Signa ꝟo cause siccitatis cerebri qa plurime hoc accidit ī passionib⁹ calidi apostematis cerebri ꝓpter defectū nature, vt non possit expellere fortē fumum & si priuat̄ sternutatione sine egritudine ꝓpter siccitatem naturalē cerebri & raro hic sternutabit & si sternutat nō facit nisi vnā sternutationē.

Cura opilationis

Curatio primi modi est tollere opilationē cū hijs que suo loco diximus.

Cura siccitatis

Curatio vero siccitatis est humectare caput cū oleis eq̄libus sicut oleo sirag & oleo amigd. dul. & violis & similibus & instillet̄ de eis naribus & mulgeatur super caput lac frequenter & curet̄ cū curatiōe apostematis cū cibis hūidis & sirupibus.

De fluxu sanguinis a naribus. Cap. V.

Cā flux⁹ sanguis narium

Fluxus sanguinis nariū fit ex aptione venarū tranqllarū aut venarū cerebri. Et causa huius est, aut intrinseca aut extrinseca. Intrinseca est duobus modis qa aut p modum crisis queadmodū accidit in febribus vrētibus & apostemate & reumatibus calidis, aut ex abundantia sanguinis in venis, aut ex debilitate cōtentiuę virtutis, aut ex multis ventositatibus ꝓpter quas inflātur venę & crepantur, aut ex collectione vel corrosione, aut ex vehementi calore in corpe causa cuius eius sanguis ebullit & ascēdit de eo fumus calidus ad caput & scindit tranqllas venas, & hic fluxus est possibilis curationis, aut crepant̄ venę quæ sunt sub cerebro ex qbus fluit sanguis, & hoc qdē nullo modo curatur. Causa vero extrinseca est aut ex pcussione capitis aut nasi aut ex saltu aut ex nimio frigore, aut ex olfactiōe speciei calide sicut euforbio & similiū, aut ex intensis vociferationibus & rixis. Vnde calefacto sanguine qui est in venis crepant̄ & exit sanguis.

fig. flux⁹ sanguinis cretici

Signa eius q exit p viā crisis qa supuenit post febres acutas quē non oportet decidi nisi excederet & virtutē ꝓstraret.

fig. ex venarū plenitudine

Signa eius ex plenitudine venarū sunt multitudo sanguinis fortis dolor & manifestatio plenitudinis & rubedo faciei & oculoꝶ & maxime hijs q cōtinuo vtuntur potu vini & cōmestione carniū & raro minuunt de sanguine.

fig. ex venis sub craneo

Quando vero procedit ex apertione venaꝶ quę sunt sub craneo signū eius est qm̄ exit subito & incessanter & nō valet ei medicamen. Si vero procedit ex vena tranqlla exibit sanguis vna hora & alia qescit & hoc cito decidit cū medicamine.

fig. ex acumine sanguinis

Signū ex acumine sanguinis ī corpe est qa sanguis q fluit est mordicus & subtilis valde.

fig. extrinsece cause

Signa ex causa extrinseca sunt ex hijs quę ipse infirmus refert vel quę sensui patēt vt pcussio collectio & casus.

Cura fluxus cretici

Curatio eius est qn̄ p viā crisis est ꝙ pmittatur & nullo modo decidat̄ nisi supabundaret & virtus corrueret, tunc ei debēt apponi ventosę sup ventrē vt attrahāt forti attractione absq̧ scarificatione in latere dextro, si sanguis fluit a dextro & similiter ecōuerso. Et si hoc non sufficit apponant̄ ventosę cū scarificatiōe sup crura & educat̄ de sanguine scd'm virtutē infirmi & fricent̄ pedes & crura forti fricatiōe.

Cura ex venarū plenitudine

Qn̄ aūt pcesserit ex plenitudine venaꝶ fiat flebotomia ex eadē parte vnde ꝓcedit, si non inest aliqd ꝓhibens & apponant̄ ventosę sub ypocondrijs ex pte vnde sanguis ꝓcedit, & si non deciderit cū hoc ligent̄ extremitates. s. manus & pedes & bibat continuo aquā infrigidatā niue & aquā cafei acetosam & frigidā, & effundat̄ aqua frigida sup caput & distillet̄ naribus parū de camphora trita cū succo portulacę vel aqua ros. vl' infundant̄ in eis galle & puluis molendini aloes olibanū sanguis dracōis & alumē cōiūctim

aut diuisim vel inuoluant licinium cum albumine oui & apponatur in eo de puluere predictarum specierum & imponatur naribus & bibat aquam ordei & muscilaginem psilij & succum coriandri humidi & omne quod habet coagulare sanguinem & confert etiam balneatio in aqua frigida. Quando vero fuerit ex apertione venarum que sunt sub craneo licet non valeat ibi medicina nisi miro modo est nihilominus necesse ligare coxas & brachia & testiculos forti ligatione & apponere ventosas sub ypocondrijs sine scarificatione & insufflet naribus acetum cum zimac & accipiat de limatijs & puluere cratis & gallis sanguine draconis cal ce vitreolo cortice granati acetosi tritis & infundantur licinium in aqua ros. Deinde coopiat de puluere predictorum et imponatur naribus quoniam est expertum & si cum hoc non decidit fluxus flebotometur vena cefalica ex eadem parte vnde sanguis fluit & comedat infirmus omne quod habet coagulare sanguinem vt succum granatorum & citoniorum lac acetosum aquam coriandri aquam solatri & aquam sumac & alhaczaram & alhadas & alharis & portulacam & non infrigident exteriora corporis quousque flebotometur & instillet naribus aqua alhadarug cum camphora aut succus citroli ameum aut succus coriandri humidi, vel accipiat alumen iamenum & terat cum camphora & insufflet naribus vel abluat frons cum bolo armeno & succo altratit, aut accipiat opium & camphora & distemperet cum aceto & modico farine lentium & glanat et abluat frons cum sandalis ros. & farina lentium ramic aluerag alas distemperatis cum succo portulace, aut cum aqua ros. vel aceto forti, vel accipiat balda alhanica trita cum forti aceto & emplastret cum eo caput & oportet egrum iacere supine cum eleuato capite aliquantulum. Stercus autem asini calidum si dissoluit cum aceto & recipiat odorem eius decidit fluxum sanguinis. Cerebrum vero galline si bibit cum vino sistit sanguinem fluentem de paniculo cerebri. Si vero est ex acumine sanguinis corporis fiat flebotomia & laxet colera rubea & regat cibis frigidis & stiptícis. Et fiant ea que diximus, curatio autem aliorum modorum est sicut curatio rerum eorum que diximus.

Cura ex venarum apertione sub craneo

Zimach i. es viride Cratis

Alhaczaram Alhadas Alharis Alhadarug

Altratit Glanat Aluerag i. sanguis draconis Bacla Alhanica

Cura ex sanguinis acumine

De priuatione sensus odoratus sequitur. Ca. VI.

Priuatio sensus odoratus, aut eius diminutio fit duobus modis quia aut erit a natura vt a die sue generationis, aut accidentaliter, & tunc fit, aut ex causa intrinseca aut extrinseca. Intrinseca est multis modis, quia aut ex malicia complexionis in ventriculis cerebri dominante in quibus consistit olfactus, aut ex altero iiij. humorum aut ex opilatione in illis facta quemadmodum accidit in egritudinibus palisis totius corporis & medie partis corporis, & fit hoc vel ex humore grosso, vel ex ventositate grossa, vel ex oppilatione ossis quod dicitur almasafi, in quo sunt multa foramina ad modum cerebri & est in extremitate nasi aut erit oppilatio in ventriculis ipsius nasi. Et causatur etiam aut ex duro apostemate quod dicitur alnaczor, aut ex apostemate quod dicitur alsartan, aut ex apostemate quod dicitur multipes & similibus. Extrinseca fit tribus de causis aut ex insuflatione frigida que dicitur alsahod, ita quod ex nimia infrigidatione amittit sensum olfactus, aut ex fractura facta in craneo, vnde coartatur locus cerebri & inprimitur lesio sensui olfactus, vel ex concussione accidente ipsi naso vnde corrumpitur sensus olfactus. Signa ex causa naturali quia eius oculi sunt caliginosi & quia nunquam aliquid percepit odoris & hoc genus pessimum omnium est & non susceptibile curationis. Aliqui sunt qui percipiunt olfactum quarundam rerum & quarundam non, alij vero percipiunt odores foetidos non autem aromaticos, alij vero econuerso. Signa ex humore calido in ventriculis cerebri dominante fortis calor in anterioribus capitis & iuuatio egri cum rebus frigidis, & possibile est hoc esse cum febre & quando concordant huic etas & complexio & tempus erit hoc magis potens. Signa ex humore frigido grauitas in anteriori parte capitis & sensus frigidus in ipsa & lesio eius cum rebus frigidis & delectatio eius in calidis & quando concordant hijs conditiones predicte erunt signa fortiora. Signa ex humore grosso vel ventositate grossa sunt inflatio narium & exitus spiritus ab eis cum difficultate & labore & sentit grauitatem in anteriori parte capitis quasi esset plena humiditatibus & sermo patientis est similis eius naturali sermoni. Signa ex opilatione facta in osse simili cerebro sunt quia non exeunt liquores & eius sermo fit a naso et liquores & grossities patentes ad sensum, & possibile est quod quando diligenter aspicit cum visu reperit intus apostema, aut si cum tactu stili vel alicuius alterius rei circumquerit. Signa ex causa extrinseca si fuerit ex insufflatione valde frigida sunt ex hijs que patiens refert cum frigiditate & motus grauitate quas sentit & somnus & dormitio. Signa ex fractura cranei sunt ea que ad sensum videntur, si vulnus fuerit recens & quia inuadit infirmum fortis febris & possibile est superuenire sibi ex hoc permixtionem rationis. Sed quando vulnus antiquum est nihil horum sentit. Signa ex concussione aut vulneris nasi sunt que sensu patent & occulate videntur. Curatio priuationis sensus olfactus quando fuerit ex humore calido est cum flebotomia vene cefalice si nihil est prohibens, & laxetur cum decoctione mirabolanorum & cassie f. si colera

Odoratus priuatio duobus fit modis

almasafi

alnaczor alsartan

alsahod

Sig. ex causa naturali

Sig. ex humore cal.

sig. ex hu. frigi.

sig. ex hu. grosso vel vento. grossa

sig. ex opilatione in osse cerebri simili

sig. ex causa extrinseca

sig. ex fractura cranei

sig. ex concussione. Cura priuationis sensus olfactus ex humo. ca.

rubea supabundat & abluat caput cũ aqua decoctionis camomille violarũ ordei mundati & fracti & seminis lactuce & portulace & similiũ et inclinet caput sup vaporẽ predicte aque & sup vaporẽ fortis aceti vna vice post aliã & fit eius dieta declinans ad res frigidas & humidas. Si vero fuerit ex humore frigido laxet cũ pillulis cochijs & stomaticis, aut cũ aliq̃ yerarũ magnarũ & faciat gargarismũ cũ hijs que attrahunt flegma a capite sicut secaniabin cũ ysopo mentastro & similibus, & abluat caput cũ aq̃ decoctionis camomille mentastri aneti centauree maiorane sisimbrij rute & similiũ coniunctim & separatim, & emplastret caput cũ hijs quæ ipsum calefaciunt sicut cũ sale & milio calidis & inclinet caput eius sup fumũ predictarũ herbarũ et administrent fumigia calida sicut cũ artanitha condiso sale armenico pipe & similibus, & si hoc non sufficit fiat cauteriũ sup vertice & angulis eius. Si vero fuerit ex opilatione ppter hũorẽ grossum & ventositatẽ grossam administret forte laxatiuũ & mũdificet caput cũ hijs que diximus & curet curatione alsechate & alpelag, & valet ad hoc cauteriũ in anteriori pte capitis iuuamẽto vltimo. Si vero fuerit ex opilatione facta in foraminibus ossis similis cerebri mundificet caput cũ hijs que dixim⁹ & insuffletur naribus de nigella trita & mixta cũ oleo cõmuni postq̃ impleuerit patiẽs os suum aqua & attrahat anhelitũ ad cerebrũ donec pcipiat medicinã, & si sentit vstionẽ odoret oleum ros. ellebori coloquintidã & oleũ formicarum p se vel simul. Si vero opilatio est in ventriculis ipsius nasi curet cũ curatiõe apostematum vt subsequenter dicemus. Si vero fuerit ex insufflatione valde frigida insufflet naribus de castoreo aut de musco, aut ruta vel nigella, aut de oleo raziti, aut oleo amigd. aut oleo de ben humido de quocũq̃ ipsorũ inuenerit & fumigetur cũ ligno aloes costo & similibus. Si vero fuerit ex fractura ossis cranei aut ex cõcussiõe nasi accipiat eorũ curatio ex cirurgia si vulnus fuerit recens. Si vero inueteratũ fuerit mundificetur caput cũ laxatiuo ab humoribus ibi cõgregatis & fiat flebotomia & cetera fumigia & si quælibet alia que diximus.

Cura ex hu. frigi.

Cura ex humore grosso et ventos. grossis

Cura ex opilatiõe foraminũ ossis

Cura ex opilatiõe i vẽtriculis nasi

Cura ex ĩsufflatõe valde frigida & alijs cãis

De fœtore nasi sequitur. Cap. VII.

Fœtoris nasi pres sũt causæ alharnab .i. polip⁹

FOetor nasi fit multis de causis aut enĩ ex apostematib⁹ que dicunt al harnab aut ex inueteratis pustulis & putrefactis in ventriculis nasi existentibus, aut ex vapore mali & acuti fumi a cerebro descendentis, aut ex suis ventriculis anterioribus, aut ex flegmate salso & fœtido in huiusmodi locis existẽti. Signũ ex apostematibus & pustulis q̃ sensu percipit & eius curatio est cũ hijs que dicemus. Signũ ex fœtore fumi acuti est q̃a sentit acumen & amaricationẽ & vstionẽ. Signũ ex fumo flegmatis putridi remissio acuminis & vstionis & fluxus liquoris grossi & viscosi de naribus & qñ concordãt ad hec cõplexio etas & tempus erit illud fortius. Curatio fœtoris calidi est flebotomia venẽ cefalice, si non fuerit aliqd phibens & mundificare caput cũ yera pigra & insufflet naribus oleũ rosarũ & viol. & effundatur sup caput aqua decoctionis rosarũ & foliorũ mirte & florũ viol. & olei mundi corticum papaueris & seminis malue, & qñ est ex flegmate mundificet caput cũ aliq̃ yerarũ magnarũ, aut cũ pillulis cochijs & similibus & instillet naribus succus mẽtastri fluuialis aut succus rute vel oleũ de nigella & similia.

Sig. ex apate & pustulis

Sig. ex fetore fumi acuti

Sig. ex fumo flegmatis putridi

Cura fetoris ex caliditã.

De apostematibus nasi. Cap. VIII.

APostematũ nasi alia sunt que dicunt alnoacir alia multipedia alia alsarchan .i. cancer, alia vero sunt turpes pustule. Signa apostematũ alnacir grossities nasi & caro male forme opilans nasi ventriculos & implens eos. Signa multipedum sunt, quia est ibi caro similis vermibus dictis alhacraban multos pedes habentibus fusci coloris & mali & difficilis curationis. Signa cancri sunt, nigredo coloris cũ tumore & duritie & lento dolore. Curatio apatũ alnacir, est q̃ intromittat naso liciniũ intinctũ cũ vngento ægyptiaco & vngento viridi donec cesset postea cũ vngento alciath aliqbus diebus. Postea ṽo accipiat arũdo de plũbo & imponat naso vt nõ iterũ redeat alnacir. Curatio aũt apostematis multipedũ & cancri est scd̃m q̃ scriptũ est in cirurgia. Pustularũ vero diuersarũ .i. turpiũ curant cũ albacari ceroti & vngento albo donec sanentur.

Apatũ nasi hoia

Sig. apatũ alnacir

Sig. multipedum

Alhacraban

Sig. cãcri

Cura apatis alnacir

Cura apatis multipedũ & cancri & pustularum

De hijs quæ cadunt in nasum. Cap. IX.

QVe cadũt in nasum extranea sunt aut substantia sicca vt lapis, aut aliqd recipiẽs in se humiditatẽ sicut genera granorum siccorũ vt cicerũ pisorũ & similiũ aut aliqua humida vt vue fabe humide & cicera humida & similia. Quod aũt cadit in ipsum de genere lapidis educi debet cũ instrumento noto & descripto in cirurgia. Alia ṽo preter horũ genus educunt cũ sternutatorijs .i. quod claudat patiens fortiter os suum in hora sternutationis postq̃ adiunxerit in ipsum aliquid de oleo assirag, aut violato vel amigdal. Et si p hoc non educit, educat cum instrumento ferreo in suo loco descripto.

Cura eorũ q̃ in nasum cediderunt

TRACTATVS TERTIVS QVI EST de egritudinibus auriũ continet in se decem capitula. De enumeratione egritudinũ aurium. Cap.I.

Alcaras
Alcaniũ

AEgritudines auriũ sunt grauitas auditus que dicit̃ alcaras & eius cause dolor tinnitus qui dicit̃ alcaniũ exitꝰ sanguinis exitus saniei & cause ipsoꝝ apostemata, & species ipsoꝝ concussio & fractura lapilli & grana sicca & aqua aures ingredientes, vulnus p acũ vel lignũ animalia reptilia que ab extra intrant vermes ibi generati. Et alia nocumẽta ex malis medicinis sunt sicut ex odore.i.vapore sulphuris arsenici qui aures offendunt.

De grauitate auditus. Cap.II.

Auditus grauitas et eiꝰ mõi

GRauitas auditus que dicit̃ alcaras est ꝙ non audit subtilẽ vocẽ sed audit fortem & cũ diu pseuerauerit prouenit in surditiẽ q est incurabilis q̃ sit a natura vt a principio sue generationis & dicit̃ naturalis fit aũt talis grauitas aut naturalis vt diximus aut accidentalis. Accidentalis aũt fit duabus de causis intrinseca & extrinseca. Intrinseca est ex sex causis. Aut enim ex malicia cõplexionis in auditus instrumentis dominante aut opilatione ex aliquo apostemate generato in quarto pari neruorum cerebri in quo cõsistit auditus, aut causatur vel resultat post processum calidi apostematis birsen aut ex carne addita & generata in aurium ventriculis propter percussionem aut vulnus quã natura expellit & oppilat auditũ, aut ex sorditie in ipsis congregata & oppilante aut ex sanguine ab auribus exeunte. Quod vero fit a malicia cõplexionis instrumentoꝝ auditus fit ex eo quod eleuatur de stomaco & erit humor ille calidus aut frigidus aut grossa ventositas. Quæ vero fit a causa oppilationis neruorum & apostematũ fit causa vltime siccitatis ipsis neruis contingentibus propter quã detinetur transitus spiritus aut ex humore viscoso. Que vero fit ex apostemate neruorum aut ex additione carnis in ventriculis aurium erit duabus de causis, quia aut erit apostema calidum aut frigidum. Extrinseca est multiplex quia aut accidit auribus vehemens frigus aut vehemens ventus, aut fortis siccitas, vel ex eis quæ ingrediunt̃ in eam tempore balnei aut ex natatu in aqua, aut ex reptibilibus vel lapillis vel granis eas ingredientibus aut punctione acus vel ligni faciente collectionẽ in loco qui dicitur alsamach vnde corrumpitur complexio

alsamach

sua aut ex pcussiõe vel incisione facta in neruo in quo est sensus auditus, aut ex vulnere vel casu cerebro adueniente vnde corrumpitur auditus aut ex mala medicina calida vel frigida potentia incidente in aurem sicut est argentum viuum opium & similia, aut ex cortice arundinis vel eius semine que sua proprietate aures offendunt, aut ex vaporibus rerum sublimatarũ sicut argenti viui & sulphuris arsenici & similiũm que cõplexionẽ aurium corrumpunt, aut ex forti sonitu tonitrui vel ex strepitu magne ruine aut forti voce subitanee. Signũ surditatis naturalis vel accidentalis perfecte est ꝙ non audit patiens fortem vocem nec debilẽ & quãdo inueteratur nunꝗ sanatur. Signum ex humore calido in organis auditus dominante vel ad aures ex stomaco eleuato est ex eo ꝙ alleuiatur passio in hora saturitatis & agrauatur in hora famis & quia accidit post calidam egritudinem vel ei qui vsus est calidis cibarijs & medicinis. Signum ex humore frigido est ex eo ꝙ aggrauatur passio in hora saturitatis & in hora famis & quia accidit post frigidam egritudinem & post humorẽ crudum aut cibos grossos & frigidos & quando concordant ad hæc predicte conditiones erit illud fortius. Signũ ex ventositate grossa est ex eo ꝙ sentit leuitatẽ vel vacuitatem capitis cum sonitu & extensiõe & quia accidit post humorẽ crudũ & multum potum vini & vsum ciboꝝ generantiũ ventositates & fumos ascendentes ad cerebrũ sicut fabarum lentiũ alleoꝝ cepaꝝ, & quia incitatur apud cibi repletionẽ. Differentia que est inter illam quæ fit in neruo in quo consistit sensus auditus & illam que fit in aure est quoniam si non videtur in ea apostema vel vulnus vel pustula vel mala oppilatio egritudo est in neruo & accidit hijs obliuio & quasi permixtio rationis & eius sermo est difficultas audibilis. Qñ vero egritudo est ex apostemate nerui accidit patienti fortis rigor q dicit̃ alcassarira febris et molestia. Quando vero fuerit oppilatio nerui ex siccitate erit grauitas auditus apud horã famis & horam saturitatis equalis & non potest curari. Quando vero fuerit ex abundantia humiditatis possibile est ipsam alleuiari in aliquibus temporibus vt in tempore euacuatiõis parum sed redit postmodũ & hæc non potest sanari. Signũ ex apostemate est quia paulatim alleuiatur in processu multi temporis, & si permanserit in suo statu nunꝗ sanabitur. Signum eius a carne & molestia sunt in parte frontis in qua est apostema, sed si apostema est frigidũ sentiet grauitatem & dolorem modicum. Signum ex sorditie in foramine auris existẽte est qñ sistabit aduersus solem apparebit sordities

Sig. surditatis naturalis v' accidẽtalis pfecte
Sig. ex ca. humore
Sig. ex fri.
Sig. ex vẽtositate grossa
Differũt surditas pueniens ex neruo & illa q̃ fit in aure
Alcassarira febris & molestia
Sig. ex apate
Sig. ex carne
Sig. ex sordicie

Sig. ex sanguine

& poterit auferri. Signum ex sanguine defluente ad aurem & eam oppilante est quia patet ad oculum quando impletur.

Sig. ex vẽtosita. frigidi. aut siccitate

Signum ex ventositate aut frigiditate aut siccitate auri ab extra contingente est quoniã accidit post viaticũ itineris & post morã cõtracta in locis fortis frigoris & caloris & ventorꝝ fortiũ.

Sig. ex aurẽ igre dientibus

Signum ex hijs que ingrediunt aurem vt aduenit post ingressum balnei & natatũ in aqua & quia sentit aquam ascendentẽ & descendentẽ.

Sig. ex re ptibilibꝰ ingrediẽ tibus

Signum eius ex reptibilibus ibi ingredientibus est, quia sentit motum illorꝝ animaliũ quandoqꝫ & quã doqꝫ quiescit & sentit strepitũ & molestiã & grauitatẽ & aliquando sedatur.

Sig. ex lapillis

Signum ex lapillis vel alterius rei extraneę aurem ingredientis est ex eo quod patiens recitat.

Sig. ex pcussione

Signum ex percussione & concussione nerui vel cerebri est ex hijs que patiens recitat & ad sensum videtur & hoc genus non suscipit curationem & maxime quando inueterata est & ęgritudo perfecta fuerit in neruo.

Sig. ex aliqua mala specie

Signũ ex aliqua mala specie aurem ingrediente est ex eo quod patiens refert & si signa caliditatis sentiunt & dolor est ex calida specie & econuerso.

Sig. ex fumis arsenici & aliorꝝ

Signũ ex fumis arsenici sulphuris & argenti viui & similium est quia facies infirmi fit crocea & augmẽtatur grauitas auditus in processu dierum & possibile est hoc fieri post multos annos sicut vidimus.

Sig. ex sonis forti bus

Signum eius ex sonis fortibus sicut tonitruis & similibus est quoniam accidit subito post ipsos.

Cura surditatis ex hu. cali.

Curatio eius ex humore calido si naturalis est vel inueterata non suscipit curationem vt diximus. Quæ autem fit cum humore calido curatur cum flebotomia cefalicę & cum laxatione naturę ab humoribus, & cũ aliquo laxatiuorũ almacbuac quę propria ad hoc postea abluatur caput cum aqua decoctionis viol. camomillę maluæ seminis lini & similium & inclinet aures super vaporem ipsorꝝ in quibus apponatur de oleis sicut de oleo viol. aut ro. & similibus & instilletur auribus de oleo ro. & aceto equaliter mixtis & coctis vsqꝫ ad aceti consumptionem, & tunc instilletur auribus de ipso dum est calidum & confert ei balneum per viam humectationis.

Cura ex hu. frigi.

Curatio autem eius quæ fit ex humore frigido est quod laxetur cum pillulis cochijs conferentibus ad hoc & faciat gargarismũ cum hijs quæ attrahunt flegma & administretur sternutatorium cum calidis medicinis sicut iam diximus, & regatur exsiccatiuo regimine labore. s. & exercitio & longa itineratione & ingrediatur balneum ieiuno stomacho & diu sudet in ipso & caueat ab omnibus quorum fumus eleuatur ad cerebrũ vt cepis allijs & multa inebrietate vini & aliorum inebriantium, & abluatˀ caput cum aqua decoctionis predictarum herbarum & emplastrentur aures cum camomilla aneto melliloto coctis in aqua, & inclinet aures super vapores ipsorꝝ & instilletur auribus de oleo sambucio bono aromatizato cum musco vel aliquo aliorum oleorum calidorꝝ & ante hoc laxetur natura & sanabitur.

Cura ex grossis vẽtosita tibus

Curatio vero eius quę fit ex grossis ventositatibus est cum euacuatione corporis cum hijs quę iam dicta sunt & instilletur auribus oleum de ruta aut oleum aneti aut oleum castor. & subtilietur cibus infirmi & abstineat a vino.

Cura ex neruorꝝ oppilatione

Quæ vero fit ex oppilatione neruorum que non sanatur est considerandũ si facta est a siccitate & tunc fiat regimen huiꝰ in cibo & medicina & linitione & ingressu balnei & effusione oleorꝝ humidorꝝ super caput frequenter sicut olei sisamini & olei amigd. & lilij & similiũ.

Cura ex oppilatõne ꝓpter humidi.

Quę vͦo fit ex oppilatõe ꝓpter humiditatem curet cũ hijs quę contraria sunt predictis ex siccitate.

Cura ex apẽate cal. cerebri

Quę vero fit ꝓpter apostema calidum cerebri curetur laxatione cum pillulis & yeris, si predictę conditiones consentiunt & instilletur auribus oleum amigd. & alsirag & emplastretur caput cum camomill. & violis decoctis & similibꝰ.

Cura ex cã frigore vel vẽto extrĩseco

Quę vero fit ex causa frigoris vel fortis venti aurem ab extra percutiente curatur per effusionẽ oleorum calidorum super caput & introitum balnei & emplastratione capitis cum hijs quæ ipsum calefaciunt.

Cura ex siccitate aeris aut malignis vapori bus

Quæ vero fit a siccitate aeris extra vel a vaporibus arsenici vel sulphuris & aliarum calidarum specierũ curatur cum instillatione auri de oleo sirag tepido quandoqꝫ de oleo viol. aut oleo amigdal. dul. Et nos quidem iam scripsimus de euaporationibus & medicinis in suo loco de curatione auris quod sufficiens est cũ adiutorio dei.

De dolore auris. Cap. III.

Doloris auris cause multiplices

Dolor auris fit a causa intrinseca aut extrinseca. Intrinseca est duplex, quia vel erit ex neruo veniẽte ad aurem vel ex causa ipsius cerebri & fit sex de causis. Aut enim ex plenitudine multitudinis sanguinis aut ex humore calido, aut ex humore frigido, aut ex ventositate grossa, aut ex pustula vel collectione in aure generata, aut ex defluxu sanguinis ad aurem qui a natura expellitur preter cõcussionem & percussionem vnde oppilantur transitus auditus & resultat dolor, aut sicut cõtingit adolescentibus in ortu dentium.

differt dolor auris ex neruo a dolore ex cerebr

Differentia vero inter illum qui est ex dolore nerui & illũ qui est ex dolore cerebri est, qm̃ quando

causatur ex dolore cerebri dolebit ei facies vel quoddã membrorũ. Quando vero causatur ex dolore nerui fit dolor in ipsa aure. Causa vero extrinseca fit decem modis, quia aut fit ex nimio calore, aut ex cõplexione frigida oppilante aurẽ, aut ex aqua calida in balneo, aut ex aqua frigida dum natat in ipsa, aut ex aliquibus reptilibus ipsam aurẽ ingredientibus, aut ex alia re alia sicut capillo & granis & seminibus aut ex punctione acus vel ligni facientiũ vulnus in loco qui dicit alsomach, aut ex ingressu specierum calidarũ ledentiũ sicut euforbij condisi & baccarũ lauri & similiũ, aut ex percussione vel concussione auri contingente.

Sig. ex sanguine

Signum plenitudinis sanguinis est rubedo faciei grauitas capitis & frontis cum inclinat se & vehementia percussionis & si concordant ad hoc ętas complexio & tempus erit tunc fortius.

Sig. hu. calidi

Signũ humoris calidi est fortis calor & inflãmatio auris & delectatio infirmi in frigore aeris & quando concordant ad hoc ætas cõplexio & tempus erit illud fortius.

Sig. grossę vẽtosi.

Signum grossę ventositatis est attractio vel extensio & sonitus multus in aure cum leuitate capitis.

sig. pustule vel apostematis
Aldemal
Almelac

Signũ pustulę vel apostematis ꝙ dicitur aldemal est fortis dolor qui dicitur almelac, & est fortissimus omnium dolorũ auris & magis periculosus cum dolore totius frontis & capitis & febris.

sig. oppilatiõis ex sanguine in aure

Signa oppilationis ex sanguine congregato in aure sunt grauitas auditus & leuitas doloris & ꝙ statuas infirmũ ad solem quousq; cadat in eum visus oculi.

sig. ex ortu dẽtiũ

Signa causę ortus dentium in pueris sunt ex eo ꝙ eorũ ortus manifestatur & qa superuenit eis fluxus ventris.

sig. frigoris vel vaporis

Signa vero frigoris vel caloris & vaporũ offendentiũ aurem ab extra sunt ex eis quę infirmus refert, & quia post itinerationẽ accidit.

sig. ingressus aq. calide

Signa ex aqua calida ingrediente aurem est quia ingressus fuit balneum & quia sentit aquã.

sig. ingressus aq. frigide

Signum ex aqua frigida est quia natauit in ipsa & sentit aquam cum mouetur caput.

sig. aialiũ ingrediẽtium

Signũ animaliũ ingredientiũ aurem est quia quandoq; mouentur & quandoq; non & est cum sonitu & dolore cum mouetur illud animal.

sig. ex lapillo vel aliqua aliare extranea

Signũ ex causa eius quæ ingrediuntur aurem vt lapilli, aut alicuius alterius rei extraneę est ex eo quod ad sensum & oculum apparet ex hijs quę recitat infirmus.

si. calidę vel frigi. medicinę

Signum causę alicuius calidę vel frigidę medicinæ est ex eo ꝙ infirmus refert se sentire calorẽ vel frigus & sentit frigus cum grauitate motus nec sentit dolorẽ.

sig. ex pcussione

Signum ex percussiõe vel cõcussione est ex eo qđ oculate apparet & sensu capitur.

Cura ex sanguine

Curatio eius quando fuerit ex causa sanguinis est ꝙ flebotometur vena cefalica & restringatur eius dieta & maxime a carnibus & penitus abstineat a vino & instilletur auri oleum & laxetur corpus cum aqua fructuum.

Cura ex hu. cali.

Quando vero fit ex humore calido, laxetur corpus cum hijs quę laxant coleram rub. sicut sunt laxatiua quę dicuntur almatbuac & albachag & instilletur auri albumen ouorũ subtile cum lacte mulieris & pinguedine gallinę, & ex hijs quę conferunt dolori auris forti est ꝙ instilletur in ipsa de sanguine columbarũ calido cum iugulantur.

Curę ex hu. fri.

Quando vero fit ex humore frigido laxetur corpus cum pillulis cochijs & yera & subtilietur dieta & instilletur auri oleũ de costo aut oleum spicę & de alijs oleis consimilibus & emplastretur auris cum furfure calido.

Cura ex grossa vẽtositate

Quando aũt fit ex ventositate grossa fiat primo euacuatio & mundificet caput & instilletur auri oleum de ruta aut oleum de castore. & eufor. & emplastretur auris cum mentastro aneto & camomilla coctis & calidis.

Cura ex ortu dentiũ i pueris

Curatio vero eius in pueris est quod vngant dentes eorum cum butiro eorum ortus acceleretur & instilletur auri de pinguedine gallinę & lacte mulieris & sanguine columbarũ & similiũ. Quando vero fit ex frigore vel calore vel vento vt dictum est infrigidetur calor & calefiat frigus cũ emplastro vel linitione. Quãdo vero fit cũ medicina calida vel frigida, curetur quilibet eorũ cum suo contrario vt in precedentibus dictum est. Quando vero fuerit ex percussione vel cõcussione teratur & distemperetur olibanũ cũ lacte mulierum & auri instilletur.

De sonitu & tonitruo aurium sequitur. Cap. IIII.

Sonitus auriũ ex mltis fit causis

Sequitur de pruritu. Cap. VI.

Pruritus accidit ex flegmate salso. Et cura eius est mundificare caput cū laxatiuo φ dicit alcastag. Postea vero abluat oculus cū aqua tepida sepe vel cū aqua decoctiōis fœnugreci & melliloti, aut ordei excorticati, & si p hoc non cessat accipiat endiuia & pistetur cum oleo viol. & emplastret cū ea oculus tota nocte, & si hoc non sufficit instillet oculo de aqua ros. in qua infusum sit sumac & emplastretur oculus cū lentib⁹ excorticatis & sumac cū ros. & similibus, & si nō hec sufficeret administrent gn̄a alcohol & colíria que determinauimus, & si hoc non sufficit flebotoment venę frontis & pluries laxet natura & assidue ingrediatur balneū aquę dulcis.

prurit⁹ cā & cura Alcastag

De inflatione. Cap. VII.

Inflationis quatuor sunt species. Quarum vna gn̄at ex ventositate flegmatica. Scd'a ex humore aquoso. Tertia ex hūore grosso de gn̄e colere nig. Quarta vero oīm durissima est & sine dolore. Signa prime est qa subito accidit in maiori extremitate oculi sicut illa que accidit ex punctura vesparꝝ apiū & similium. Signū scd'e est qa color eius albior est φ prime & supfluitates in eo plures & maior frigiditas & qn̄ cū digito imprimit remanet vestigium per horā. Signū tertie est qa cū imprimitur cū digito non diu remanebit eius vestigium qa locus valde repletus est & non est cū ea dolor corpis, & color eius non dissimilat colori corpis. Signū quarte est qa cōprehendit palpebras & totū oculū & possibile est φ ꝑducatur vsq̧ ad sup cilia & eminentiā faciei, & hec quidem dura est & sine dolore & color eius liuid⁹ & in pluribus accidit in egritudine algadri & egritudine alrand antiqua & precipue mulieribus. Curatio oīm specierꝝ φ euacuet corpus a flegmate cū pillulis cochijs & yeris & emplastret oculus cū emplastro de farina cū mentastro aut ysopo aut menta coctis sup ignē, aut emplastret cū farina fœnugreci mixta cū secaniabin de seminibus vel emplastret cū aloe mirra & olibano per se vel cōpositis tritis, aut distemperatis cū vino & instillet oculo colíriū φ dicit sief de spica vel colírizet cū albasilicon & supponant ei pecie panni infuse in aqua decoctionis melliloti camomille & mentastri & similium donec sanetur.

Inflatiōis quatuor sunt spēs

Sig. prię

Sig. scd'e

Si. tertię

Si. quartę

Curaoīm specierū

De duritie. Cap. VIII.

Durities accidit oculis simul cū palpebris vn̄ fit eorꝝ aptio difficilis & grauis & accidit in ipsis dolor cū rubedine & vt plurimū accidit hoc in hora excitationis a somno & possibile est ipsam confirmari donec exsiccat forti exsiccatiōe & non confirmant palpebre ꝑpter sui duritiē & non cōgregat in oculo humor q̄ dicit alrand & parū durus & pluries accidit senib⁹. Curatio eius est φ euacuet colera nigra & regat cū cibis humidis & supponant loco petie panni infuse in aqua decoctionis ordei excorticati, aut fœnugreci

Duricici modus

Cura duricici

pluries loti & inclinet oculū sup vaporē ipsius vel supponat oculo in hora dormitionis ouū conquassatū cū oleo rosa. & pinguedine anatū & gallinarū liquefacta, & sup effundat capiti multū de oleo humido quousqꝫ sanetur.

De apate qđ dicit aldubayla. Cap. IX.

Dubayla generatio Mulchā Signum dubayla Cura ei⁹

DVbayla est apostema ꝙ generat ex albo oculo ꝙ appellat mulchā & est de specie aluadca, & qñ congregat in eo humor putridus appellat dubayla. Signū ipsius est eius apertio & exitus putredinis. Et curatio eius est cū vniuersali medicina oīm apostematum & collectionum.

De hijs q̄ cadunt in oculū sequit. Ca. X.

Cadētia in oculos Sig. hui⁹ Alcalac Cura ei⁹

QVæ cadūt in oculū sunt sicut pili aut arena aut puluis aut palea & similia. Et signū huius est ꝙ patiēs recitat & vehemens molestia q̄ dicit alcalac, & agitatione rei existentis in oculo. Et modus curationis eius ꝙ accipiat de semine lini trito aliquantulū & imponat oculo & moueat oculus donec adhereat ei illud ꝙ molestat oculum vel aperiat oculus & applicet ei frustrū rathinag (rathinag) & exibit cū eo & si cū hijs non exierit caue agitare oculū vt eū turbaret dolore sed impleatur albumine oui & caueat ipsum ab agitatiōe vsqꝫ in crastinū. Postea vero visitet & reuoluatur oculus qa impossibile est cū hoc non exire. Si vero causa huius post hoc generaret apostema aut rand curet curatione alrand videlicet in sui principio cū flebotomia & potu laxatiui & alijs quousqꝫ sanetur.

Sectio tertia diuiditur in. xiiij. capitula.

De egritudinib⁹ tunice cornee. Ca. I.

DE egritudinib⁹ tunice cornee & sunt xiij. egritudines s. de pustulis & maculis albis & ampullis de albedine & alcamanna de alsaclac de dubayla de alsartac de cancro & alhafar de diuersitate coloris de spasmo cornee de grossicie cornee & de læsione que contingit ab alijs.

De pustulis. Cap. II.

Pustulæ tunice cornee diuiduntur in duos modos

PVstule tunicæ cornee diuidunt in duos modos qa aut generant pustule in supficie extrinseca aut in pfundo eius, quæ aūt fuerit in supficie fit quatuor specierū. Signum aūt cōmune oīm est ꝙ inuerset oculus & videat qm̄ si in loco nigredinis inceperit albedo scias illud esse principiū pustularū corneæ.

Sig. cōe oīm & aliorū generum

Signū primi generis est qa pustule apparentes in supficie cornee similant in earū colore colori fumi & cōprehendūt magnū locū de nigredine. Signū scđi est qa sunt albiores & minores & profundiores primis & similant in suo colore nubibus. Signū tertij est qa fiunt sup coronam oculi & occupant de albedine oculi partē paruā & propter hoc fiunt duplicis coloris nā pustule partis cornee sunt albe partes vero albedinis oculi declinant ad rubedinē. Signū vero quarti generis est qm̄ vident i cornea quasi habentes parua foramina, & sunt aut manifeste aut profunde. Signū primi generis earū est qa sunt pustule pfunde & munde. Signū secundi est qa primis ampliores sunt & minus profunde. Signū tertij est qa sunt pustule putride ampullose ampullis subtilibus, & qñ diu pmanēt & augmentat dolor fluit ab eis liquor oculi & hoc genus appellat aldubayla. Omnia vero genera pustularū cōmuniter sunt cū forti dolore mordicatiōe & pcussione & multo fluxu lacrimarū, gñant aūt vel ex passione alrand calida, aut ex effusione humorū q̄s natura expellit ad oculū, & hec qdem pustularū genera tria sunt qñ sanant & consolidant resultat ex illis albedo. Curatio pustularū vniuersaliter est apud principiū generatōis earū cū flebotomia vene cefalice si non est aliqd prohibens & educatur de sanguine quantū est possibile & postea apponantur ventose sup timpora ad diuertendum materiā. Deinde laxet natura a colera ru. cum decoctione mirabolanorum aut cum aqua decoctionis fructuū & subtiliet dieta eius & abstineat totaliter a vino & melle & ab omi acuto vt allijs cepis sinapi pipere & similibus, & vtet oleribus frigidis & potu aque frigide & secaniabin & rebus acetosis, postea vero sit totum studiū circa ingeniationē sedandi dolorē, nam pustula crescit cū ipso dolore donec corrumpit oculum. Postea vero instillet oculo de lacte mulieris per se vel cū colirio albo & humido per tres dies, & si non cessauerit dolor scias tunc esse impossibile euadere sine congregatione apostematis, tunc ergo instillet oculo ꝙ maturat pustulā sicut lac mulierū cōquassatum cū muscilagine fœnugreci loti vel muscilagine almar, aut muscilagine semīs lini, & si hoc non sufficit ponat in eo de medicinis fortis resolutionis sicut succus feniculi & asa fetida & similia, vel dissoluat de collirio quod dicitur sief thurinū cum vitello oui & lacte mulieris & distilletur in oculo. Deinde voluatur sudario & mane aut velati tota nocte, & abstineat a multitudine sermonū & vociferationib⁹, & caueat ab omni re sternutatiua penitus & ab omni constipatione nature vsqꝫ ad mane & cessabit dolor & apparebit putredo super sudario, & aperiatur oculus suauiter & instilletur ei qđ ipsum abstergat a sui sorditie. s. zuccarum te-

Cura pustularum cornee vñiter

solutum in aqua aut mel. Deinde curetur cum colirio quod dicitur sief alabar vel alijs colliriis ei similibus ad hæc conferentibus.

De pustulis humidis. Cap. III.

Pustularum humid. i. albothor gñatio
Tunica cornea ex quatuor cõficitur tunicis

PVstule humide que vocant albothor generant ex humore q similis est putredini que coadunatur intra tunicã corneam. Tunica enim cornea composita est ex quatuor tunicis quarum quedã sunt superiores quibusdam. Pustularum vero alie sunt albe alie vero nigre, & alie cum forti dolore, alie vero cũ lento & ipsarum alie sunt curabiles alie vero incurabiles, & quandoq; sunt multe quãdoq; pauce quandoq; grosse quandoq; subtiles & aut calide & salse aut dulces seu insipide & quandoq; fiũt super tunica cornea exterius aut sub prima tunica aut secunda aut tertia aut quarta. Signũ earum que sunt sub prima quoniã vident nigre & clare. Quando vero fiunt sub alijs tunicis est color earum medius. Signũ earum que fiunt ex humore acuto quia dolor est fortior & nocumentũ maius facilis vero curationis sunt ille que apparent supra corneã. Post has vero que fiunt sub intrinseca tunica & que fiunt in situ pupille. Nam q est in circuitu illius loci de continentia cornee resecabit & non est securitas quando non resecetur residuũ. Ex quo sequitur exitus tunice vuee & fluunt in pupilla oculi & cum curate fuerint priuabit post illud visus. Curatio pustularum humidarum vniuersaliter est cum flebotomia vene manus & euacuatione totius corporis & parcitate cibi & repletiõis. Postea vero instillet oculo aut emplastretur cum hijs que resoluũt temperate sed q prediximus in curatione apostematũ equaliter.

Sig. pust. sub prima tunica
Sig. ex humore acuto
Cura pustularum humidarum

De maculis albis que dicuntur alacar. Cap. IIII.

Alacar seu albuminis gñatio
Sig. albuminis
Cura macularũ tenuis albedinis

MAcula est albedo que generat ex cõsolidatione pustularum que generant in cornea tunica & appellatur nubis & quando est grossa in fundo cornee appellat albumen. Signũ tenuitatis albuminis est, quia non multum impedit visum. Signum profunde grossitiei est quia priuat visum. Cuius curatio facilis est in pueris. Quando vero generat in viris nunq; sanatur. Curatio macularum tenuis albedinis est quod inclinet faciẽ eius super vaporem aque calide donec facies rubeat, aut ingrediatur balneũ. Postea vero colirizetur oculus cũ succo facit alnahaman aut succo centauree subtilis cum melle pluries in die & cum hoc erit curatus. Curatio macularum grossarum est q administretur aqua calida & balneum vt diximus, & postea colirizetur cum memiten aut alueg aut centaurea aut spuma maris vel baurac & similibus, vel cum aliquo coliriorum descriptorum in suo loco, & si hoc non sufficit tingat macula cũ cohol & est q accipiat gallarum & acacie añ pars. i. calcanti ps. ʒ. teratur subtilissime & cribellet & oculo administretur.

Cura macularum grossarũ

De albedine que gñat in oculo. Cap. V.

Cause albedinis gñatæ in oculo visum impedietis

CAuse albedinis generate ĩ oculo visum impedientis vniuersaliter sũt intrinseca & extrinseca. Intrinseca est ex cõsolidatione & sanatione pustularum cornee & pustularum humidarum & alcanna & passione algadri & alsehoma que accidunt in oculis puerorum & possibile est etiam accidere in oculis virorum & albedinis apparẽtis ex alteratione humoris cristallini & albedinis aque diuidentis inter tunicã vueam & cristallinã. Extrinseca vero est aut ex punctione vel concussione vel percussione oculo accidẽte, aut ex acuta medicina vel palea vel lapillo vel pilo & similibus que cadũt in oculum. Hæc quidem sunt cause generationis albedinis oculi & nos iam prediximus curationem macularum ex causa apostematũ. Albedo aũt que generatur ex causa algadri quã diu est subtilis & noua curatur curatione macularum sed alsaumia que generatur in oculis puerorum recedit cum assiduatione instillationis lactis tantum in oculo vel cum sarcocolla cum lacte, albedo vero cristalline non curatur in perpetuum, sed curatio aque est sicut in suo loco dicetur. Albedo vero que fit a causa extrinseca curatur curatione eorum que diximus.

Cura

De alcanna. Cap. VI.

alcannæ causæ
Cura alcannæ

ALcanna est humor putridus generat[9] post corneã qui apparet in oculo tribus de causis. Aut enim ex vulnere aut ex forti dolore aut ex forti rauid, fit aũt duobus modis quia aut occupabit multum de loco donec operiat oculũ. Curatio vero eius est cũ flebotomia apud principiũ & euacuatione cũ hijs que caput mundificãt. Postea vero versetur studium circa resolutionẽ humoris & hoc instillando in eis de mirra trita cum melle de colirio thurino, & si hoc non sufficit emplastretur oculus cum melliloto fœnugreco & semine lini & instilletur oculo de horum muscillagine donec humor digeratur & aperiatur locus & egrediatur humor. Deinde vero regatur cu

ratione apostematum donec sanetur, & si hoc non sufficit fiat secundũ quod dicturi sumus in operatione manuali.

De alsalac. Cap. VII.

Alsalac fit multis de causis

ALsalac accidit multis de causis q̄ omnes sunt extrinsecę, quia aut ex ferro vel arundine, vel ligno, vel ex acutarũ medicinarũ mordicatione & similibus & accidit in tunica cornea excoriatio quę dicitur alsalac. Et curatio eius est cum flebotomia venæ manus & cum hijs quę sedant dolorē & est vt distilletur in ipso de vitello oui crudo mixto cũ aqua ros. donec dolor sedetur. Deinde curetur curatione apostematum.

Cura

De aldubayla. Cap. VIII.

Aldubayla

ALdubayla est vnum de generibus apostematũ ꝙ generatur in cornea tunica ꝙ cum inueteratur fluit ex eo liquor per oculum. Et eius curatio est sicut curatio apostematum equaliter.

Cura

De alsarchay. i. cancro. Cap. IX.

alsarchay Cancer

DIfferentia inter eum qui generatur in oculo & eum qui generat̄ in corpore est quoniã quando generatur in oculo sequitur eum dolor fortis offendens & extensio venarꝫ dolor capitis & fluxus lacrimarum cum acuitate atq; subtilitate & corruptio cibi appetitus & non tolerat calidũ cohol sed infert ei fortem dolorē, aut minime cum eo percipiet iuuamentũ & nunquã sanatur. Veruntamen apud eius principiũ curatur cum potu lactis asinę & capre & laxatione corporis cũ leuibus medicinis & vtatur cibis & potibus generãtibus equalē humorē & bonum & administretur oculo vitellũ oui cum modico croco, hoc enim sedabit dolorē cum voluntate dei.

Cura

De alhafar. Cap. X.

Alhafar

ALhafar est corrosio contingens oculo & possibile est extendi corrosionē & peruenire ad primam ad secundam ad tertiam tunicam. Et curatio eius vniuersalis sicut curatio apostematum.

Cura

De diuersitate corneę coloris. Cap. XI.

Coloris corneæ diuersificatio

COlor corneę diuersificat̄ quãdo trãsmutatur eius color ad cœlestē aut ad colorē qui dicitur sahasa aut de nigredine vel reliquos colores absq; passione contingente in oculo, & hoc vel mutatur eius color propter nocumentũ tangens ipsum oculum, aut mutatur eius color absq; passione & fit ex causa humoris cristallini, quoniam si est profundus & spiritus visiuus est tenebrosus & obscurus absq; claritate erit color corneę niger & si non fuerit sic humor cristallinus erit oculus citrinus aut viridis & secundũ sui profunditatem resultabunt alij colores mediantibus causis hũoris cristallini in claritate & grossitie spiritus & eius subtilitate. Mutatio vero coloris eius a nocumento ei contingente ab extra vt abitentia, quoniam cum accidit in oculo videt omnes res esse rubeas. Et curatio eius est per remotionem causę ipsum facientis. Modus alcohol ad denigrandũ oculum cœlestis coloris accipiatur de succo alhasit & gall. tritis & oleo nucleorũ oliuarum in sua arbore denigratarũ & oleo si rag facto a sua cortice de quolibet partes equales terantur species & coquantur lento igne & misceatur cum eis coruus niger postea exponatur hoc ad solem vno mense, postmodum vero colirizetur cum eo oculus, quoniã denigrabit colorem ipsius, alius modus ad hoc accipiatur de floribus allerag & exsiccetur ad vmbram & cum fuerit siccum coquatur cũ aqua quousq; aqua inspissetur, & fiat ad modum mellis & collirizetur cum eo.

Cura

Alhasit

Allerag

De spasmatione corneę. Cap. XII.

Spasmatio corneę duab. fit de causis

SPasmatio corneę fit duabus ex causis, aut enim ex defectu humoris albuginei aut ex acutis medicinis. Et signũ huius est debilitas visus & manifestatio spasmi. Et curatio eius est cum regimine ciboꝝ humidoꝝ & instillare oculo liquorē genitum quod dicitur andachalachra & lac mulieris & vsus balnei & abstinere ab omni re acuta & exsiccatiua.

Signa

Cura

Andachalachra

De grossicie corneę eiusq; duritie. Ca. XIII.

Corneæ grossicies duobus existit modis

GRossicies corneę & eius durities fiũt duabus de causis quia vel fiunt ex frigiditate complexionis interiorũ corporis aut ex nimio vsu rerum frigidarũ in potentia sicut opij & succi iusquiami & mandragorę & similium. Signum debilitatis huiusmodi visus a suo modo naturali. Et curatio eius est ꝙ abstineat a cibis generantibus humorem grossum & abluatur primo oculus cum aqua tepida & instilletur ei liquor gallinarum qui dicitur audag aldegag aut butirũ cum quo bullierit vinum odoriferum. Postea vero colirizetur cum colirio quod dicitur albasilicon.

Signũ debilitatis

Cura

Audag Aldegag

De lesione contingente corneę ab eius tunica sequitur. Cap. XIIII.

Lesio corneæ contingēs ab ei⁹ tunica

Laesio contingens corneę ab eius tunica fit vel ex causa albedinis oculi quę dicitur maldhaham quę in prima tunica in qua fit vngula quę dicitur alcafra & cooperit oculum, ita quod transgreditur corneam & generatur in eum magnum apostema, vel ex causa palpebrarum cum in eis generatur magnū apostema cooperiens oculum. Et curatio sua est sicut curatio vulnerū accidentiū ex incisione vngulę quousq; sanetur. Curatio vero eius per remotionē apostematis palpebrarū est cum emplastro caloc aut cum vngento donec sanetur.

Cura

Sectio quarta. xvi. continet capitula.

De passione vueę. Cap. I.

Albanabia

Passiones tunicę vueę quę dicuntur alhanabia sunt exitus dilatio strictio declinatio & aqua in ea generata.

De exitu vueę. Cap. II.

Exit⁹ tunicæ oc[u]li quatuor fit modis

Exitus tunicę vueę fit quatuor modis. Primus modus est quando eius exitus est paruus & dicitur caput vespę & extimabit videns illud esse bothra non distinguēs inter illa. Secundus est magnus & appellatur tunc alhamba. Tertius est valde excedens ita quod destruit palpebras & appellatur tunc alantziazar. Quartus autem est exitus antiquus adherens secum in loco corneę & appellatur cañ claui & arabice res almasmer. Differentia inter paruum exitum vueę & alnathra est quoniā color alnathre est semper albus, sed exitus vueę semper manet in suo colore naturali. Nam si fuerit nigra erit eius exitus niger, & si cœlestei similiter & sic de reliquis coloribus comuniter tamen est nigra; est & alia differentia quoniā si videtur pupilla minorata & eius rotunditas distorta scias illum exitum esse vueę, si vero nihil ex hoc apparet sciendū est esse de alnathra. Curatio v͛o sui exitus est apud principiū cum flebotomia, postea vero instilletur oculo de succo endiuię aut succo plantaginis aut aqua decoctionis mirrę vel aqua decoctionis capitū ros. aut aqua frigida salsa vel aq decoctionis sumac vel in aqua in qua dissolutum sit dragagantum vel gumi arab. de quocū q; ipsorum inuenerit stipticam, deinde stringatur cum sudario infuso in aceto aut in aqua ros. et ligetur desuper cum corio & post ligationē dimittatur oculus ligatus tribus diebus & custodiatur infirmus a motu sermone vociferatiōe & cibi repletione & ab omnibus quę replent venas & sit eius studiū lenire naturam vt non sit stiptica. Hæc enim medicina iuuat quando non est in oculo alia ęgritudo de additione carnis vel duritie vel alia ęgritudo, & redibit eius exitus ad suum locum. Si vero de hijs quæ dicta sunt redierit, tunc requiritur manualis operatio vt in suo loco determinatur.

Differt pu⁹ exit⁹ vueę ab alnathra

Alia differentia

Cura exitus vueę

De exitu totius vniuersaliter. Ca. III.

Ca exit⁹ oculi totaliter

Causa exitus oculi totaliter a modo ęqualitatis est aut intrinseca aut extrinseca, intrinseca fit multis de causis, quia aut ex forti dolore capitis, aut forti vomitu aut retentione aut ex causa partus mulierū & exitus qui supuenit leprosis & ex debilitate virtutis cōtentiuę oculi. Causa extrinseca est a prefocatione vel percussione. Signū debilitatis virtutis nerui quia dolor lentus est aut quia oculus sanus exiterit. Et curatio eius cum fuerit a dolore capitis cum flebotomia & decenti curatione dolore capitisq;. Quando vero fit ex debilitate virtutis nerui euacuetur corpus cum yeris magnis et administrentur sternutatoria & similia, & ingrediatur balneum & fiat residuū ordinis curationis predicti.

Signum

Cura

De dilatatione sequitur. Cap. IIII.

alātiazar

Exitus alantiazar est dilatatio foraminis nigredinis oculi aut occupabit ipsam albedo vndiq; & accedet ad eam, & est aut naturalis aut accidētalis & omnes sunt pessime. Fit quoq; aut ex multitudine humoris albuginosi, aut ex siccitate tunicę vueę. Differentia vero inter naturalem & accidentalē est quoniam naturalis est vel a die suę originis, ita vt nascitur ei causa extrinseca vel intrinseca & possibile est nihil videre cum eo & quod videt videt debiliter. Accidentalis fit ex forti dolore capitis vel ex percussione capiti contingente, & de proprietate quidem huius ęgritudinis & eius signum est, quoniam videntur res minoris corporis quam vere existant, & quia videt debili visione & possibile est nihil videre & omnes sunt incurabiles, nisi fuerit ęgritudo parua absq; dolore oculi & absq; forti dolore capitis & percussione & absq; alia ęgritudine existente in oculo. Et curatio eius apud sui principium cum flebotomia si sanguis abundat vel pillularum cochiarum aut yerarum magnarū. Postea vero effundatur aq marina sup faciē & oculos, aut aqua tēperata cū aceto & sale & apponantur ventosę super foramen posterioris capitis ad attrahendum humorem & colirizetur

Differūt naturalis & accidētalis

Cura

oculus cum aliquo fellium coniunctim aut diuisim, & si hoc non sufficit flebotomentur venæ timporum antequam egritudo perueniat ad statum sue perfectionis. Nam post eius confirmationem non suscipit curationem. Quando vero accidit ex percussione emplastretur desuper a farina fabarum distemperata cum aqua ros. vel altea aut cum farina ordei distemperata cum succo endiuie & fiat flebotomia si timetur de apate

De strictura que dicitur alac. Cap. V.

Modus stricturæ foraminis visiui differentia accidentalis & naturalis

HAec egritudo est strictura foraminis visiui a sui modo naturali, & est ista strictura aut naturalis a die sue originis aut accidentalis & tunc est ex defectu tunice albuginee aut ex humore vuee. Differentia inter naturalem & accidentalem est quoniam naturalis est bona quia bene videt prope & procul in accidentali vero non videt nisi debiliter impossibile est nihil videre. Signum huius egritudinis & eius proprium est quia videntur sibi res maiores quam vere existant, hec autem passio si inueterata fuerit nunquam sanabitur. Sed curatio eius apud sui inchoationem est quod super effundatur cottidie aqua tepida capiti & olea humida tepida sicut oleum sirag ordei & pulli gallinacei & columbi in aqua elixati, & caueat ab omni cibo sicco & instilletur oleo de liquore galline in quo coquatur de semine fœniculi donec sanetur cum dei auxilio,

Signum

Cura

De declinatione. Cap. VI.

Modus declinationis tunice vuee

Signum

Cura

DEclinatio tunice vuee fit a dextris aut a sinistris, & ad omnem non multum offendes visum. Et signum est quia videntur sibi res torte. Et curatio eius si fuerit ex causa complexionis humide est cum rebus exsiccatiuis & eius que est a malitia complexionis sicce cum rebus humectatiuis vt oleis & medicina & cibis sicut diximus.

De aqua generata in ipsa. Cap. VII.

Aq passio duab⁹ fit de causis

PAssio aquæ est humiditas grossa similis humiditati humani seminis generata inter tunicam cristallinam & vueam & stat suspensa in suo loco obturans foramen visiuum & prohibens transitum luminis visus ab extra fit autem duabus de causis intrinseca vel extrinseca & est duobus modis, aut quia ei iuuamentum operatio acus que dicitur alcadah aut non confert iuuamentum, & est aut recens aut antiqua. Cuius vero causa est extrinseca fit ex percussione contingente capiti vel casu & similibus, cuius autem causa est intrinseca est vel ex fumo humido in tunica vuea congregata, vel ex fumo sicco vel ex dolore ipsius cerebri ex malitia eius complexionis. Signum precedentis fluxus oculi est quia videntur ante oculum infirmi res sicut musce & pili pulices & palee, aut ad modum catenarum vel minutarum figurarum & circuli ascendentes & descendentes quando mouetur oculus & apparent multorum colorum aut vnius coloris declinantis ad citrinitatem vel nigredinem vel albedinem totum hoc secundum humorem ex quo resoluitur fumus, & secundum sui essentiam in quantitate & qualitate & contingit quibusdam videre lumina per eos transeuntia ad modum coruscationis & generantur in oculo fantasie preter hec quemadmodum apparent in acutis egritudinibus & egritudine apostematis quod dicitur birsen fantasmata non vera veruntamen non ascendunt oculum aut causantur huiusmodi fantasmata ex ipso sanguine aut ex eo quod ex stomacho eleuatur. Differentia vero inter fantasmata ex causa doloris cerebri, & ea que sunt ex causa stomachi. v. signis notescunt. Quorum vnum est quod accidit oculo vniuersaliter. Secundum est quod accidit egro post tres aut quatuor menses a tempore quo incepant apparere fantasmata vt cum respicis pupillam oculi non inuenitur alteratio in sui compositione & dispositione erit hoc ex causa stomachi. Quartum est quia accidit ei illud preter sumptionem ciborum bone digestionis Quintum est quia si egritudo augetur & diminuitur omnia hec sunt signa accidentium cause stomaci & adhuc est aliud signum vt sumat patiens vnam potionem de yera pigra, propter quod si per hoc cessauerit est a causa stomachi. Si vero per illud non cessat scias illud esse a causa cerebri, colores autem aque plures sunt quia est aliqua cuius color est celestis, aliqua vero cuius color est viridis & ad modum calcis & ad modum gelu & vehementis siccitatis & rubedinis & nigredinis & albedinis, & ad modum argenti viui in sui claritate & ad modum celi & ad modum vitri & quedam que est tenuis & quedam grossa & quedam similis alcanna Differentia vero inter egritudinem aque & egritudinem alcaninam est quoniam aqua cum descendit de acu ascendit supius, alcanina vero cum descendit inferius nunquam ascendit propter sui grossitiem. Signum passionis aque in qua valet artificium acus & illa in qua non valet est quod constringatur alter oculus cum sudario diligenti constrictione, & deinde moueatur oculus patiens & arrodas cum tuo digito cum fuerit aptum & inspicias ipsum diligenter quando si videris pupillam dilatantem se & videris aquam diffundentem se & redeuntem scias eam posse cum acu deleri. Si vero diffunditur pupilla videris aquam coagulatam & immobilem scias egritudinem esse in neruo & aquam esse malam cui minime valebit acus artificium. Si vero oculus sanus fuerit ab aliis egritudinib⁹ & fortis in suo esse existit & prepedit infirmus cum effundatur aqua inter

Signum

Differentia phantasmata cerebri a stoma. puenien.

differentia iter aquam & alcaninam

Signum

Alcadah

lumen solis & lumen candelę scias hanc posse iuuare operationē acus quæ dicitur alcadah. Species vero aquæ in quibus non valet operatio ac⁹ sunt quę similis est aquę cicerū & aquę nigrę congelatę & siccę sitę & alhaubecar & quæ similis est nitro est grossā & dura & tenuis & liquosa, & quę causatur ex percussione vel casu vel illa de qua nihil percipiunt de lumine solis vel candelę & illoꝝ quoꝝ oculi naturaliter seu accidentaliter existant debiles & illorum in quibus persistit alia egritudo pręter aquā sicut multitudo lacrimaꝝ & grauitas motus & excedens paruitas.

Cura aq̄

Curatio aquę in sui inchoatione est incipere a mundificatione capitis & corporis cū pillulis cochijs & yeris magnis aut cū pillulis de aloe. Deinde fiat gargarismus cū hijs quę deponunt flegma, & caueat a ventosarum appositione & a flebotomia & vino & a grossis cibis & pręcipue a piscib⁹ quoniā generant humorē frigidū & crudum & ingrediatur balneū ieiuno stomacho & colirizetur a fellibus auiūrapaciū. Et ego quidem iam vidi quendā qui ex vsu eorū sanatus est, & vigoratus est eius visus. Et confert apud sui principiū colirizatio cum oleo balsamo & oleo laterū & confert ei serapinū piper & aluasc & alueig & similia quę suo loco dicūtur.

Aluasc
Alueig

Qđ si egritudo confirmata fuerit & ad sui statum peruenerit non potest curari absq; artificio ac⁹ quemadmodū in suo loco de operatione manuali dicitur.

De ęgritudinibus hūoris albuginei. Ca. VIII.

morbi humoris albuginei sunt septē

De egritudinibus humoris albuginei & sunt. vij. s. exsiccatio eius totius exsiccatio partis eius, alteratio coloris, magnificatio, minoratio, humiditas & grossitudo.

Sig. exiccationis totius

Signū exsiccationis humoris albuginei p totum est quia minoratur oculus vt nihil vnq; valeat videre.

Sig. exiccationis ptis eius

Signum exsiccationis partis eius in vno loco est, quia videt infirmo quasi ipse respiceret per vnam fenestram.

Sig. exiccationis diuersoꝝ locorum

Signū exsiccationis diuersoꝝ locoꝝ eius est qm̄ vident sibi omnia quę videt quasi respiceret per multas fenestras.

Sig. alterationis coloris totius

Signū alterationis coloris est qm̄ si declinat ad albedinē videbuntur sibi corpa quasi essent intra nubes aut fumum. Si vero color declinat ad nigredinē vel alios colores videbunt̄ ei corpora quasi nigra.

sig. alterationis q̄rūdā partium

Signū alterationis coloris quarundā partium est, quia videntur sibi corpora diuersoꝝ coloꝝ.

sig. magnificat.

Signum magnificationis quando est modica est quoniā videt res propinquas & non videt remotas nec eas perfecto modo percipit, & si fuerit in fine grossitudinis nunq; videt aliqd.

sig. minorationis

Signum minorationis est quia videt debili modo, aut nihil videt.

sig. humi.

Signum humiditatis est quoniā vides oculum multę hūiditatis & deficientē visu.

Cura ex siccitate

Curatio eius a causa siccitatis quādo siccitas paulatim incipit quod curetur cum omni re humectatiua cibo. s. & medicina & vaporatione.

Cura ex alteratōe coloris

Curatio vero eius ex alteratione coloris est cum potu laxatiui quod dicitur cochia & mundificare stomachum & caput.

Cura ex magnificatione

Curatio eius ex magnificatiōe est purgare caput cum yeris pigris & acutis alcohol.

Cura ab humidi.

Curatio vero eius ab humiditate est cū rebus exsiccatiuis. s. cibis & medicinis & alcohol.

Cura a minorat.

Curatio vero eius a minoratione est difficilis si est inueterata sed in sui principio curetur cum hijs quę humectant cibo & medicina.

De ęgritudinibus tunicę cristallinę. Ca. IX.

Tunicæ cristalli. sunt morbi. xx.

De egritudinibus tunicę cristallinę & sunt. xx. egritudines, calor frigus siccitas humiditas caliditas cum siccitate et frigiditas cum humiditate, alteratio ad nigredinem & alteratio ad albedinē, alteratio ad rubedinem & alteratio ad citrinitatē profundatio magnitudo & paruitas & omnia hæc accidunt ex alteratione coloris qui contingit in tunica cristallina & non multum offendūt visum donec magnificetur alteratio & comprehendit totum oculum, vel quod sit in aliqua tunicarum alia egritudo.

Signa

Nam si abundat humiditas agrauabit motum oculi. Si vero abundat siccitas non perficitur in ipso visus. Si vero transmutatur color ad albedinē omnia videbuntur ei alba & sic de singulis coloribus. Et quando minorantur videntur sibi omnia maiora quā sint sed cum magnificata fuerit, obscuratur visus & videntur sibi res minores quam sint, & cū profundatur diminuit̄ visus secundū profundationem.

Cura vniuersalis

Curatio autem omniū hoꝝ accidētium est emundare quodlibet cū suo contrario. i. caliditatē cum frigiditate & frigiditatem cū caliditate & sic de reliquis. Et stude reducere cōplexionem ad equalitatē declinatio autem cristallinę ad partem maioris extremitatis vel minoris oculi & erit illud aut naturalis aut accidētalis & non sequit̄ inde magna lęsio in visu nisi sola tortura q̄ dicit̄ alhol. Qñ vero sit eius declinatio supius vel inferius seqt̄ vt vna res videatur sibi duas esse. Curatio eius qñ accidit ī pueris aut si nati fuerint cū hac ęgritudine est ꝙ adequet̄ capitale lecti sui cubilis cū ipso cubili in quo iacent & ponat̄ eis ex opposita parte egritudinis candelę accensę. Et si pmutat̄ egritudo ad aliā partē ponat̄ ex eius opposito, & ex hijs

que multū conferunt in hoc casu est ꝙ inserant in filo preciosi lapides diuersoꝝ coloꝝ vel saltim lapilli de vitro diuersis coloribus tincti & suspendat̄ filū apud puerū a parte opposita egritudinis & continuo respiciat illud donec redeat cristallina ad propriū locum.

De egritudinibus humoris vitrei. Ca.X.

Humoris vitrei sūt morbi xij.

De egritudinibus humoris vitrei quæ sunt.xij.s.caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas, caliditas & siccitas, frigiditas & humiditas. Signa vero & curatio horum egritudinū est admodū curationis egritudinum liquoris albuginei.

Signum Cura

De passionibus spiritus visiui. Ca.XI.

Spūs visiui modus Sig. multi & subtilis Sig. multi & grossi Cura

Spiritus visiuus fit similiter qñ ꝙ mult⁹ & subtilis multus & grossus vel paucus & grossus. Signū multi & subtilis est q̄m videt rem ꝓpinquā bene, remotā vero cū debili visu. Signū multi & grossi est q̄a videt rem ꝓpinquā debiliter & remotā bene. Curatio eius qñ spiritus visiuus est paucus & subtilis est cū regimine ciboꝝ equaliū in sui cōplexione sicut carniū agnoꝝ & edoꝝ & auiū. Et dixerunt ꝙ frequens vsus comestionis nisi corroborat lumen oculoꝝ. Et dixerūt ꝙ vsus comestionis pulluloꝝ columbarꝝ corroborant spiritum animalem vitalem.

Nisus visui confert & alias colūbarū pul.

De egritudine que dicit̄ alhasa. Ca.XII.

Alhasa Almazid

Haec egritudo est vt non videt quis in nocte & videt in die & appellat̄ etiā almazid. Generat̄ aūt ex fumis frigidis & grossis ad cerebrū ascendētibus quos nō potente a se repellere ingrossatur ex hoc spiritur animalis in quo consistit virtus visiua & videt a longe & non a prope. Et curatio eius est quando apparet sanguinis plenitudo & cōplexio & virtus conueniunt ad hoc ꝙ flebotometur vena capitis que vocatur alcefal & educatur de sanguine quam diu nigredo ꝑsisterit. Et quando nigredo desinit restringatur vena si vero non consentiret ad hoc cōplexio aut esset alia causa prohibens flebotomiā administraretur clistere calidum ad attrahendū humorē ad inferiora. Postea laxetur natura cum cochijs aut cum yeris magnis. Postea faciat gargarismum & sternutatoriū. Deinde curet oculos cū collirio de fellibus vel cum alijs colirijs descriptis in suo loco. Et ex hijs que conferunt magnum iuuamentū ad hoc est ꝙ accipiatur vna petia epatis capre & scarificetur multis scarificationibus & impleant̄ omnes ille scarificationes pipere longo trito. Postea vero asse tur super prunis & recipiatur tota spuma & liquor fluens a scarificationibus & administretur de eo oculo pluries quousꝙ sanetur. Et ex hijs quæ iuuant est quod fiat alcohol ex pipere nigro & longo & melle añ & oculis administretur quoniam est expertum.

Cura

De egritudine que dicitur camar alhayn. Cap.XIII.

Haec passio generatur ex grossitudine luminis visiui & eius congelationis a frigore & niue que sunt cause extrinsece & generatur etiā a causis intrinsecis. Signū huius est quia non videt a longe sed a prope. Et curatio eius est mundificare caput & administrare oculo de fellibus aut collirio quod dicitur albasilicon in quo intrat de musco & cū similibus. Curatio vero eius cuius causa est extrinseca est vt continuo respiciat colorē viridē. Si vero est in itinere restringantur sui oculi cū sudario nigro & veletur facies eius velo panni nigri & sint eius indumenta nigra & inclinet oculos & faciē super aquā decoctionis palearū de frumento & effundatur de eadē aqua in oculis suis sepe & igniatur ad ignem lapis molaris & asperso super ipsum vino, inclinet suos oculos apertos super fumum ascendentē ex eo & inclinet oculos super aquā decoctionis aneti camomille & similiū & instilletur oculis cottidie de albasilicon & abstineat ab omni cibo grosse materiei.

Camar Alhayn causæ Signa Cura

De debilitate visus. Cap.XIIII.

Debilitas visus fit tribus de causis, aut enim ex humiditate aut ex siccitate aut a stomacho. Signum humiditatis est quod augetur post cibum & somnum & maxime post humorē crudum qui dicitur alcecha. Signum ex siccitate est quia augetur post famem in meridie & alleuiatur post somnum & cibum. Signum ex stomaco est continuatio ipsius & quia augetur post humorē crudū & ex multa commestione & redit apud famem. Curatio eius ex causa humiditatis est quod mundificetur caput & instillet̄ oculis aqua vel succus fœniculi cum aliquo fellium & colirizetur cum basilicon & serapino & celidonia & similibus. A causa vero siccitatis curatur cum cibis humidis, & vsu pullorum gallinarum & columbarum & potu vini temperati & vsu balnei aquæ dulcis sine sudatione in ipso & odoret oleum amigdalarum dulcium & mulgeatur cottidie super oculū lac a mamillis & ingrediatur aquam claram & teneat ibi oculos apertos per vnam horam, & hoc sepe fiat & caueat ab omni cibo sicco donec curetur. Quando autem peruenit a stomacho sit totum studium mundificare stomachum cum yera. Postea vero cum trifera parua & similibus.

Visus debilitas fit ex tribus causis Si. humi. Sig. ex siccitate Sig. ex stomach. Cura ex humidit. Cura ex siccitate Cura ex stomach.

De passionibus neruorum concauorum oculi. Cap. XV.

Passiones neruorum concauorum oculi caliditas frigiditas humiditas siccitas, humiditas & caliditas, frigiditas & siccitas, frigiditas & humiditas, caliditas & siccitas, oppilatio apostema ampliatio & strictura. Signũ alterationis cõplexionis neruorum ad siccitatẽ est eorum ꝓfundatio & interius coartatio. Signum eorum alterationis cõplexionis ad humiditatẽ est grauitas motus ipsorum & eorum euulsio foras. Signũ excessus frigiditatis eorum est qa ꝓhibet spiritus transire exterius queadmodũ accidit in passione aque. Signũ excessus caliditatis eorum est qa non repit in oculis multũ nocumentum nec molestia. Signũ oppilationis est qm̃ si claudit alterũ oculũ sentiet ꝙ oppilatio consistit in neruo & accidunt ipsi neruo passiões ab extra vt casus & ꝑcussio capitis. Et signum huius est ex eo ꝙ patiẽs recitat & accidit egritudo ĩ vno oculorum & in vtroqȝ que qdẽ significant ꝑ accidentia predicta. Curatio vero passionũ nerui continet in hijs que prediximus, & est ei dare quodlibet cũ suo contrario vt caliditas cum frigiditate, & siccitas cum humiditate.

Egritudines neruorũ concauorũ ocli
Sig. siccitatis
Sig. hum.
Si. frigid.
Si. calidi.
Si. oppilationis
Cura

De passionibus lacertorum mobiliũ. Ca. XVI.

Passiões lacertorum mobiliũ oculorum sunt due spasmatio & grauitas motus lacerti vero oculi sunt sex & qñ egritudo cõsistit in lacertis confirmantibus oculũ lesum inclinabit oculus inferius & appellat tunc grauitas motus que arabice dicit alastracha. Quando vero egritudo cõsistit in lacertis confirmantibus oculũ desubter erit attractio oculi superius & appellat tunc valsa. Quando aũt cõsistit passio in lacertis q detinent ipsum ab altera extremitatũ erit declinatio ad alterã partẽ. Si vero egritudo fuerit in lacertis q reuoluunt ipsum seqtur ex ea egritudo que dicit alhucz, & qñ aggrauat motus lacertorum retinẽtiũ neruũ exit oculus foras, veruntñ non erit eius nocumentum nisi modicũ. Si vero fuerit in lacertis qui declinant & mordicant palpebras desup aggrauabit motus palpebrarũ fortiter vt non possit patiens apire oclos. Si vero passio fuerit in lacertis circũdantibus palpebras non conniuere cum oculis. Si vero in lacertis vnius extremitatum fiet inclinatio ad alterã pte & simili modo seqtur de lacertis superioribus & inferioribus, & pmanebit oculus aptus vt dicitur. Curatio eius que accidit ex spasmatione est cũ regimine ciborum humidorum medicinarum. Et qñ est ex grauitate motus exsiccet humiditas sicut diximus & si hoc nõ sufficit indiget opatione cirurgie.

Morbi lacertorum mobiliũ oculorum sunt duo
Valsa
Alhucz
Cura

SEQUITUR TRACTATUS SEXtus qui comprehendit in se capl'a. xv. De enumeratione egritudinũ faciei sequitur. Cap. I.

De egritudinibus faciei que sunt inflatio alsahasa, nigredo sub palpebra macule que dicunt alcelaf & alnomas & albaras pustule dure & minute que dicunt albothor rubedo faciei egritudines que dicunt & alteras sufrana. Apostemata que dicunt aldemamul, apostemata dura que dicunt altouil grossitudo coloris faciei. Macule algidri & alcoabi pruritus scabies pustule, rubedo citrinitas aluesas. Calor solis q dicit sahul alsemas pili nascentes super collectionẽ labiorum mulierũ. Tortura faciei que dicit allacua apostemata, corrosio seraf alhuf apostemata flebotomatio

Alcelaf
Alnomas
albaras
Altouil
alcoabi
aluesas
Sahul
Alsmas
Allacua
Seraf
Alhuf

De inflatione faciei seqtur modo. Cap. II.

Inflatio faciei fit multis de causis, quia aut ex fumo grosso flegmatico subtili, aut ex fumo grosso & hic fumus aut ab ipso mẽbro aut ex eo ꝙ eleuat ad ipsam ab alijs membris, vel qa fuerit ex apostemate carnoso de genere ydropisis, aut pustula, aut apostemate, ꝙ gñat intus vel in ceruice vel spatula ex quo descendit tumor ad faciẽ, aut ex dolore dentiũ molarum aut ex corruptione gingiuarum & similibus. Cuius vero causa fuerit extrinseca erit ex ꝑcussione capitis aut vulnere vel casus in supficie faciei vel ex punctura vespe vel apis, aut tactu alicuius venenosi animalis vel medicine acute vt est siluestris ruta, aut euforbiũ & alie medicine acute. Signũ ex fumo flegmatico subtili est, qa si digito opprimat statim redibit ĩflatio sine dolore & ꝙ appet extra declinat ad albedinẽ. Signum ex fumo flegmatis grossi est, qm̃ si opꝑmat digito diu pmanebit ꝓfundatio. Signũ a causa ydropisis est qa tumor est ꝑ totũ corp⁹ cum eo ꝙ accidit ei de debilitate doloris. Signũ ex pustula vel ex apostemate aut ex dolore dentiũ molarum vel ex quacũqȝ causa extriseca est ex eo ꝙ infirmus refert & ad sensum patet. Differẽtia inter tumorẽ q est ex ipsa facie & illũ q fit ex eo ꝙ eleuat ad faciẽ ab alijs mẽbris est qm̃ q fit ex ipsa facie subito accidit ceteris mẽbris sanis existentibus nihil patientibus egritudinis Quando vero causat ab alijs membris corporis paulatim fit passione epatis & viscerũ precedente. Curatio eius si fuerit ex fumo subtili faciei tantum est quod inclinet patiẽs faciẽ suã super vaporẽ aque decoctionis aneti melliloti

Faciei inflatio multis ex causis fit.
Sig. ex fu. flegmatis
Sig. ex fu. fle. grossi
Sig. ex hydropisi
Sig. ex pustu. apate
Differt tumor faciei ex se ipsa vl' ab alijs mẽbris
Cura ex fu. subtili

absinthij abrotani & similiū, & confert ei si su perponat lana infusa in aqua calida & innoue tur aqua calida cū infrigidat, & si fuerit cū tu more aliquid de calore infundat spongia noua in aceto tempato cū aqua & sepe faciei suppo natur & sanabit. Quando vero fuerit ex causa fumi grossi inclinet faciē suā sup vaporē aquę decoctionis mentastri abrotani melliloti aneti absinthij & similiū, & supponat faciei cerotū factū cū oleo camomillę aut oleo de ruta aut de camomilla, & si hoc non sufficit laxet flegma cū clistere vel potiōe & liniat vel sumat cū aloe dissoluto & mirra & thure & similibus. Quando vero pueīit ex causa epatis & viscerū curet curatiōe hoꝝ membroꝝ. Si vero fuerit ex causa pustulę vel apostematis vel doloris molarꝫ vel gingiuarꝫ vel pcussionis curet curatiōe harꝫ causarꝫ qa recedente illa causa recedet tumor. Si vero fuerit ex punctura apis vel vespę vel alioꝝ animaliū venenosoꝝ curet linitiōe cū tyriaca alfaroc aut metridato & similib⁹. Si vero fuerit ex applicatione aliquarꝫ herbarꝫ acutarꝫ liniat cū oleo ros. aut oleo viol. cū albu mine oui cū ceroto acuto aut cū oleo ros. & laxetur natura & extrahat de sanguine si necessi tas fuerit.

Cura ex fu. grosso

Cura ex epate & viscerib⁹

Cura ex pustulis & alijs

De alsahafa rubea. Cap. III.

Alsahafa rubea faciei aut erit recēs aut vetusta. Gñat aūt ex sanguine mixto cū colera ru. vel ni. Signū colerę nig. mixtę cū sanguine est qa color alsahafe declinat ad citrinitatē & ppinquę & facilis curatio nis & non antiquat, & qa sentit de dolore & qñ coueniūt ad hoc cōplexio colerica ætas & tempus erit magis efficax. Curatio eius primo qd euacuet colera nigra cū cōpositione theodoricon cū aqua decoctionis epithimi & ꝙ recipiat de cochijs pluries, & si plenitudo apparet sanguinis flebotomet vena capitis vel apponant ventosę sup timpa, aut sub mento vel aptione venarū, & postea inclinet faciē super vaporē aquę calidę in qua sint coctę camomil la mellilotū & similia. Postea supponat ei de pinguedine gallinę & ceroto cocto cū sirag, aut pinguedine auiū sępe & si hoc non sufficit apponant sanguisugę vt attrahant sanguinē liniat cū vnguētis descriptis & emplastris fortibus donec sanet. Quando vero fit ex colera ru. mixta cū sanguine euacuet colera rub. cum decoctione mirabolanoꝝ, aut decoctione alsahatrag. Postea vero fiat flebotomia si plenitu do apparet, & si hoc non sufficit apponantur sanguisugę vt attrahant sanguinē ex loco. Postea vero fricet locus vsq ad egressum sangui nis. Postea abluat locus cū acetositate citri vel cū aqua thamarindoꝝ. Et si hoc non sufficit li niat cū vnctionibus in suo loco descriptis.

alsahafa gñatio

Sig. co. nigrę mixtę cum sanguine

Cura ex co. nigra.

Cura ex cole. ru.

Alsahatrag

De nigredine sub palpebra sequit. Ca. IIII.

Nigredo q̄ accidit sub palpebris fit duabus de causis. Quia aut fit ex passiōe epatis & viscerū & queadmodū contingit mulieribus qñ sunt grauidę aut fit ex pcussione capitis aut faciei in qbus locis accidit nigredo. Curatio primę est ex preparatione viscerū vt determinabimus. Curatio scd'ę est qd consideret si recessit dolor pcussionis vel apostematis tunc abluat locus cū succo mentastri, vel cū succo radicis & de arsenico rubeo equaliter terant & distemperent cum aqua abluat cum eo locus pluries.

nigredinis sub palpebris duæ causæ

Curatio primæ cura scd'æ

Sequit nunc de alcelaf. Cap. V.

Alcelaf sunt maculę, quarꝫ quedā declināt ad albedinē quedā ad colorē ter rę quedā vero ad viriditatē. Fiunt aūt vel ex causa extrinseca vel intrinseca. Intrinseca est ex humore mēlico & possibile est hoc accidere mulieribus apud expulsionē sanguinis menstrualis corrupti ad corpis supficiē, & accidit hoc plurime pregnantibus cū aufert sanguis menstruus ipsarꝫ & possibile est illud accidere post antiquā egritudinē, & generat ex colera rubea mixta cū sanguine vel ex flegmate salso. Extrinseca vero causa est qñ sol vrit cutim faciei vel ex medicinis acutis faciei applicatis, vnde corrumpit cōplexio eius. Signū primę est nigredo eius cū diuturnitate pmanentię complexio ętatis infirmi. Signū vero colerę rubeæ est qa tendit ad colorē terrestremvel citrinū & qñ conueniunt ad illud cōplexio infirmi ætas & tempus erit fortius. Signū causę flegmatis est color tendens ad albedinē & cōfirmatio infirmi cōplexionis & ętatis. Curatio eius qñ est nigra ꝙ euacuet colera nigra. Deinde vero abluatur facies cū semine radicis & semine erucæ aut farina orobi vel farina lupinoꝝ aut cū costo vel darsen separatim vel coniunctim. Et si hoc non sufficit curet cū vnctionibus & emplastris dictis in suo loco. Quādo ꝟo fuerit ex colera ru. euacuet & flebotomet vena capitis si nō est aliqd phibens. Postea abluat facies cū semine citruloꝝ & farina lentiū & farina fabarum aut cū amido vel farina ordei coniunctim vel separatim. Quando vero ex flegmate euacuetur & abluat facies cū baurac & nitro aut

Alcelaf descriptio

Sig. primæ

Sig. cole. rubeæ

Sig. fleg.

Cura ex cole nig.

Cura ex cole. ru.

Cura ex calore solis aut calida medicina

farina cicerum aut radice liquiric. aut condiso separatim vel coniunctim. Quando aũt fuerit ex calore solis vel calidis medicinis abluatur cũ lacte statim mulso, vel cum aqua decoctionis ordei vel vngatur ceroto vel pinguedine gallinę & similibus.

De maculis quę dicuntur albaras & aluemas. Cap. VI.

Albaras & Aluemas generatio

HAe maculę sunt rubeę vel nigrę & omnes sunt difficilis sanationis, generãtur aũt ex colera nigra. Curatio vero ipsarum est sicut curatio macularũ quę generantur ex colera nigra cũ euacuatione colerę nigrę & minutione sanguinis & lotione cum sapone & albauan quoniam recedent & est expertum.

De duris pustulis quę dicuntur albaras alba. Cap. VII.

Gñatio albaras albę Cura

GEnerantur hęc quidem pustulę in pluribus in facie viroꝝ atq; mulierũ, & generant̃ ex vapore fumi grossi. Et curatio earum est quod inclinet faciem super vaporem aquę calidę in qua coctę sint camomilla anetum & mellilotũ & similia. Postea vero abluatur facies cum succo cucumerũ silueſtrium vel teratur radix yreos vltima trituratõe, deinde accipiatur gumi pini & liquefaciet lento igne & misceatur puluis predictus cum eo & superponatur postea maculis predictis q̃m delebuntur, vel accipiat̃ nitri gumi arabici partes equales & terantur cum aceto & superponatur loco, & si hoc non sufficit flebotometur vena cefalica vel apponant̃ cufe sub mento.

De citrinitate & rubedine faciei sequitur. Cap. VIII.

citrinitas & rubedo faciei multis ex causis fiũt

CItrinitas & rubedo faciei. Est aut accidentalis aut naturalis. Accidentalis fit multis ex causis vel post longã ęgritudinem vel ex ycteritia vel ex corruptione viscerum vel ex multo fluxu ventris vel ex medicina sicut ex cimino & fumio lignoꝝ ficus & similibus, vel ex habitatione in locis paludosis & aquarum corruptaꝝ, vel diuturna detentione in subterraneo carcere, aut ex longo vsu aceti & potu aquę diu permanentis in vase vel excessu timoris vel tristicię & similibus. Curatio eius si fuerit sine causa est ꝙ cibetur omni die gallina assata vel pullo columbino & bibat vinum dulce & comedat ficus poma granata & vitella ouoꝝ & comedat cottidie de ciceribus & sumat in aliq̃bus tempibus de compositione altee, & cõfert etiã iuuamentũ mirabile ad hoc sumptio trifere factę cum limatura ferri & administretur faciei vngentũ ꝙ nominat̃ algamra quod scriptũ est in decorationibus mulieꝝ.

Cura citrinitatis & rubedinis

Algamra

Modus algamra ad rubificandum faciem. ℞. sinapis albi & arsenici rubei partes terant̃ & distemperent̃ cum lacte & faciei superponantur. Quod aũt restat dicere de passionibus faciei suo loco dicemus in curatione aliorum membroꝝ & decorationibus mulierum.

De passionibus labioꝝ. Ca. IX.

DE passionibus labioꝝ quę sunt decẽ. s. alteratio cõplexionis ipsoꝝ dealbatio intus denigratio ab extra scissura earum pustulę quę fiunt in eis intus & extra a postemata dura quę dicunt̃ alusinar. i. de callo cancri corrosio vulnus incisio & concussio morsus & vstio.

Labioꝝ passiones sunt decẽ

Allusinar

De mutatione cõplexionis labioꝝ. Ca. X.

MVtatio cõplexionis labioꝝ fit ab aliqua octo complexionũ. Et curatio ipsaꝝ est emendare quodlibet per suum contrarium.

De dealbatõe labioꝝ sequtur. Cap. XI.

DEalbatio labioꝝ fit aut naturalis aut accidentalis. Accidentalis fit ex egritudine viscerũ. Naturalis aũt generatur ex abundantia flegmatis & excessu frigoris. Curatio primę est cum rectificatione viscerũ. Secundę vero cũ euacuatione flegmatis & sumere aliq̃d de electuarijs calidis & administrare vngentũ rubificatiuũ faciei illoꝝ. s. quę dicuntur in decorationibus mulierum.

Modꝰ dealbatiõis labioꝝ

Cura accidentalis Cura naturalis

De nigredine labioꝝ. Cap. XII.

NIgredo labioꝝ fit ex multis causis, fit enim ex ycteritia nigra aut ex malicia cõplexionis sicut cõtingit leprosis vel ex forti frigore & niue, vel ex cõmestione alcarsaf aut alcrasia vel nucũ recentiũ & similiũ. Et curatio eius est cum remotione causę ipsam nigredinẽ facientis & abluere ipsam nigredinem consequentẽ ex comestione alcarsaf & similiũ cum lacte statim mulso vel cum furfure & farina fabarum donec recedat.

Nigredi. labioꝝ causæ

Alcarsaf Alcrasia

De scissuris labioꝝ. Cap. XIII.

SCissura labioꝝ fit aut ex alteratione complexionis ad caliditatẽ seu frigiditatẽ. Signum caliditatis est inflatio & vehementia doloris calor & rubedo & q̃a subito accidit & si concordat ad hoc cõplexio ętas & tempus erit illud fortius. Signũ frigiditatis est albedo labioꝝ paucitas digestionis & remissio & q̃a paulatim accidit. Curatio vero eius ex causa caliditatis est per euacuationẽ cũ his quę euacuant colerã rub. vel fiat flebotomia si plenitudo fuerit in venis vel cum appositione ventosarum sub mento & super ponat̃ ei cerotũ factum cum oleo ros. vel oleo violaꝝ & pinguedine gallinę & amido de dragaganto & muscis

Labioꝝ scissuræ causa

Sig. cali.

Sig. frig.

Cura ex cal.

lagine feminũ citonior͛ terant̃ oĩa & labijs superponant̃ & postmodũ ingrediat̃ balneũ & hoc reiteret quousq; sanet̃. Et ex hijs quę conferunt iuuamentũ ad hoc est ꝗ superponatur loco pellicula albuminis oui vel pellicula arundinis & ibi dimittatur quousq; sanetur. Curatio aũt eius a causa frigida est cum euacuatione flegmatis & masticatione thuris picis & masticis. Deinde cera citrina oleo sirag oleo masticino & fiat ex hijs cerotũ & scissurę cũ eo superponat̃ vel liniat̃ cũ oleo se. lini vel gallę cũ melle & liniantur scissurę, vel accipiat̃ de kiran & misceat̃ cũ eo de vitello oui assati & triti & ibi superponat̃ vel cauterizet̃ locus cum cauterio aureo quousq; pueniat̃ ad fundũ scissurę, & postea superponatur ibi de ceroto vsq; ad sanationem.

Cura ex frigido

De pustulis labior͛. Cap. XIIII.

PVstulę quæ fiunt in labijs, aut secuntur post aliquas febres aut ex fluxu reumatis calidi. Et curatio ipsar͛ est quod supponatur eis vngentũ de cerusa & bono ceroto Si vero pustulę fuerint humidę terant̃ rosę sicce & conficiant̃ cũ cera & oleo ros. & liniatur cũ eo & vngat̃ & cũ vngento anacli dissoluto, vel cum oleo ros. vsq; ad sanationẽ. Si vero fuerint pustulę sanguineę & colericę, accipiatur de sandalis ramich ros. añ. ʒ. i. gumi arabic. cerusę añ. ʒ. ſ. terat̃ totũ & distẽperent̃ cũ aqua ros. & liniantur cum eo labia. Et si hoc non sufficit laxetur colera rub. & supponant̃ loco sanguisugę & reiterat̃ super eis vngentũ donec sanet̃.

Cura ex calido
Cura ex humido
Cura ex sanguine & co. ru.

De labior͛ inflatione. Ca. XV.

INflatio labior͛ fit aut ex fluxu humoris, aut ex punctura vespę & accidit inflatio in superiori labio cũ scissura per medium & accidit hoc plurime pueris. Cuius curatio est difficilis curant̃ aũt cũ hijs quę diximus de scissura labior͛, & si hoc non sufficit fiat cauteriũ vt dicit̃ in cirurgia, inflatio aũt curet̃ cum hijs quæ dicta sunt de inflatione faciei.

Labior͛ inflatiõis causa
Cura

TRACTATVS SEPTIMVS COMprehendens capl'a. vij. De ęgritudinum dentium enumeratione. Cap. I.

AEgritudines oris quatuor sunt, prima species consistit in dentibus & sunt. ix ęgritudines. s. dolor, corrosio, vermes, cõmotio, fractura, denigratio, citrinitas, & viriditas molar͛, dolor accidens pueris apud ortum dentiũ & regula conseruationis ipsor͛ ab omni passione.

De dolore dentium. Cap. II.

DOlor dentiũ fit multis ex causis, aut enim ex inflatione gingiuar͛ quę dicitur alletha vel ex fluxu reumatis fluẽte a neruo existente in radicibus molar͛ vel cõmestione rei excessiue calidę aut excessiue frigidæ, aut ex commestione rei excessiue frigidæ post cõmestionem rei calidę immediate vel ecõuerso, aut ex casu, aut ex percussione vel ex defectu nutrimenti ex quo nutriuntur molares & eius paucitate, aut ex nimia plenitudine. Signum causę frigidę est qa non sentit de dolore nisi parũ & cessante inflatione cessat dolor vel humore cõgregato in neruo vel radicibus molarum, & fit ex humore frigido aut humore calido acuto. Signũ hũoris frigidi est qa est multus & frigidus. & qa cõferunt ei calida, & qñ conueniunt huic cõplexio ętas & tempus erit fortius. Signũ humoris acuti est paucitas humoris multitudo caloris rubedo faciei & quia conferunt ei frigida & offendit̃ calidis & quãdo conueniunt huic cõplexio ętas & tempus erit fortius. Signũ defectus nutrimenti est quoniam accidit eis siccitas cũ frigiditate & coartatio & subtilitas quemadmodũ accidit senibus. Signũ plenitudinis & grossi venti est qm̃ accidit eis ꝗ accidit in apostematibus membror͛ carnosor͛. s. extensio & fortis dolor cũ multa humiditate & plenitudine manifesta. Signum vermiũ est qa qñq; sentit dolorẽ, & qñq; quiescit & sentit motũ vermis in aliqua molarum. Curatio eius ex inflatione gingiuar͛ est ꝗ videat̃ si caro illa est tumefacta & rubea & plenitudo apparet in venis, & tunc flebotomet̃ vena cefalica & apponant̃ ventosę super timporibus vel sub mento, & post duos dies retineat acetum in ore & oleũ ros. & parũ de mastice trito & hoc fiat sępe in die, & si hoc non sufficit terat̃ parũ opij cũ oleo ros. & infundatur in eo de bombace & applicet̃ radicibus dentiũ dolentium. & administret̃ camphora dissoluta in aq̃ ros. Et si hoc non sufficit scarificet̃ sup dentes cum ferro & apponant̃ sanguisugę sup illis, & aperiant̃ venę quę dicunt̃ algaharac q̃ sunt labior͛. Si vero signa flegmatis prędominant̃ erit contrariũ eius ꝗ diximus qa absq; plenitudine manifesta & absq; rubedine faciei & laxetur cum cochijs & abluant̃ radices dentiũ ablutione quę dicit̃ aldalach, vel cũ cõpositionibus quę dicunt̃ alsechaznaya, vel cũ filonio vel cũ tyriaca alarba aut tyriaca alfaroc vel superponat̃ eis de piretro vel pipere vel zinziberi, aut accipiat̃ mentastrũ & ysopus & bulliant cum aceto & abluat̃ cum eo. Si vero fuerit ex fluxu reumatis nerui ad ipsum dentẽ ex flegmate &

Doloris dẽtiũ cause sunt multe
Alletha
Sig. cause frigidę
Sig. hu. frigidi
Sig. hu. acuti
Sig. defe ctus nutrimenti
Sig. plenitudinis & grossi vẽti
Sig. vermium
Cura inflationis
Aldalach
Alsechaznaya
Cura ex fluxu reumatis nerui

plenitudine curetur curatione fortiore ea quæ dicta est & est quod laxetur cum cochijs vel fe rat famem & sitim & assidue sumat de allijs & sepe intret balneũ ieiuno stomacho & exerceat motũ apud vacuitatẽ, & distemperet piper cum kitran & teneat in ore & ponatur de eo su per dentẽ, & si hoc nõ sufficit intingatur bom bix in butiro feruenti & denti superponat & hoc fiat sepe quousq̧ sentiet fortẽ mordicationem & cũ hoc cessabit dolor, & si dolor fuerit confirmatus fumiget p arundinẽ concauã cum fumo iusquiami nigri & storacis postq̧ fecerit de eis pillulas ad modũ cicerũ & fumigetur cum illis quoniã cessare facit dolorẽ & vermes interficit, & si non quieuerit dolor per hoc instillet auri quę est ex parte dentis dolentis ad modũ vnius lenticulę opij & tantundẽ ca storei dissoluti cum modico aquę & si hoc nõ sufficeret cauterizetur cum ferro bona cauterizatione quousq̧ perueniat ignis ad radicem cannę, tunc enim post tres vel quatuor horas cessabit dolor, & si omnia hęc non suffecerint, impossibile est curari absq̧ remotiõe ipsius cũ ferro vt suo loco determinatur.

De corrosione dentium. Cap. III.

Corrosionis dẽtiũ causa
Cura

Corrosio & pforatio fiunt ex malo hu more putrido generato ex corruptione cibi in stomacho quẽ natura ad dentes impellit. Et curatio eius est q̧ mũdificet caput & stomachus ab huiusmodi corruptis humoribus cũ cochijs vel cũ pillulis de yera & similibus. Postea vero curent dentes cũ medicinis ca lidis qbus inest stipticitas & siccitas sicut sunt ciperi vel gariofili vel carmazach & nux alzaro & similia separatim aut coniunctim vel accipiantur gallę non perforatę & terant & distemperent cum alhaczaz vel guma pini & instilletur corrosioni & perforationi de hoc aut im pleatur locus de eo.

De vermibus dentium. Cap. IIII.

Vermiũ apud dentes gñatio
Cura

Generatio vermiũ fit ex humore putrido. Et curatio ipsoꝝ est q̧ fumigent dentes cũ fumo seminis iusquiami nigri, & si per hoc non cessant fiat cauteriũ cũ ferro ignito in radice dentis donec sentiat ignẽ, & perueniat ad radicẽ dentis tunc enim peribunt vermes & dolor cessabit.

De dentiũ exitu & cõmotione. Cap. V.

Cõmotionis dẽtiũ causa

Exitus & cõmotio dentiũ accidit vel ex causa senectutis & multitudinis annoꝝ q̧ est ex defectu nutrimenti cibi vel suæ corruptionis, aut ex fluxu reumatũ ad neruũ radicũ dentium fit etiã ex casu vel pcussione. Et curatio ipsoꝝ est cũ ablutione oris cũ aqua decoctionis corticũ granatoꝝ gallaꝝ nucis al saro aut alcrapa aut alas vel capitũ rosaꝝ, vel balaustaꝝ & siliũ coniunctim vel separatim, vel accipiat de alumine & sale & gall. equales partes terant bene & imponat de hoc puluere radicibus dentiũ cõmotoꝝ. Postea vero abluatur cum hijs quę diximus. Quando aũt accidit ex fluxu reumatũ ad radices dentium purget caput & administrent illa stiptica quę diximus. Curatio vero ipsoꝝ exitus si impediatur ex hoc sermo q̧ auferat paulatim supeminentia ipsoꝝ cum cutello q̧ dicit mabrad facto de bono ferro q̧ dicit fulad indi donec auferatur supeminentia eoꝝ caute vt determinat in ope ratione manuali.

Cura

De denigratione citrinitate & viriditate dentium. Cap. VI.

Dentium decolorationis cã
Cura
Rachani

Generant hęc ex humoribus corruptis vel ex rara lotione & mundificatione ipsoꝝ. Et curatio ipsoꝝ est q̧ mundificentur cũ spuma maris, aut cũ rachã puluerisatis vel cũ cornu caprę aut ipsius vngulis vstis vel cũ sale andran. Descriptio mundificationis ex parte preseruãtis dentes a putredine. ℞. sal andran & farinę ordei equales partes & distẽperent cũ kitran & cõburant oĩa & puluerizantur, & cũ hoc puluere fricentur dentes est enim optimus, aut conficiant cũ melle loco alkitran veruntamen excellentius valet. Fiat etiã lotio cũ oleis sapidis sicut oleo amigdalino & oleo nucũ butiro & pinguedine & similibus, & quod confert ad hoc est masticatio portulacę, & iuuat masticatio vitelli oui assati, & sedat dolorem ipsoꝝ.

De dolore pueris accidenti apud dentiũ ortũ & eoꝝ cõseruatiõe. Ca. VII.

Cura puerorum

Alhama

Dentiũ pseruatio a dolore

Curatio doloris accidentis pueris apud ortum dentiũ est q̧ accipiat de lacte ca nis & abluant cũ eo loca & inungant cum cerebro leporis & butiro. Si vero dolor vehementer confirmat⁹ fuerit accipiat alhama butirũ & oleũ de lilio & misceat totũ & cũ eo liniat qm̃ in fine iuuamenti est. Que vero custo diunt dentes a doloribus & corrosione & cęteris passionibus ipsoꝝ sunt cauere a corruptiõe cibi & potus in stomaco & a frequenti vomitu & pręcipue cũ rebus acetosis siue cibis siue potibus & ab vsu masticationis allei vel ficuũ

& dactilorum & oim in quibus est viscositas & a fractione durarum rerum sicut nucum amigdalarum & ossium & similium, & ab omni re acetosa & a potu aque valde frigide & a commestiõe niuis & precipue a rebus calidis a sumptione cuiuscũq rei facile putrefactibilis sicut sunt gña lactis & quae de illis fiũt & a salitis piscibus & a negligentia mundificationis dentiũ a superfluitatibus ciborum inter dentes adherenubus a quibus oibus si preseruauerit se ab omnibus huiusmodi passionibus exemptus fiet cum adiutorio dei. Descriptio pulueris ad conseruationẽ sanitatis dentium & eorum mundificationẽ & confert putredini & corrosioni & confirmat & corroborat eos & est expertũ ℞. farine ordei & sal. añ. ʒ. x. terantur & conficiantur cum melle & vrantur. Postea vero accipiantur de cornu cerui vsto spumae maris añ. ʒ. vi. spodij albi cinerũ vitum boli armenici rachas albi tegule furni añ. ʒ. ij. sandal. rub. gal. muscate sand. citrini seminis ros. añ. ʒ. i. terant & cribellentur & fricentur cum eo dentes quoniam est expertum. Modus medicaminis ad frangendũ dentes accipiatur de farina frumenti & conficiatur cum lacte aliatuha & applicẽtur denti & superponatur ei folium anabulae maioris de qua egreditur lac cum incidit. Modus medicaminis ad euellendũ molares sine ferro. ℞. cortices radicũ celsi & piretrũ & terant ad solem cum aceto forti donec efficiatur ad modum mellis & liniantur cum eo radices dentis quẽ intendis euellere bis vel ter in die postq̃ scalpellatum fuerit in circuitu ipsius & caueat alios dentes. Modus medicaminis ad euellendum dentes accipiantur cortices radicũ celsi radicis capparis rad. esule, arsenici citri. & terant omnia cum forti aceto tribus diebus in qualibet die per horam residuo vero diei permittat in aceto. Postea vero liniatur in circuitu dentis dolentis bis in die donec remolliatur radix dentis & cõmoueatur manu tunc enim auferet eũ absq̃ nocumento & dolore.

Medica. frangẽdi dentes Aliatuha Medica. euellendi molares sine ferro

TRACTATVS OCTAVVS CONTINENS. iiij. capla. De egritudinũ gingiuarum enumeratione. Cap. I.

De egritudinibus gingiuarum quae sunt. vij. mollicies sanguis fluxus ex eis corrosio putredo apostema quod dicitur alnaczor q in ipsis generat vulnera & pustule que in ipsis generantur.

alnaczor

De mollitie gingiuarum & sanguinis fluxu ab eis. Cap. II.

Mollities gingiuarum & sanguis ab eis fluẽs accidit ex humore corrupto de quo nutriunt gingiue. Talis inquam humor aut erit calidus aut frigidus. Signũ calidi est rubedo gingiue & eius inflatio & fluxus rubei sanguinis ex ea. Signum vero frigidi ecõuerso. s. paucitas rubedinis & caloris & quia sanguis fluens ex eis est subtilis & albus. Curatio eius ex causa calida est cũ flebotomia vene capitis si non est aliqd prohibens & appositione ventosarum in fontanella colli & assidue fiant hec & aperiant vene labiorum intus que dicuntur algabarach. Deinde assiduet lotionem cum aqua decoctionis ros. cum capitibus suis vel cum sumac vel corticibus granatorum & balaustiarum & mirta & similiũ vel abluatur os cum aqua ros. bona in qua infusum sit sumac, vel abluatur os in quo decoctum sit iusquiamũ quoniã est excellens, & confert ei iuuamentũ fricatio que dicitur aldelach cum ros. & sandalis camphora lentibus & folijs alcarfa cõiunctim vel separatim. Modus pulueris dentium qui dicit senon confortans gingiuas & sistens sanguinem fluentẽ ex eis, & confert putredini & regenerare facit bonã carnem. ℞. balaustiarum rosarum cũ capitibus suis spodij albi añ ʒ. v. baccarum iuniperi. ʒ. vij. hañа gallie m⁹. añ. ʒ. ij. sanguinis draconis. ʒ. iij. terantur omnia & fricentur cum eo radices dentiũ & abluatur postea os cum aqua ros. & si fuerit ex causa frigida mundificet caput & stomachus cum pillulis de yera & abluatur os cum aqua decoctionis ciperi vel aneti vel iuniperi vel nucis cipressi & squinanti & similiũ coniunctim vel diuisim, & si hoc non sufficit curetur cum trociscis de doronicis donec recedat putredo.

Mollicie gingiuarũ causa
Sig. cali.
Sig. frig.
Cura ex calido
Puluis Senon
Cura ex frigido

De corrosione dentium. Cap. II.

Corrosio aũt fit quatuor modis. Prim⁹ modus est q corrodat tota gingiua. Secundus est quando corrodit illud q propinquũ est dentibus. Tertius est cum corroditur tota gingiua cum extremitatibus. Quartus aũt cum corroditur additio quae est inter dentes. Putredo aũt aut erit multa aut pauca & fit foetidi odoris & carens odore. Fiũt quoq̃ corruptio & putredo & corrosio ex humore calido vel frigido. Signũ humoris calidi est fortis dolor & cita manifestatio corruptionis & caloris & inflãmationis & quando conueniũt ad hoc complexio etas & tempus erit fortius. Curatio eius ex causa caloris est cum flebotomia vene capitis & appositione ventosarum vt diximus. Postea vero abluat cũ succo plan

Corrosio dẽtiũ quatuor fit modis
Sig. hu. calidi
Cura ex calido

taginis & succo solatri vel succo coriandri humidi cũ forti aceto, & si hoc nõ sufficit laxetur natura cũ aposimate de cassiafist. & similibus pluries. Postea vero studeať auferri putredo cũ ferro queadmodũ in cirurgia determinauimus donec remaneat dens & auferať putredo. Postea vero cureť cũ puluere specierũ stipticarum & carnẽ generantiũ. Curatio vero eius a causa frigida est ꝙ laxet natura cũ hijs quę deponunt humores corporis sicut yera magna & theodoricon & similibus. Deinde abluať os cũ vino in quo cocta sint zinziber vel piretrum vel mastix, aut cimę alhalic & cimę oliuarũ, & si hoc non sufficit fiant trocisci doronicorũ & similes q scripti sunt in suo loco. Si fuerit cum putredine odor foetidus abluať os cũ vino in q̃ cocti sunt ciperi vel mirta vel squinanti vel spica vel cassia lignea & similia & administreť hic puluis qm̃ confortat gingiuas rubificat labia, & facit bonũ odorẽ oris & confert valde. ℞. spodij rosarũ rub. gallie sumac balaustię sand. al. & citrini añ. ʒ. v. boli armeni. ʒ. iij. margaritarũ alchahol camphorę gariof. cubebę ligni aloes spicę indę nucis musc. cardamomi darseni carpobal. añ. ʒ. ij. teranť oia & cribelleňť & conficiantur cũ vino forti & veteri & fiant trocisci ad modũ denariorũ & exsicceňť ad vmbrã, & in tempore necessitatis terať vnus de eis & fricentur cũ eo dentes qm̃ est mirabilis iuuamenti & est ex hijs quę experti sumus.

Cura ex frigido

De apostemate ꝙ diciť alnaczor. Ca. IIII.

Hoc apostema generať in radicibus dentium causa humoris mali quẽ natura ad illũ locũ expellit. Cuius curatio est cũ flebotomia & appositione ventosarũ saepe fiat postea liciniũ ex lino & intingať in medicamine ꝙ diciť aldua egiptiacũ & immittiť foramini & quandocũqꝫ elargať foramen propinetur aliud liciniũ grossius primo donec ampliet foramen in quo si fuerit subtilis corruptio statim cessabit. Si vero corruptio vsqꝫ ad os ptinxerit multũ apponat de medicina predicta, & si hoc non sufficit oportet amoueri dentẽ vt in cirurgia determinatur.

alnaczor. [illegible] Cura

TRACTATVS NONVS HABET cap. xij. De ęgritudinũ linguę enumeratione. Cap. I.

De egritudinibus linguę quae sunt. xij. amissio sensus gustus amissio sermonis eius exitus inflatio scissio grossitudo. ranadim inutio diminutio ligamentorũ separatio continui apostema & nigredo.

De lęsione linguę. Cap. II.

Laesio quę cõtingit linguę est aut in suo motu aut in suo sensu, aut gustu & prouenit hoc vel ex causa nerui vel ex causa suppliius in suo motu aduenientis ex causa septimi paris neruorum quando omnes ęgrotant sequitur amissio motus & gustus simul. Quãdo aũt contingit lęsio linguę a causa cerebri est quando non transmittit ad eam ꝙ necesse sibi est de sensu gustus & motu, & fit illud aut ex malitia cõplexionis calidę aut frigidę aut humidę aut siccę vel ex separatione continuitatis vel ex oppilatione. Signũ eius prouenientis a cerebro est qa fit ęgritudo in labiorũ supeminentijs faciei quę dicunť alnagantin. Signũ ex causa nerui est qa non manifestať in lingua ęgritudo aliqua nec inflatio nec apostema, nec complexionis alteratio. Signum ex causa ipsius lingue est qm̃ apparet in ea apostema vel pustula vel inflatio vel mutatio cõplexionis & qa in cerebro & neruo nulla est ęgritudo.

Linguae lesio multis contingit mois.

Sig. a cerebri cau sa alnagãtin

Sig. ex nerui cã

Sig. ex cã linguę

De amissione sensus gustus. Cap. III.

Amissio sensus gustus fit tribus modis aut enim priuať penitus vt nihil gustu sapiat, aut ꝙ deficiat parũ in sui operatione, aut erit fallax & est vt percipiat sapores secundũ saporem humoris in substãtia ipsius linguę dominantis qui si multus fuerit percipiet ipsum & sentiet eius saporẽ nullũ aliorũ saporũ pcipiente. Si vero humor non multus fuerit non pcipiet ipsum nisi in hora motus, in hijs quę comederit & biberit & sapiunt ei q̃ gustat, aut salsa aut acria aut amara scdm̃ humorẽ in substãtia linguę dominantẽ. Amissio aũt & defectus causanť ab ipõ cerebro aut neruo sicut diximus. Quae vero accidit ab ipsa lingua est aut ex malitia cõplexionis excedente sicut calido frigido humido & sicco, aut ex hijs quę ad ipsam ab extra eueniunt sicut violentis saporibus alterantibus cõplexionẽ vt acutis & salsis. Hij em̃ disgregant eius concauitatẽ quẽadmodũ disgregant calidũ acetosum & ponticum. Signũ alterationis cõplexionis ad caliditatem qa videť lingua fortis rubedinis & alterať gustus ad malũ & iuuať cũ rebus frigidis. Signum mutationis cõplexionis ad frigiditatẽ est qa lingua videť alba & iuuať rebus calidis. Signum mutationis cõplexionis ad siccitatẽ quia videť modica humiditas & fortis siccitas contracta & delectatur in humidis & curatio oim̃ huiusmodi est emendare qlibet per sui contrariũ videlicet calidũ p frigidũ & siccũ p humidũ

Amissio gustus fit trib᷒ modis.

Sig. cali.

Sig. frig.

Sig. sicci.

cura oim̃ causarum

Et curatio eius que prouenit ex causa saporis sit cum suo contrario vt amarū cū dulci pon ticum cum pingui spissum cū tenui & tenue cū spisso durū cū molli & molle cū duro & sic de saporibus singulis. Lingua quoq̧ q̄ diu pma net in sui sanitate pcipit de saporibus qđ dulce est & pingue. Qui quidem sunt sapores vtiles materię corpis, nā dulce nutrit naturā pingue aūt remollit oēm asperitatē corpi contingentē.

De amissione sermonis sequit. Ca. IIII.

Sermon. amissio. causę plu res

AMissio sermonis pluribus ex causis fit aut enim ex casu motiuę virtutis veni entis a cerebro aut ex neruo cum acci dit in eo passio intus vel extra p oppilationem aut apostema aut solutionē cōtinui aut ex cau sa pmixtionis rationis quēadmodū in egritu dine birsen aut ex malitia cōplexionis ipsius lin guę quando declinat ab ęquali cōplexione ad vnam quatuor cōplexionū, aut ex apostemate vel spasmo vel inflatione vel incisione seu sciss siōe aut ex ranuncula quę est sub lingua aut ex breuitate ligamentorū quę sub lingua sunt ad retinendū ipsam. Curatio eius si fuerit ex cere bro & apparent signa exuberātię flegmatis & grossorū humorū q̧ euacuet corpus cū yeris vt cum yera logodion & yera. G. & yera archi ganis & yera pigra magna vel cū aliqua cōpo sitionū pillularū efficaciū sicut sunt pillulę sto matice, deinde faciat gargarismū cū hijs quæ deponunt flegma & administrent insufflatio nes nariū quę dicunt alsochoat cū medicinis a romaticis & abluat caput cū aqua decoctionis camomillę melliloti & maioranę & similium, & vngat cū bono oleo de ben aut cū aliquo o leorū calidorū loca exitus neruorū. Quod si ap paret plenitudo in venis fiat flebotomia in ve na epatis & vena capitis quę sunt achal & alce fal, & educat de sanguine scdm virtutē & con suetudinē. Si vero fuerit a causa oppilationis neruorū aut apostematis aut solutionis conti nuitatis difficilis est eius curatio. Curat aūt cū hijs q̄ dicta sunt de curatione cerebri. Qn̄ vero puenit ex impedimēto intellectus cessabit ces sante ęgritudine. Qn̄ aūt fuerit ex causa ipsius linguę videat si est ex declinatione cōplexionis ad caliditatē qa tunc curat cū suo cōtrario & flebotomia venarū quę sunt sub lingua postea vero laxet colera ru. Si vero est ex causa apo stematis videat si apā est calidū & tunc flebo tomet vena capitis & laxet colera rub. & fiat gargarismus cū succo solatri, aut plantaginis vel endiuię vel portulacę aut succo granatorū dulciū cōiunctim vel separatim vel dissoluat cassiaf. i aliq̄ succorū pdictarū herbarū & gar garizet cū eo & cū aq̄ decoctionis rosarū ore dei lentiū & liquiric. Et cū his erit curatus, & si apostema est durū gargarizet cū lacte statim emulso vel cū decoctione ficuū vel cū succo foe niculi mixto cū cassiaf. Si vero ęgritudo in lin gua fuerit ex causa frigida & humida curetur cū hijs quę diximus in curatione cerebri, & ab luatur lingua cū tyriaca alfaroc & alsechazne ya & filonia, & assiduet introitū balnei & gar garizet cū synapi trita & cribellata cū melle vel yera cū melle. Quę aūt sequit post apostema cerebri q̧ dicit birsen si antiquata fuerit non su scipit curationē sed si fuerit recens curat cū lo tione cū sale andrani & sale armoniaco & om nibus hijs quę deponunt saliuam.

Cura ex cerebro

Cura ex causa lin gue

Cura ex apate

Cura ex causa fri. & humi.

De spasmo sequitur. Cap. V.

Linguę spasmus duob⁹ fit modis

SPasmus fit duobus modis, aut enim ex sic citate & defectu humiditatis aut ex pleni tudine & exuberantia humiditatis. Cura tio eius ex causa siccitatis est cū assidua cōmesti one generū lactis & ciborū humidorū & garga rizare cū oleo camomillę & oleo ros. & oleo sirag & aneti & similibus & abluant posterio ra capitis frequenter in die cū aq̄ cal. & postea vngat cū huiusmodi oleis. Curatio vero eius q fit ex humiditate est cum contrarijs horū quæ diximus cum euacuatione. s. & gargarismo ca lido & oleis calidis.

Cura ex siccitate

Cura ex humidit.

De exitu linguę sequitur. Cap. VI.

Exit⁹ lin guæ & eius infla tionis ge neratio

EXitus linguę & eius inflatio fit ex humo re quē natura ad linguā expellit vt solet expellere ad alia mēbra donec inflat lin gua & exit ex ore. Causat aūt ex caliditate aut ex frigiditate. Signū caliditatis est vehemens in flatio & sitis & qa delectationē recipit a frigi dis. Signum frigiditatis est contrarium huius s. remissio caloris & grauedo linguę & eius of fensio a rebus frigidis. Curatio eius a caliditate est q̧ flebotomet vena capitis si nihil est prohi bens & laxare colerā rubeā & apponere vento sas sup timpora & abluere os cū succo planta ginis & succo lactucę, vel succo coriandri vel succo virge pastoris & similiū, & confert ei de coctio ros. & lentiū & similiū, & confert ei iu uamentū lotio eius cū cepe & acetositate citri, & sint eius cibi declinātes ad frigiditatē. Et qn̄ fuerit ex frigiditate curet cū rebus calidis, & la xet natura cū pillulis cochijs vel cū aliqua yera & gargarizet cū hijs quę deponunt flegma, si cut cū yera & lacte caprino cū aqua mellis, & postea abluat lingua cū eo, & si hoc nō sufficit abluat cū sale & ruta & baurac & nitro, & cō fert ei sumere de anacardino minori & abluere linguā cū eo & cū tiriaca alfaroc & alsechaz naya & sint eius cibaria declinantia ad mundifi cationem & attractionem.

Sig. cali. Sig. frig.

Cura cali.

Cura ex frigore

Scissurae linguae causa

De scissura sequitur. Cap.VII.

SCissura & grossities vt pluribus accidunt ex causa calida & post calidas egritudines Et curatio ipsius est cū infrigidatione corporis & stomachi cū hijs que comedit & bibit & abluat lingua cū muscilagine seminū citoniorum cū zuccaro & muscilagine psilij & seminis maluauisci & potu aque ordei & comestione pedū animaliū & lotione lingue cū spuma egrediente de maluis quando incidunt & teneat in ore gumi dragaganti:

ranūcule gnatio

De ranuncula. Cap.VIII.

RAnuncula est apostema simile ranae quod generat ex flegmate salso & solo vel ex flegmate salso cū colera nig. Signū flegmatis est albedo & humiditas. Signum eius cū mixtione colere nigre est offuscatio coloris durities & pauca humiditas. Curatio eius si fuerit parua est lotio eius cū baurac, vel nitro vel cū mentastro vel sale armoniaco, & si per hoc non cessauerit abluat cū medicina acuta donec nigrescat & aperiat deinde curet quousq; recedat. Sed si fuerit magna non potest curari sine incisione & cauterizatiōe vt determinatur in cirurgia.

Sig. fleg. Sig. fleg. cū co. ni. Cura

De breuitate ligamentorum. Ca.IX.

BReuitas ligamentorum retinentiū eam de subtus vt in pluribus accidit paruis pueris & possibile est eos sic nasci. Et curatio eius incidere ea cum ferro vt suo loco determinatur.

Cura

De incisione & exitu. Cap.X.

INcisio & exitus curantur sicut curant reliqua apostemata que suo loco diximus.

De pustulis. Cap.XI.

PVstulae vero curantur sicut curatur alcola.

De nigredine lingue sequit. Ca.XII.

FIt aūt nigredo lingue aut ex calida egritudine aut ex acuta medicina. Curatio prime est p egritudinis recessum. Curatio vero scde cū hijs q̄ infrigidant & humectāt & eā restituāt ad tēperatā cōplexionē, breuitas aūt lingue a natura est nec valet īgeniatio apud sui curationem.

Nigrae lingue cā Cura

TRACTATVS.X. SEPTEM HABET cap. De egritudinū oris enūeratiōe, Cap.I.

AEgritudines oris sunt nouē alcola alselac pustule vulnera corrosio malus odor defluxus saliue siccitas saliue & cancer.

De passione alcola. Cap.II.

PAssio alcola est genus pustularum q̄ generantur in ore & lingua & accidunt plurime pueris ꝓpter lactis acuitatē & priuatione nutrimenti & harum curatio est facilis. Generant aūt duabus ex causis vel ex superfluitatibus acutis q̄s natura ad os expellit vel ex superfluitatibus frigidis. Signū frigiditatis est albedo pustularum & remissio doloris & caloris, & delectatio eius in rebus calidis. Et curatio eius est causa caloris cū flebotomia cefalice & appositione ventosarum sub mento. Postea vero cum euacuatione colere ru. deinde cū hijs que repcutiūt humorē apud sui principiū cū lotione oris cū aq̄ rof. sola, vel cū aceto & cū aq̄ infusionis sumac, vel cū decoctione capitum rof. mirte alzahatur & cauliū & similiū, in statu vero egritudinis pmisceat rebus stipticis aliqd solutiuorum sicut mirre croci aloes & similiū, & post repcussionē humorum & corpis euacuationem & sedationē acuminis debent solutiua pualere stipticis. Modus medicaminis conferētis oibus generibus pustularum & alcola. ℞. spodij rof. coriandri succi sumac lentiū semis portulace equales ptes zuccari ptē. v. & modicū camphore terat totū & iniciat de hoc puluere pustulis & teneat in ore p horā postea vero abluat os cū aq̄ rof. & aceto. Curatio vero eius ex causa frigida est q̄ mundificet corpus cum pillulis cochijs & similibus. Deinde gargarizet cū almura & secaniabin vel cū aceto in quo cocta sint mentastrū vel ruta dum est calidū, vel masticet folia iesmini ortensis & confert ei iuuamentū q̄ abluat os cū zuccaro vel cū farina carsene & litio gall. & pipe equaliter terat totum & abluat cū eo sicut scripsimus, & declinent eius cibi ad caliditatē & q̄ cōfert albis pustulis q̄ dicūt alcola & albayicz in mometo est q̄ terat colcorack cū oleo & vngat cū eo, & qn̄ fuerit in pueris paruis pcipiat nutrici q̄ accipiat parū de lentibus & pane & masticet eos vltima masticatione & iniciat ori infantis & accipiat amidū & masticet illud & misceat de eo parū de aq̄ & liniat cū eo os, & si hoc non sufficit accipiat de semine rof. ℨ i. & de croco danic. i. terat & distēperet cū aq̄ & liniat cum eo os infantis vel cōficiat medulla cruriū bouis cū melle & liniat cū eo.

Alcola

Sig. frig. Cura cal. Cura fri. Colcorack

De alselac. Cap.III.

PAssio alselac apostemata & pustulae ab vna & eadē causa efficiunt. Et curatio earum est eadem.

Alselac

De corrosione. Cap.IIII.

COrrosionis principiū & eius causa est aliqua egritudinū predictarum. s. alselac apostematū & pustularū. Signum eius principij est nigredo harum pustularum & quando hoc apparet iube flebotomare infirmū & laxa

Corrosionis oris causa Sig. prin.

Alnoara

re coleram rub. Postea vero curetur os cum sumptione rubub & rerum stipticarũ que dicte sunt, & si hoc non sufficit accipiat alnoara sicca q̃ congregat in parietibus vasorũ balnei, & abluatur cum eo corruptio omni die ter donec recedat, & si non curatur cum hoc fricetur locus cum vngento ægiptiaco vel propinentur hij trocisci de arsenico quorũ compositio talis est. ℞. arsenici rubei & citrini alumis partes equales teratur totũ cum aceto & fiant trocisci & exsiccentur & in hora necessitatis terat vnus de eis & cũ eo fricetur locus corruptus donec cadat caro corrupta. Postea vero abluatur os cum oleo ros. aut cum succo plantaginis & si aliqd remanserit ex corruptione reiteretur medicamen in eo donec sanet. Postea vero curet cum eo ꝙ carnem generat.

De fœtore oris. Cap. V.

albachar fit q̃tuor modis

FOetor oris qui dicitur albachar fit quatuor modis. Quia aut prouenit ex corruptione gingiuarũ, aut ex corruptione stomachi, aut ex calore stomachi, aut ex humore putrido generato in cerebro in ventriculo medio & postremo quẽ natura expellit ad palatum. Signum huius quando est ex corruptione gingiuarũ est quia patet ad sensum. Signum eius ex corruptione stomachi est quia os existit sanum a corruptione & putredine & quia exit malus odor per anhelitũ quando anhelat. Signum a calore stomachi est quia in hora cibi alleuiatur. Signũ ex ventriculis cerebri est qa sentit infirmus malũ saporem descendentem a suo palato cuius odor exit per nasum. Curatio ex gingiuis est quoniã si dentis putredo est auferatur. Si vero alia corruptio curet cum hijs que dicta sunt donec recedat. Curatio eius ex causa putredinis stomachi est vomitus cum sale aneto bletis ruta & similibus que vomitiua sunt & scripta sunt in suo loco. Deinde purget cum pillulis stomaticis & cochijs & pillulis de aloe & similibus, & ex hijs que conferunt ad mundificationem stomachi est quod sumat ieiuno stomacho de trifera parua cum yera pigra vel confert ad hoc dualmust & confectio alabha. Modus confectionis conferentis malo odori oris puenienti ex flegmate & humorũ putredine. ℞. cimarũ mirte humide partes. iij. salis storacis. spice corticũ citri masticis gallie mus. gariof. añ partẽ. i. terant & conficiant cũ passulis sine arillis & sumat de eo omni die ad modum nucis. Quando aũt prouenit ex calore stomaci fiat flebotomia & laxetur colera rubea, & confert ad hoc iuuamentũ sua proprietate comestio.

Sig. ex corruptione gingiuarum

Sig. ex stomacho

Sig. ex cerebro

Cura ex gingiuis

Cura ex stomach.

Quando vero fuerit ex causa ventriculorum cerebri sumat de yera magna & faciat gargarismũ ad deponendũ flegma a palato.

Cura ex cerebro.

De saliua fluente sequitur. &c. Cap. VI.

Saliua ex ore fluens duabus causis fit. Signa Cura

SAliua fluens ex ore accidit duabus ex causis, aut enim ex humore aquoso in stomacho existente aut ex oris pustulis. Signum humoris aquosi in stomacho est, qa os existit sanum & liberũ ab apostemate vel pustulis. Et eius curatio est ꝙ sumat de trifera & confert celeri iuuamento ꝙ accipiat de alberid. ʒ. iij. & de zinziberi. ʒ. vi. ad pondus oĩm de zuccaro & terat totũ & fiat puluis de quo accipiat quolibet die. ʒ. iiij. & confert iuuamentũ ad hoc frequens vomitus cum aqua calida & secaniabin squillitico & mundificare dentes omni mane. Et confert masticatio picis per se vel cum pipere vel secaniabin & declinet eius cibꝰ ad ea quæ exsiccant sicut est alsanic & alcahac & cibaria q̃ dicunt almatagnat & alcolay & similia. Quæ vero prouenit a causa pustularũ curetur cum hijs que diximus.

De siccitate sputi. Cap. VII.

Sputi siccitas ex duab' fit causis Signa Cura

SPuti siccitas fit ex duabus causis aut ex calore renũ aut priuatione aque vt viatoribus accidit. Signũ caloris renũ est quia cõtinue bibit aquã nec satiat ea, & ipsam statim mingit albã sicuc eam sumpsit. Et curatio eius est ꝙ sumat aliquẽ sirupoꝶ stipticorũ sicut sirupũ alcanchari & sirupũ granatorũ & similes q suo loco scribunt. Qñ aũt prouenit ex defectu aque abstineat a locutione & vociferatione ira & labore & multitudine vestimentorũ & oĩ cibo exsiccatiuo, & ab aqua salsa & alciamac & cõmedat oĩa olera humida & acetosos fructus: Quod si fuerit in itinere & oĩa huiusmodi ablata fuerint accipiat de lapillis frigidis, & siccis & intromittat ori suo sigillatim vel intromittat ori de thamar. aut de psilio & intromittat in ore frustrũ vnũ de argento puro vel margaritã vel lapidẽ iacinctũ & coniungat sua labia quousqꝫ inueniat aquã. Reliquas vero passiones sitis perfecte dicemus cum passionibus stomachi.

TRACTATVS. XI. DIVIDITVR IN sex capl'a. De enumeratione egritudinũ gutturis. Cap. I.

alhalcoy allucztin Alcuzlama Alserac

DE egritudinibus gutturis ꝙ dicit alhalcoy & sunt octo. s. apostema vuulæ & ꝙ dicit allucztin & alcuzlama & apa palati & species squinantie priuatio vocis & eiꝰ grossities egritudo q̃ dicit alseracet ẽ qñ

ingreditur guttur aliquid eorum que comeduntur & bibuntur.

De apostemate vuule sequitur. Ca.II.

Apa vuule tribus causatur modis

Apostema vuule fit tribus modis, quia aut fit tumor in suo capite & appellatur tunc apostema vuee vel apostema durum aut fit inflatio & appellatur apostema stomaticum, & generatur ex humore putrido a capite descendente vel ex fumo a stomaco ascendente, fit autem ex aliquo quatuor humorum. s. ex sanguine colera rub. flegmate & colera nigra.

sig. sang.

Signum sanguinis rubedo vuule, eiusque tumor & inflamatio & fortis dolor & delectatur in rebus frigidis, & si conueniunt ad hoc complexio tempus & etas erit fortius.

sig. cole. rubee

Signum colere rub. est fortis dolor cum punctione inflatio & sitis et oris siccitas, & si concordant ad hoc complexio tempus & etas erit fortius.

Signum flegmatis

Signum flegmatis est albedo vuule eiusque mollicies remissio doloris & sitis & abundantia humiditatis & eius delectatio in rebus calidis.

sig. co. ni.

Signum colere nigre est liuedo coloris durities & egritudinis diuturnitas sine calore & dolore, & si conueniunt ad hoc complexio tempus & etas fortius erit.

Cura sanguinis

Curatio eius ex sanguine est cum flebotomia vene cordialis que dicitur basilica & appositione ventose super fontanella colli, aut aptione venarum existentium sub lingua. Postea vero faciat gargarismum cum aceto & aqua ros. vel accipiatur de balaustijs gall. masticis gallia sandal. equales partes camphore quartam partem pulverizentur & applicetur de eo bono modo in loco, & hoc fiat pluries usque ad sanationem, & si hoc non sufficit non potest sanari sine maturatione donec aperiatur. Postea vero aperiatur cum ferro vel incidatur.

Cura co. rubee

Et quando fuerit ex causa colere ru. laxetur cum vekia mirabol. & decoctione cassiefist. & similibus. Postea vero faciat gargarismum cum succo plantaginis & succo solatri & succo semperuiue & coriandro humido & aceto & succo granatorum & inungatur vuula cum bolo armeno sandalis & faufel cum succo solatri vel aqua ros. & similibus, & si hoc non valet diuerte intentionem tuam curare cum solutiuis & maturatiuis donec aperiatur.

Cura flegmatis

Quando vero fuerit ex causa flegmatis laxetur natura cum pillulis cochijs gal. vel cum stomaticis & quod repercutit humorem retrorsum est quod accipiantur galla & terantur cum aceto & liniatur cum eo intus cum digito vel penna, & confert ad hoc quod accipiantur sumac cortices granatorum aut rose vel balaustie vel mirte coniunctim aut separatim aut terantur & loco applicentur vel accipiatur granatum dulce & granatum acetosum & exprimatur sicut sunt & decoquatur succus ipsorum quousque veniat ad spissitudinem mellis & applicetur de eo locis gutturis que dicuntur allaha & alloztin, & si non sufficiunt que diximus redeat ad administrandum decoctiones & est ut faciat gargarismum cum aqua decoctionis ficuum & dactilorum vel cum foenugreco & similibus, & liniatur cum succo citroli, vel succo caulium & absinthij & nitro.

Allaha Alloztin

Modus medicaminis ad casum vuule expertus. Rx. sal armoniaci & piperis partes equales terantur & cribellentur & vuule applicentur cum instrumento quod dicitur almalhaca.

Almalhaca

Cura co. nigre

Curatio eius ex colera nigra est quod euacuetur cum cochijs & confert ei clisterizatio & gargarismus in sui principio cum hijs que repercutiunt humorem in fine vero cum hijs que maturant & dissoluunt sicut gargarismo cum vino & melle cum aqua decoctionis seminis lini & camomille coniunctim aut diuisim donec sedetur dolor & soluatur, & si hoc non valet non potest euadere sine incisione vel cauterio vel apertione & non incidetur de huiusmodi nisi species que dicitur alhanabi nec festinare debet ad hoc nisi cum diligenti consilio periti medici ut suo loco determinatur.

alhanabi

De apostemate alluztin. Cap.III.

alluztin & alalcema & aldabha Squinantia

Apostema alluztin & al alcema & palati curantur sicut curantur apostemata vuule. Dicitur autem hoc apostema aldabha .i. squinantia. Generatur autem ex humore a capite fluente ad maiorem anulum superiorem canne pulmonis qui dicitur epiglotum ex quo apostemate suffocatur homo, generatur autem hoc vel in musculo intrinseco gutturis vel extrinseco aut in utroque simul aut fit inferius ut diximus, & apparet apostema & rubedo extra ceruicem & non intus aut apparebit intus & extra simul, aut apparebit intus & non extra. Quod autem peius omnium est quando nihil apparet de apostemate in gutture & palato, nec intus nec extra & hoc genus possibile est interficere in prima vel secunda die. Genus autem securum de huiusmodi apostematibus est contrario modo eius quod diximus & est quod videatur apostema & rubedo in gutture & palato intus & extra in ceruice vel in ambobus simul ita quod apostema non multum profundetur interius & estimabit tunc medicus esse sanatum infirmum apostema tamen conuersum est intra guttur & repente necabit nisi forte superueniat infirmo fluxus ventris & vrine, aut exitus sanguinis vel exitus humoris putridi ex ore

tunc enim fit fiducia perfecte sanitatis infirmi.

Squinancie spes sunt septe

Species aut squinantie sunt septem quia aut fit ex sanguine aut ex colera rub. aut ex flegmate grosso & frigido, aut ex flegmate salso, aut ex colera nigra, aut ex lesione alicuius iuncturarum ceruicis, aut ex comestione generum siregarum mortiferorum vel ex causa exiture palati.

Sig. sang.

Signum cause sanguinis est rubedo apostematis & plenitudo corporis infirmi cum rubore faciei & plenitudine venarum, ac ipsarum pulsatione & quia sentit infirmus sapore fortis vini, & quando conueniunt ad hoc etas complexio & precedens regimen erit illud fortius.

Sig. co. rubee

Signu cause colere rub. est quia sentit infirmus febre & molestiam cum acumine & dolore pungitiuo & fortis sitis & pulsatio venarum & apparitio ipsarum, & si concordant ad hoc etas & complexio erit fortius.

Sig. fleg. salsi.

Signum flegmatis salsi est quia percipit infirmus sapore salsum cum lento calore & quia fit vox infirmi quasi vox catulorum canium.

Sig. cole. nigre

Signum ex colera nigra est liuedo apostematis eiusq; durities diuturnitas egritudinis & sapor acetosus in ore & sensus loci egritudinis absq; calore & febre, & si conueniunt ad hoc etas & complexio erit fortius. Suffocatio aut que accidit ex lesione alicuius iuncturarum ceruicis intus fit aut ex casu vel ex percussione vel apostemate musculorum iuncturis adherentiu, quorum signum est ex hijs que sensus iudicat & que infirmus refert.

Squinancie accidetia mala

Mala accidentia squinancie sunt dolor gutturis & apertio oris infirmi propter stricturam gutturis extensio ceruicis & difficultas transglutiendi cibum & potum, & possibile est aduenire sibi febrem.

Accntia bona squinacie

Bona vero accidentia significantia salute sunt virtus cordis leuitas corporis & anhelitus temperantia somni, & quia vrina & egestio in suo modo sanitatis permanent, & faciliter exeunt & non grauiter impeditur eius transglutio cibi & potus.

Cura sanguinis

Curatio eius quando est ex causa sanguinis, est cum flebotomia vene capitis si non erit aliqd prohibens & extrahatur ex sanguine secundu virtute infirmi quod si constauerit tibi sanguine esse mixtu cum colera laxetur natura cum decoctione cassiefist. & mane tamarindorum iuiubarum viol. & similiu. Deinde vero gargarizet & apud sui principiu cum hijs que repercutiunt humore vt cu rob de celsis aut rob de nucibus, aut rob de fructu mirte vel rob de citonijs vel cu succo plantaginis aut coriandro humido cu aceto & secaniabin zuccarino vel infundant furfures ordei in aceto & exprimant & colentur & gargarizet cum eo, vel gargarizet cum aqua decoctionis balaustiarum rosarum & sumac & baccaru mirte & lentium & aliorum consimiliu que coadunat, & caueat sibi vltima cautela quod non resoluat in principio, hoc enim ducit ad interitu infirmi cu festinantia sicut idoneo testimonio certificati sumus de operatioe stultorum quonia vt in pluribus cum accidit hæc egritudo incipiunt aqua calefacere & in ea petias panni lini submergentes ceruici eas calidas superponunt & iubet fieri gargarismu cum rob & piretro & similibus, & cito necant infirmum & patuit nobis pluries testimonium huiusmodi, sed facere debet infirmus in principio qd diuertat humore tribus aut quatuor diebus vt manifestet sibi per hoc status egritudinis & quies accidentiu & caloris alleuiatio & tunc oportet administrare dissolutiuas res sicut gargarismu cum rob de celsis cum modico mirte rubee & gargarismu cum lacte statim mulso in quo dissoluta sit medulla cassief. & si hoc non valet misceatur in qualibet libra lactis cocti. ʒ. ß. baurac. & mirte an. ʒ i. & gargarizet cum eo & gargarizet cum succo granatorum aut succo solatri cum modico acetositatis citri vel cum lacte asine vel capre acetoso vel cum succo coriandri humidi & gargarizet cum eo. Modus pulmenti quod sumere debet patiens quando non habet posse sumere cibum & est quod accipiat de medulla seminum citru. & melo. & cucur. dulcis & pistent quousq; deueniant ad modum medulle & misceatur cum eis de amido & dragaganto & oleo amigdal. dul. & coquatur totum in olla & sumat illud in mane, vel accipiatur amidum & permisceatur cum lacte statim mulso & apponantur in eo de penidijs & oleo amigd. & modico medulle seminu citru. & coquatur & sumatur. Si vero egritudo confirmata fuerit cu strictura gutturis accipiatur tunc de semine armel & semine radicis asa & mirra baurac & sale armoniaco separatim aut coniunctim & terantur & gutturi insufflentur. Si vero infirmus nihil valeat deglutire apponantur ventosæ in superioribus colli vt attrahant fortiter & tunc sumat de ptisana ordei quoniam facile sibi erit transglutire quamlibet rem dum ventosæ collo adherent, & si vene quæ sunt sub lingua plenæ fuerint flebotomentur postquam flebotomata fuerit vena capitis sicut diximus, & si habuerit febre administretur clistere lenitiuum nature ex furfure semine lini altee iuiubis sebesten oleo viol. & modico baurac vel sale & abluatur manus & pedes in aqua decoctionis camomille aneti & melliloti & hoc fiat sepe in die & ligent crura & brachia desubter ad supius & imprimat ea suis manib9 forti impssioe post ligaturarum solutione & emplastret

ceruix & posteriora capitis in principio egritudinis cũ plantagine & farina ordei & oleo rosˀ. Et post sedationes egritudinis cũ ceroto facto cũ oleo camomille & oleo violarꝫ vel emplastretur cũ decoctione ficuũ & farina fœnugreci. Si vero cũ hijs non suscipit curationẽ impossibile est curari sine incisione super gutture queadmodũ determinatũ est in opatione manuali. Quando aũt fit ex colera rub. pmo euacuetˀ & postea flebotometˀ. Postea vero faciat gargarismũ cũ rebus stipticis vt dictũ est & bibat aquã ordei & muscilaginẽ psilij cũ zuccaro & continuet gargarismũ sicut dictũ est, & comedat attriplices & portulacã, & si potest trãsglutire aliqd laxetˀ natura cũ.3.i.pulueris yere pigre & libr.5. succi corigiole & laxetˀ cum cochijs vel cũ alijs laxatiuis. Postea vero faciat gargarismũ in principio egritudinis cũ rob de vuis aut rob de celsis, & postea gargariset cum aqua mellis vel cũ vino in quo solutũ sit de sinapi puluerizato vel de piretro vel de zinziberi, aut cũ secaniabin & succo radicis vel cũ decoctione ficuũ in qua dissoluatˀ baurac & insuffletur gutturi baurac asa fetida & sal armonia cũ. Et si non curatˀ cũ hijs liniatˀ palatũ & apostema si apparet cũ stercore caniũ albo cõmedentiũ ossa puluerizato cum melle qm̃ est expertũ, aut gargariset cũ medicamine alharmel, & cum medicina alcatatif & liniatˀ guttur ab extra cũ stercore caniũ vel cũ piretro puluerizato & distempato cũ vino aut liniatˀ cũ medicina claga donec ampulletˀ locus & abluatˀ cũ aqua de coctionis camomille aneti centauree & melliloti & similiũ. Deinde liniatˀ ceruix cũ aliquo calidorꝫ oleorꝫ, & qñ est ex flegmate salso curetur curatione eius que fit ex sanguine & que fit ex flegmate medio modo ita ꝙ accipiatˀ curatio ex vtroqꝫ. Quando vero prouenit ex colera nigra & potest infirmus trãsglutire aliqd laxetur cũ yera magna vel parua cũ decoctione vel infusione epithimi vel cũ calido clisteri, & fricentˀ pedes forti fricatione in aqua in qua cocta sit camomilla & mellilotũ & gargariset cũ melle & aqua decoctiõis seminis lini camomille fœnugreci melliloti & emplastretˀ apostema deforis cũ fœnugreco se. lini camomillˀ aneto & semine cauliũ aut eius folijs & sit cibus eius ius cicerũ cũ oleo sisamino vel amigdalino & bibat aquã mellis. Quando aũt prouenit ex causa declinationis iuncturarꝫ colli fiat flebotomia & cetera que diximus in curatione illius que prouenit ex sanguine, & si cũ hijs non curatˀ curetur cum hijs que in manuali operatione diximus. Si vero declinatio iuncture fuerit ex apostemate musculi vel nerui non recipit

Cura co. rubee · *Cura flegmatis salsi* · *Cura co. nigræ*

curationẽ. Quando vero prouenit ex causa palati ab hijs quæ ab extra eueniunt, videatur quoniam si spuma exit de ore non curatur. Si vero non exit spuma de ore sit studium eius curari tunc cum hijs quæ dicta sunt in ea que fit a sanguine. Quando vero fit ex commestione fungorum mortiferorꝫ faciat gargarismũ cum secaniabin squillitico, & iam diximus curationem eius cum curatione rerum mortiferarum Memoratio eorum que aperiunt omnia apostemata gutturis quãdo manifestata fuerit maturatio apostematis & collectio humoris putridi, gargarizet infirmus cum lacte capre statim mulso, aut cum lacte asine cum modico semine altee vel gumi draganti cum modico olei violarꝫ, aut accipiatˀ butirum & dissoluatur in eo modicum de farina orobi vel lupini & gargarizet cum eo, hoc enim aperit apostemata cum facilitate. Modus medicaminis aperientis apostemata cum facilitate, accipiatur de muscilagine seminũ citoniorꝫ & muscilaginis seminis altee & lacte asine acetoso & lacte capre & succo blete equaliter & teratur in eis de radice lilij & de radice altee & misceatur totũ & gargarizet cum eo, hoc enim aperit ea cum facilitate & si fuerit infirmus fortis gargarizet cũ stercore canium & lacte asine. Et quando fuerit apertum apostema oportet eum gargarizare cum vitello oui crudi & modico amido & dragaganto mixtis cum oleo violˀ. vel gargarizet cum muscilagine seminis citoniorꝫ vel muscilagine psilij, vel cum succo foliorꝫ altee tritorum & expressorꝫ, vel cum aqua decoctionis ordei bene cocti cum puluere radicis liquiric. & ficubus pinguibus & radice lilij & cassiaf. & oleo violato, & comedat ptisanam furfurũ cum oleo amigdalarꝫ & liniatur guttur de foris cum ceroto facto de oleo violarꝫ gumi draganto & vitello oui.

Cura Causa palati · *Aperientia guttu. apata*

De priuatione vocis & eius raucedine. Ca. IIII.

Priuatio vocis & eius raucedo multis fit de causis aut enim ex humore calido vel frigido a capite fluẽte ad instrumẽta anhelitus, vel ex hũore inter pectus & pulmonẽ recluso, aut ex vlcere facto in pulmone ex violentis vociferationibus, aut ex multo sermone, vel ex attractione venti frigidi. Signum eius ex humore calido est plenitudo faciei eiusqꝫ rubedo clausura venarꝫ, & cetera signa sanguinis. Signũ eius ex causa hũoris frigidi est albedo coloris et manifestatio flegmatis et eiˀ fluxus ab istrumẽtis vocis & si cõcordãt ad hoc cõplexio

Vocis priuatio & eiˀ raucedo pluribus ex causis fit · *Sig. ex calore* · *Sig. frig*

Sig. ex vocifera. vehemēti

& ætas & tempus erit signū fortius. Signū ex causa vociferationū vehementiū & attractōis aeris frigidi est ex hijs que infirmus recitat.

Cura ex cal.

Curatio eius qñ est ex humore calido est ꝙ flebotometur vena capitis si nihil erit ꝓhibens. Postea vero laxetur natura eius cū decoctione cassief. & manna & gargarizet cū illis. Postea vero teneat in ore gumi dragantū & arabicū & succum liquiric. cōiunctim vel separatim. Modus pillularꝫ tenendarꝫ sub lingua conferentiū iuuamentū priuationi vocis & eius raucedini. ℞. gumi arab. gumi draganti succi liquiri. amidi sachag medulle seminis citro. & semis cucur. semis portulace amigd. dulc. excorticatarꝫ añ. ʒ.iij. croci. ʒ.ſ. penidij. ʒ.vi. terant oia & conficiantur cum muscilagine seminis citoniorꝫ et informent de eis pillule ad modū fabarū & teneat vnā illarꝫ sub lingua & transglutiat quicquid ex ea resoluitur sunt enim mirabilis iuuamenti, & sint eius cibi ptisana de ordeo amidum ta & ptisana de furfurib⁹ cū oleo amigdalino & penidio.

Cura ex fri.

Quando aūt fit ex humore frigido gargarizet cum rob & melle & modico yere pigre, vel vtat cottidie de melle cocto cum aromatibus, & confert ei iuuamentū excelsum ꝙ accipiat de succo foliorꝫ cauliū & tātundem mellis & coquat totū in lento igne donec redeat ad modū lohoc. i. sorbitionis & absorbeat de ea quolibet mane quoniā est expertum. Modus lohoc ad priuationē vocis & sermonis experti. ℞. radicis liquiric. mundate gumi draganti piperis albi mirre rubee cassie lignee gumi arab. olibani añ. ʒ.ij. spice. ʒ.ſ. teratur totū & cribellet, deīde accipiat rob de vuis & penidiū & coquant, postea misceant cū eis predicte species donec fiat admodum lohoc & sorbeat de eo plurib⁹ diebus mane & sero. ℞. ficuū siccarꝫ mente gumi arabici equales partes teratur totū & conficiat cum rob dulci de vuis & sorbeat ex eo mane & sero.

De grossitie vocis. Cap. V.

Grossiciei vocis causę

GRossities vocis fit excessu siccitatis instrumentorꝫ vocis. Fit aūt vel ex causa intrinseca vel extrinseca. Intrinseca aut est malicia cōplexionis sicce, aut malicia cōplexionis frigide. Extrinseca vero causa est vt ex puluere vel fumo vel acutis specieb⁹ & grossis & cibis & potibus grossis.

Sig. sicci.

Signū cause siccitatis est paucitas humiditatis, & si conueniunt ad hoc complexio tempus & etas erit signum fortius.

Sig. frig.

Signū frigiditatis est quia delectatur in rebus calidis & abhorret frigidas, & quia sentit grauedinē absqꝫ dolore & somnus.

Cura ex siccitate

Curatio eius quando est a siccitate est quod ingrediatur balneum aque dulcis sepe & vtatur cibis humidis & lenitiuis grossiciei, sicut pulmēto de amido & pulmento de ordeo cum oleo amigdalarum vel oleo sisamorꝫ & sumac de muscilagine seminis citoniorum & gumi draganti vel de muscilagine psilij vel de syrupo sebesten & iuiubarū & violarꝫ & penidiorꝫ, & de ptisana ordei bene cocta cum sebesten & oleo amigd. & sumat decoctionē fœnugreci & decoctionem ysopi minorē, & administret ei hoc allohoc, cuius effectus est iuuare grossiciei cannæ pulmonis & vocis priuationē quando fuerit a causa flegmatica. ℞. succi liquiric. gumi pini gumi arabic. mirre añ partes equales terant & cōficiantur cum gumi pini & misceat cū eis de butiro vaccino, & sumat de eo quolibet mane & sanabit a vocis grossitudine. Quando vero fit ex causa pulueris & calidarꝫ medicinarꝫ & grossorꝫ ciborꝫ curet cum hijs que diximus in memoratione ciborꝫ & medicinis pectoris.

De passione que dicit alserac. Cap. VI.

Alserac descriptio

ALserac est quod ingreditur cannā pulmonis & accidit hoc quando in actu cōmestionis interponit locutio vel risus. Tunc enim aperit canna pulmonis vt incidit ei aliquid ex cibo vel potu, quod si non potest illud educere cū violētia tussis possibile est eum mori propter priuationē anhelitus & hoc dicit alserac, quare oportet hominē dimittere sermonē & risum in hora comestionis & commedere suauiter & paulutim. Et quando accidit ei aliquid huiusmodi nitat tussire violenter & eiciat totū illud quod de cibo & potu cōtinetur in gutture cum festinantia & cum hoc euadet cum adiutorio dei.

TRACTATVS. XII. IN SEPTEM DIuiditur capitula. De passionum almeri enumeratione. Cap. I.

DE passionibus almeri cuius passiones sunt octo, mutatio cōplexionis, apostemata, & collectiones excoriatio impedimentū transglutionis, sanguisuga in ipso adherens & quod in ipso infigit spina. s. vel os vel quecunqꝫ res comestibilis.

De mutatione cōplexionis seqtur. Ca. II.

Mutatio nis cōplexionis meri causæ

Sig. cal.

MVtatio cōplexionis fit aut ex caliditate aut ex frigiditate aut siccitate aut humiditate. Signū caliditatis est quia sentit calorē in ore & gutture toto & debilitatem operationis nature & possibile est sentire

Sig.frig. calorem in collo. Signum frigiditatis est quia visus est cibo & priuatus est eo diu cũ angustia
Sig.sicci. & molestia. Signũ siccitatis qa percipit iuuamentum in rebus humidis & abhorret siccas.
Si.humi. Signũ humiditatis est contrariũ illi. Et curatio
Cura eius est qñ sentit mutationẽ cõplexionis resistere ei cum suo contrario cibo.s.vel medicina vt calido cũ frigido hũido cũ sicco & sic de reliqs.

De apatibus & collectionibus. Ca.III.

Apatum meri cã Si.gñale A Postemata vero & collectiones fiunt aut ex calore aut ex frigore. Signũ apostematis existentis in meri est vt cũ transglutit aliqd intrat cũ facilitate quousq ad locũ apostematis & collectionis puenit, & tũc sentit fortẽ dolorẽ & impedit ei transglutitio ita q possibile est retrocedere p nares quod sumpserit ex cibo & potu & precipue si iacens supine fuerit & cũ transit cibus locũ apostematis non sentit dolorem, & qñ fuerit apostema
Sig.ex calore vel collectio ex causa calida accidunt ei ex hoc fortis dolor & sitis & calor qsi febrilis & maxime in principio apostematis.
Sig.frig. Signũ frigiditatis est quia sentit infirmus grauitatẽ & lentum calorẽ & sitim & non pcipit dolorẽ nisi cũ trãsglutit cibũ vel potũ & precipue rerũ frigidarum, aut acetosarũ vel ponticarũ vel salsarũ &
Si.apatis & collectionis sil Cura parum pcipit quãdo sumit res calidas. Signũ apostematis & collectionis simul est qa sentit punctionẽ doloris fortẽ cũ incisione & modico fœtore anhelitus. Et curatio earum est sicut curatio apostematũ gutturis & cannę pulmonis & vuulę equaliter cũ cibo.s.vel medicina sicut dictum est.

De passione quę dicit alselac sequit. Ca.IIII.

Alselac seu excoriationis meri causa E Xcoriatio fit aut ex forti calore cũ febre aut sine febre aut ex siccitate aut ex vsu ciborũ potẽtia & actu calidorũ aut acetosorũ aut salsorũ vel ex transglutitiõe alicuius mineraliũ vt ferri vel nitri & similiũ q opprimũt & excoriãt guttur.
Sig.for. incisionis Cura Signũ fortis incisionis est quia sentit eam in hora transglutitõis cibi & maxime rerũ in qbus est aliqd grossitudinis. Et curatio eius est q administret omnis res in qua est lubricitas & viscositas, hoc aũt perfecte inuenit in curatione grossitudinis vocis et egritudinum pulmonis.

De impedimento transglutitõis. Cap.V.

Transglutitio ipedit ex mltis causis Q Voniã impedimentũ trãsglutitõis fit aut ex aliqua specierũ suffocatiõis & apostematũ quarũ precessit memoratio vel ex declinatione alicuius iunctturarũ colli ad interiora. Vnde coartat meri & fit ei difficilis transglutitio vel ex prefocatione contingente ex ipso cibo non bene masticato & magno bolo simul transglutito, aut ex cõmestione mortiferorũ fungorũ, & iam prae cessit nobis memoria curationis specierũ suffocationis & apostematũ in hijs quę dicta sunt.
Curatio suffocationis cõtingentis ex transglutitione magni boli est q bibat aquã calidã si potest sin aũt non nitat transglutire illud violenter & tunc descendet bolus ille. Cura suffocatiõis ex magno bolo Si vero priuat⁹ fuerit adhuc nec valet illud transglutire pcutiat fortiter super collũ propria manu semel aut bis, tũc em statim descendet cibus aut exibit p os, & ppter hoc expedit vt nõ cõmedat qs quousq fuerit aqua parata sibi in mensa & si non habuerit aquã est necesse cõmedere paulatim & bene masticare & suauiter trãsglutire, & abstineat a locutione & risu in hora cõmestionis & non respiciat a suis lateribus & cum hoc exemptus erit a suffocatione cũ adiutorio dei.

De sanguisugis gutturi adherẽtibus. Ca.VI.

S Anguisugę adherent gutturi in hora potus aque fontis vel flumis & adheret aut naribus aut cannę pulmonis aut meri. Sanguisugarũ adherẽtia Signum huius est qa sentit eam patiens, & sentit suctionẽ in suo gutture cũ modica mordicatione & grossitudine ppter motũ sanguisugę & exitũ subtilis sanguinis post vnũ vel duos dies. Sig.adherẽtiũ sanguisugarũ
Cura Curatio eius est q aperiat os versus solem et attrahat lingua cũ tenaculis ferreis vel ęreis donec manifestant sanguisugę & tunc educatur manu vel paruis forficulis q dicunt almachlab vt determinatũ est in opatione manuali. Si vero non apparet sanguisuga nec valet vlla ingeniatio ad extrahẽdũ eã tunc est necesse fieri gargarismũ cũ aceto & baurac vel aceto & sinapi, vel aceto & asa vel aceto & sale & succo expresso de cepis, vel accipiat de sinapi & baurac sale armoniaco & vitriolo añ ptes ęq̃les terant & insufflent de eis gutturi & puocet se patiens ad sternutandũ tota die. Postea vero multum comedat de allijs, postea vero ingrediatur balneum aque vel flumen vsq ad mentũ suum, & apto ore in aqua statim exibit sanguisuga & irruet in aquã ppter motũ aque, & si instillat naribus & gutturi de succo herbę sanguisugę quae dicitur anaglis statim operabitur & est expertum. Anaglis

De hijs que figunt in meri. Ca.VII.

Q Vando inuersat aliqd & figit in meri de osse.s.aut cibo aut spina & huiusmodi expedit tunc apire os ad solẽ & si apparet illud extrahat cum instrumentis q dicunt calalib puis & gracilibus Cura in meri fixorũ

q̄ descripta sunt. Si xo sensui nō manifestanť oportet tunc transglutire magnū bolū de pane tenero vel sumat vnā sicū siccā & masticatam optime transglutiat ipsam vel transglutiat de ficubus magnos bolos frequenter, & si cum hijs non recedit accipiať spongia maris noua & ligato in ea filo cum quo teneať ad locū vbi est spina & huiusmodi & tunc educať festinanter qm̄ exibit cum ea spina vel os, & si cū hijs non exiuerit fiat gargarismus maturationis apostematum sicut prediximus & apertis apostematibus exibunt enim spinę & ossa.

TRACTATVS.XIII. DE PECTOris passionibus in octo partitur capl'a.

De egritudinum pectoris elucidatione. Cap.I.

DE egritudinibus pectoris & pulmōis que sunt.x.s.tussis alteratio cōplexionis egritudo alsal & est egritudo sicca fœtor anhelitus breuitas anhelitus exitus sanguinis cum sputo exitus humoris putridi apostema q̄ dicit alsola & apostema costar℞.

De tussi. Cap.II.

Tussis q̄b ex causis fit

TVssis est motus nature ad expellēdum nociua sibi. Fit aūt aut ex causa intrinseca aut extrinseca. Intrinseca fit ex aliqua iiij. cōplexionū simpliciū aut ex humore recluso in pulmone vel instrumentis spūs & in pectore & est aut frigidus aut calidus aut humidus aut siccus aut cōpositus vel ex apostemate facto in pulmone & apostema quidē generať ex aliquo. iiij. humor℞ & est aut recens aut antiquū vt putridū & humidū vel siccū & durū, aut congregať humor putridus in pulmone & est aut grossus aut subtilis, aut non putridus, vel ex sanguine congregato in eo similiter, & erit aut ex venis pulsatilibus aut ex tranquillis vel ex humore frigido congregato in meatibus pulmonis & erit ille humor aut subtilis fluens aut grossus viscosus vel ex animalibus generatis in canna pulmonis & locis vacuis q̄ minora sunt muscilaginibus & transferunť de loco sue originis resultat tussis ex ipsor℞ motu & quando quiescunt in suo loco quiescit tussis aut ex reumatibus a capite fluentibus, qđ aūt sunt calida aut frigida tussis aūt cuius causa est extrinseca fit aut ex flatu boreę immediate insurgentis post flatū austri, qa generat reumata & ex fumo vel puluere vel attractione venti frigidi vel sicci aut ex cōmestione cibor℞ frigidor℞ & potu rer℞ frigidar℞ aut acetosar℞ aut ponticarum aut grossar℞ vel cōmestiōe medicinar℞ sicar℞ vel grossar℞ aut ex aliq̄ cibi vel potus canna pulmonis incidente ꝓpter q̄ incitať tussis.

Sig. cali. sine humore

Signū caloris absq̧ humore est qa non percipit infirmus frigiditatē nec humiditatē neq̧ siccitatē & si fuerit calor cum humore & est calidus & humidus apparebit rubor faciei & plenitudo venar℞ et fit eius sputū fœtidū maxime post dormitionē.

Sig. frig.

Signū frigiditatis est qa non sentit calorē neq̧ humiditatē neq̧ siccitatē, & si fuerit humiditas cū frigiditate non habebit sitim, & dolor eius lentus & non delectať in aq̄ calida, & offendeť ab aere frigido, & erit eius anhelitus paruus & occultus & similiter pulsus.

Sig. hu.

Signū humiditatis est qa non sentit infirmus calorē neq̧ frigus neq̧ calorē neq̧ siccitatem, & si fuerit hūiditas cū frigiditate erit sputum eius grossum & indigestū & recipit delectationē & iuuamentū in rebus siccis & offenditur ab humidis.

Sig. sicci.

Signū siccitatis est qa nō sentit caliditatē neq̧ frigiditatē neq̧ humiditatem sed si cum siccitate fuerit calor sentiet cū tussi asperitatē sitim & fortē dolorē & magnitudinem anhelitus vna vice post aliā & delectať in aere frigido & offendiť a calido.

Si. apostematis cali. sanguinei

Signū apostematis calidi sanguinei est febris & breuitas anhelitus valde rubor faciei sitis pulsus freq̄ns & qa delectať in aere frigido.

Sig. col. rubeæ

Signū colerę rubeę est dominiū hor℞ predictor℞ accidentiū & fortis calor & sitis & amaricatio oris & corporis siccitas.

Sig. fleg.

Signū flegmatis est breuitas anhelitus sine aliquo calore & sine rubore faciei & siti cum multo sputo.

Sig. col. nigræ

Signū colerę nigrę est qa abbreuiať anhelitus paulatim in longo tēpore & qa est tussis absq̧ sputo & calore pectoris, & difficultas attrahendi spiritū & possibile est alleuiari aliquātulū & non sanari de eo.

Sig. collectionis

Signū collectionis generatę est sputū sanguinis in pricipio, postea vero sputū humoris putridi in vltimis vero sputū rei q̄ dicit ascascensa in ꝓcessu dier℞ & hoc fit post apostemata costar℞ vel post sputū sanguinis vel post fluxū calidi reumatis a capite exsiccantis corpus in longitudine dier℞ ex quo fit passio sicca que dicit febris.

Ascascensa

Sig. collectiōis putredinalis

Signū collectionis putredinalis multa hūiditas & sputū cū tussi humida & fit in gutture & pectore gurgilatio.

Sig. collectionis siccæ

Signum collectionis siccę est quia expuit iam sanguinē & humorē in principio & ꝓrsus densi sunt & patiť siccā tussim & corporis dissolutionē cū febre ethica continua vt diximus.

Sig. hu. subtilis

Signū eius qn̄ fuerit humor subtilis est qa fit eius exitus difficilis in suo tempore sicut dicemus.

Sig. humi frigidi spissi

Signū eius qn̄ est humor frigidus & spissus spissitudo & oppilatio meatuum pulmonis & manifestatio eius q̄ vomit ad sensum cum breuitate anhelitus et sensu grauitas pectoris & qa delectatur in rebus calidis

Sig. hu. subtilis & calidi

& offendit a frigidis, & qa vigorat̃ egritudo in vsu cibo℞ frigido℞ & grosso℞. Signũ hũoris subtilis & calidi est qa pectus eit cauidũ, vel sentit quasi fumũ exeuntẽ ex gutture cũ aspitate & siti nec potest nisi modicũ expuere aut erit color sui sputi declinans ad liuedinẽ aut ad citrinitatẽ & sapor eius ad salsedinẽ. Signũ animaliũ generato℞ in pulmone est, qa in aliqua hora sentit motũ & in aliqua quietẽ, & accidit ex motu ipso℞ sicca tussis & nos determinauimus hoc in egritudinibus nasi. Signũ humo℞ ascendentiũ ab epate & diafragmate stomaco & similibus est ꝙ cõtingit ex his & infirmus refert & visu pcipit. Sũma signa cognitiõis prauæ tussis est que generatur ex fluxu reumatis capitis vel ex vlcere aut apostemate factis in instrumentis spiritus ꝙ dicit̃ alrabo & multitudo sputi & eius cõtinuatio. Sũma signa cognitionis tussis non male est que causat̃ a malitia cõplexionis instrumento℞ spiritus vel ex asperitate gutturis, aut ex asperitate canne pulmonis vel ex animalibus generatis in pulmone vel ex causis que sunt extra corpus, sicut a fumo & cibis & potib⁹ grossis. Cause sicce tussis q̃n nihil educit̃ cũ ea sunt tres, qa aut ex asperitate gutturis aut ex malitia sicce cõplexionis instrumentis spiritus dñante vel ex humiditate q̃ nititur infirmus educere & nõ põt & fit ei difficilis aut ꝓpter sui spissitudinẽ aut sui viscositatẽ aut sui subtilitatẽ grossa vero & subtilis segregatur & descendit inferius. Cause vero humide tussis sunt aut ex malitia cõplexionis frigide & humide aut ex humore cõgregato in pulmone, aut ex humoribus hinc ascendentibus a stomacho epate & diafragmate, aut ex multo flegmate in corpe dominante sicut accidit senibus & flegmaticis aut ex catarri a capite descẽdentibus vel ex frequenti vsu cibo℞ humidorum & potuũ frigido℞. Curatio tussis generate ex malitia cõplexionis est ꝙ cõmedat ptisanam de ordeo in qua cocta sint sebesten iuiube & liquir. cũ oleo de semĩe cucur. vel oleo amigdal. dulciũ vel oleo viol. cum penid. & zuccaro sali. & sit cibus eius ferculũ factũ cũ cucurbita attriplice & spinacijs & maluis & lactuca & granata dulcia & parui pisces & tri. & pedes agnorum & parue cucurbite assate & medulla seminum citrolo℞ & melonũ & cucurbita℞ & similia. Et bibat sirupum iulep & sirupũ violatũ & sirupũ de sebesten & sirupũ de psilio & sirupum de nenufare & similes, et vngatur pectus cum ceroto facto de oleo viol. aut rof. & emplastretur cum farina ordei distemperata cum succo portulace aut succo rasure cucurbite cũ oleo viola℞. Si vero tussis fuerit ex malitia cõplexionis frigide comedat ptisanã de furfuribus frumenti cum oleo amigdal. & rizum coctum & paratũ & ptisanã de fœnugreco cum ficubus & dactilis & ptisanam de ciceribus, & sint cibi eius pulli columbini elixati in aqua & radices porro℞ & mel paratũ omni die, & decoctio ysopi cum melle, vel decoctio radicum & sumat illud lohoc ꝙ confert tussi frigide & ventositatibus pectoris & albahar. ℞. radicum liquir. abrata℞ seminis lini assi amigd. dul. & amar. añ. ℥. ij. penidio℞. ℥. xij. terat totum & distemperet̃ cũ melle despumato & sumat de eo quolibet mane & sero. ℥. iij. & bibat post illud de aqua calida & est expertũ, & vngatur pectus cum cera rubea & oleo de sambacho aut oleo camomille. Si vero fuerit ex malitia cõplexionis humide assidue ingrediat̃ balneum ieiuno stomacho, & caueat ab oleis humidis & aqua frigida & bibat vinũ vetus & comedat res frixas & exerceat motũ ante cibum, & sumat omni mane de hoc sirupo. ℞. seminis fœniculi & apij radicũ liquir. ysopi sicce capillo℞ veneris mentastri siluestris seminis radicis añ. ℥. i. ficuũ pinguiũ aut dactilo℞ bono℞ lib. ß. coquatur totũ in tribus lib. aque donec deficiat medietas aque, & bibat de eo quolibet die ℥. quatuor, & si hoc nõ sufficit sumat aliquod de generibus lohoc in suo loco descripto℞ & teneat in ore de hijs pillulis. ℞. succi liquir. piperis mirre cardamomi amigdala℞ añ. ℥. i. asæ ℥. ß. terat totum & conficiatur cum aqua mellis & fiant pillule & teneat in ore si forte impeditur ei somnus in nocte propter tussim præ multitudine hũiditatũ est necesse purgare eas cum decoctione ysopi aut decoctione prassij, vel accipiat aliquod de electuarijs scriptis in suo loco, & postea accipiat de hijs pillulis. ℞. mirre storacis liquide thuris boni añ partẽ vnam opij croci añ quartã partẽ terant̃ & informentur pillule sicut grana piperis & ponatur vna post aliã sub lingua in hora somni & deglutiat qđ resoluit̃ ex eis, & hoc sepe faciat donec sanet. Quando fit ex malitia cõplexionis sicce extrahatur muscilago altee & fœnugreci post ipso℞ trinam lauationẽ & muscilago seminis citonio℞ & seminis lini añ pars vna & coquatur bene cum penidio & oleo amigd. & de eo accipiat omni die & sint cibi eius spinacij cocti cum carnibus agninis & bibat aquã infusionis seminis citonio℞ & seminis altee, & vngatur pectus cum cera parata cum oleo violarum & administretur sibi hoc lohoc. Modus al lohoc de semine citonio℞ conferens abundantie siccitatis & asperitati vocis & ptisi. ℞. seminis citonio℞. ℥. i. & infundant̃ in duabus lib. aque

Sig. aĩaliũ ĩ pul. gñato℞

Signũ ex alijs membris cõmunicantibus

Si. praue tussis

Si. tussis nõ malæ

Cause siccæ tussis sunt tres

Causa humide tussis

Cura tussis calidæ

Cura tussis frigide

Lohoc

Sirupus

Pillule in ore tenende

Pillule opiate

Cura tus. ex siccita.

lohoc se. citonio℞

calidę per diē & noctē. Deinde accipiatur muscilago & apponant̄ in ea de oleo viol. aut oleo de semine cucurbitę. ℥. iij. penidioꝝ succi granatoꝝ dulciū añ. lib. ß. & coquat̄ totum in vase limpido bene donec redeāt ad modū mellis & sumat de eo quolibet die & qualibet hora vnā sorbitionē est enim optimū & assiduet intrare balneū aquę dulcis & diu moret̄ in tina aquę calidę temperatę, vel aspergat multū de aqua temperata super corpus. Quod aūt cōfert manifestū iuuamentū est ꝙ accipiat quolibet mane de lacte statim mulso cū penidijs, & teneat in ore de hijs pillulis.

Pillulæ

℞. medullę semīs cucurbitę dulcis citruloꝝ & melonū, seminis portulacę amigdalaꝝ excorticataꝝ dulciū añ. ʒ. i. gumi dragaganti albi. ʒ. ij. terat̄ totū & cōficiatur cum muscilagine psilij & albumine oui & fiant pillulę ad modū cicerum quaꝝ ponat vnam in ore suo transglutiens ꝙ ex ea resoluitur.

Cura tus. ex sangui.

Quando vero fit ex sanguine flebotomet̄ vena capitis si humor existit in gutture. Si vero in pectore flebotometur vena cordis quæ dicitur albasalic & apponant̄ ventosę inter suas spatulas & si indiget euacuatione sumat decoctionē cassięf. & secaniabin & similia, & sit eius cibus lentes excorticatę cū blitis & cucurbitis & administret̄ ei ptisana de ordeo cū oleo amigdal. in qua exprimat̄ moraba de viol. & ptisana facta de furfuribus similę cum farina fabaꝝ aut penidijs aut amigda. excorticatis, & coquant̄ pulli cum oleribus frigidis & administretur residuū medicinę perfecte vt determinatum est in curatione ęgritudinū pectoris.

Cura ex cole. rub.

Quādo aūt fit ex colera rub. si virtus infirmi est fortis laxetur cum decoctione cassięf. & similibus postea vero sumat ptisanam de ordeo in qua cocti sint cancri fluuiales cum succo granatoꝝ dulcium & vtatur sępe hoc sirupo.

Sirupus

Modus sirupi conferens tussi factę ex calore & siccitate rectificans pectoris asperitatē & extinguens sitim. ℞. viol. seminis citonioꝝ seminis alteę añ ʒ. x. gumi dragaganti gumi arabici semīs maluę medullę seminis citroloꝝ & melonū & cucurbitaꝝ añ. ʒ. v. iuiubaꝝ sebesten añ. xxx. infundant̄ oīa in quatuor lib. aquę calidę per horas. xij. postea vero coquatur lento igne donec deficiat tertia pars, tunc exprimant̄ & colentur & reducta colatura ad ignem cum duabus lib. zuccare sulimani & media li. boni penidij coquatur lento igne donec fiat ad modum aliorum syruporum & conseruetur & eo vtatur.

a℞s subli mati

Pillulæ sub ligua

Modus pillularum tenendarū sub lingua conferentium siccitati & asperitati pectoris & cannę pulmonis. ℞. gumi arabici gumi dragaganti albi succi liquir. seminis portulacę seminis citonioꝝ añ. ʒ. iij. seminis alteę amigd. excorticataꝝ zuccari sulimani añ. ʒ. ij. medullę seminis citroli melonis & cucurbitę amidi seminis lactucę seminis papaueris albi añ. ʒ. i. terantur omnia & conficiant̄ cum muscilagine psilij & fiant pillulę ad modū cicerū & ponat̄ de eis sub lingua mane & sero transglutiendo ꝙ de ipsis resoluit̄.

a℞s subli mati

Potus

Modus ptisanę conferentis tussi & asperitati pectoris & vlceri generato in pectore & pulmone & renibus & vesica & confert iuuamentū lactis asinaꝝ & capraꝝ. ℞. ordei albi mundi excorticati & contusi fabarū excorticataꝝ & contusaꝝ añ. ℥. i. cicerū excorticatarum & contusaꝝ. ʒ. xij. amidi medullę seminis melonū añ. ʒ. xxij. & . ß. iuiubaꝝ. x. ficuum albaꝝ quatuor radicis liquir. rasę & contusę. ʒ. xv. sebesten. xx, passulaꝝ sine arillis. ʒ. xv. coquantur omnia cū. x. lib. furfurū similæ in lento igne carbonū donec redeat ad quintā partem & colent̄ ex eo. ʒ. v. & apponant̄ in eis de oleo amigd. ʒ. iij. penid. ʒ. x. & bibat illud calidum, & sint cibi eius maluę portulacę & bliti & cucurbitę & similia.

Emplast.

Modus emplastrandi ad leniendū pectus conferentis tussi factę ex calore & inflāmatione: ℞. muscilaginis seminis alteę & muscilaginis radicis eius muscilaginis psilij añ. ʒ. x. succi portulacę. ʒ. xx. gumi dragaganti triti. ℥. ß. farinę alteę añ. ℥. i. teratur & ꝑmisceat̄ totū bene cum. ʒ. xxx. olei viol. & . xv. ʒ. cerę albę liquefiat cera cū oleo & misceatur totum & teratur bene in mortario. Postea vero extendatur de eo super panno lineo leni & superponatur pectori calidę complexionis humectat enim & infrigidat sed non administretur infirmo patienti fluxum ventris.

Cura ex flegmate

Quando vero fuerit ex flegmate sumat decoctionem ysopi cum melle & sumat lohoc de spodio & electuarium de storace.

Sirupus

Modus sirupi conferentis iuuamentum tussi & difficultati anhelitus, & eius stricturę factę ex humoribus existentibus in pectore & confert tussi flegmaticę. ℞: passulaꝝ sine arillis. c. xxx. ficuum albarum contusarum. xxx. iuiubarum. c. radicū liquiricię ros. corticum radicum apij. añ. ʒ. xx. capillorum veneris seminis fœniculi & anisi ysopi sicci mentastri fluuialis añ: ʒ. x. contundantur omnia & infundantur in. xij. lib. aquæ calidæ per diem & noctem. Deinde coquatur lento igne donec redeat ad medietatem & exprimatur & coletur, & reducatur colatura ad ignem lentum tunc accipiatur darsen croci spicæ indæ añ. ʒ. i. terantur & ligentur in pecia pāni lini rari, & posita petia in olla, coquatur donec fiat ad modum iulep, & coletur & reseruetur. & sumat de eo. ℥. i. ieiuno stomacho

Cura ex cole. nig.

Quando autem fit ex colera nigra videatur si illud quod cum sputo educit declinat ad nigredinem tunc administretur ptisana de aqua turfurum cum melle & oleo amigd. dulcium, & sint eius cibi carnes ouinę auiculę coctę i aqua & comedat ficus & vuas passas sine arillis & grana pinorum cum melle & bibat decoctionem ysopi cum penidio & melle. Quando vero fuerit propter apostemata & humores putridos fluentes ad pectus fiunt ex vno quatuor humorum sicut diximus. Quæ si fuerint ex sanguine curatio eius est cum flebotomia venæ capitis, si humores existunt in gutture & ei similibus. Si vero materia existit in pulmone & circa pectus flebotometur vena corporis quæ dicitur basilica & apponantur ventosę inter suas spatulas, & bibat aquam ordei cum gumi dragaganto & gumi arabic. & bibat apud somnum seminis citroli & melonis excorticatorū an̄. ℥. ij. cum succo granatorum & fiat regimen predictum & sumat sirupum de sebesten omni mane aut sirupū de psilio & similib⁹. Et em plastretur pectus cum farina seminis citoniorum cum violis tritis cum oleo de sirag. Curatio apostematis ex colera rubea, si apparet aliquid plenitudinis laxetur natura infirmi cum decoctione cassięfist. & similibus, & sumat omni mane aquam decoctionis sebesten, & sint cibi eius olera frigida sicut cucurbitę & attriplices cum pullis gallinarum & pisciculis recentibus & sumat de succo granatorum dulciū & alios potus frigidos & vngatur pectus cum cera alba liquefacta cum oleo viol. vel oleo de semine cucurbitę. Curatio doloris apostematis ex flegmate est cum decoctione ysopi maiorane cum melle & bibat aquam decoctionis radicum apij & fœniculi cum oleo amigdal. & frequenter bibat mel. Modus sorbitionis quæ dicitur lohoc conferentis iuuamentū tussi flegmaticę & viscosę & ventositatibus grossis. ℞. ficuum & dactilorꝫ pinguium an̄ lib. i. contundantur & ponantur in olla & apponantur in ea de fœnugręco loto a puluere. ℥. ij. radicum liquir. mundatę & rasę & contusę. ℥. ʃ. coquatur in. v. lib. aquę donec deficiat medietas aquę & coletur & apponatur colaturę tantundem de melle despumato, aut de rob dulci vuarum & coquatur donec fiat ad modum lohoc & sumat ex eo quolibet mane & sero & iuuat dolori pectoris ab antiqua tussi. Curatio vero apostematis & humorum ex colera nigra est ꝙ videatur si est in corpore infirmi abundantia coleræ nigræ manifesta & tunc purgat illam cum suauitate. Postea vero sumat ptisanam frigidam & de furfuribus frumenti & bibat de ea cottidie & sumat ptisanam de farina cicerum, & cibetur cum carnibus coctis in aqua, & sumat in potu decoctōem ysopi maiorem cum multo penidio & melle & abluatur pectus cū aqua fœnugręci & seminis lini & radicum altęę & similium.

(Marginal notes, left column: Cura ex apate & putridis hũorib⁹ — Cura ex sanguine — Cura apatis ex co. rubea — Cura ex flegmate — Lohoc — Cura ex co. nigra)

De alsal. i ptisi. Ca. III.

Aegritudo sicca quę dicitur alsal & est febris ossium & consumptio totius corporis & plurime contingit ex vlcere facto in pulmone, & non cessat infirmus expuere suo ore humiditates corporis quottidie donec exsiccatur & extenuatur quemadmodum accidit moranti ad solem quoniam deficit eius nutrimentum ex aqua propter solem, & cum consumitur exitus harum humiditatum omnino accedit ad eum mors. Cuius causę plures sunt quia aut sequitur post catarrum capitis, & est ille catarrus aut calidus colericus, aut flegmaticus salsus, & defluit catarrus ad corpus pulmonis faciens in ipso vlcera quæ putrefiunt, aut sequitur post apostema cerebri ꝙ dicitur birsen, aut sequitur post longā tussim, aut generatur ex causa passionum squinanciæ aut generatur ex ęgritudine generata in pulmone ex scissura venarum existentium in ipso vel circa ipsum quare educit sanguinem per os. Signum corporum paratorum ad hanc ęgritudinem sunt strictura pectoris longitudo colli, & quorum guttura extra supereminent & apparent & quorum capita de facili replentur & permanent in ipsis catarri calidi fluentes ad instrumēta spiritus & sequitur vt plurimū post sputum sanguinis ex pulmone. Signum vlcerationis pulmonis communiter & indistincte est exitus humoris ab ore difficultas anhelitus febris costarum extensio pectoris & grauitas ei⁹ plenitudo apparens in facie infirmi & quia sentit calorem eius quod educit incitatio coloris in oculis & rubor faciei spasmatio tunicæ corneę propter dissolutionem carnis quæ sub ea est dissolutio corporis & tortura vngularum & cum accedit ad mortem putet eius sputum, & depilantur capilli, & superuenit sibi fluxus ventris maxime, si ętatis iuuentutis est. Est eñ iuuenis magis paratus ad hanc ęgritudinē, in senibus aūt magis mortifera est, veruntamen magis tardat. Aegritudo autem sicca est duob⁹ modis vno modo pessima & magis mortifera altera. Secunda vero facilior & diuturnior est. Pessima vero est acuta in cuius sputo nō est digestio, & si ibi est digestio est tamen pauca valde & cum labore & fatigatione, facilis autem

(Marginal notes, right column: Signū ad hāc ęgritudinē paratorum — Sig. vlcerationis pulmonis — Ptisis duobus existit mōis)

Ptisis an curabilis
& diuturna est quoniã humor persistit in pulmone quousq; digeritur. Postea exit & fit eius exitus facilis & celer & antiqui quidem diuersificati sunt circa hoc, dicunt enim aliqui quod apostema pulmonis non suscipit curationem. Sed Gal. dixit quoniam si sollicitus fuerit infirmus in suo principio antequam generetur apostema & humor putridus in pulmone & rexerit se cum hijs que decent sanabitur infirmus. Si vero negligentia detentus non facit quae facienda sunt quousq; generatur apostema & cõgregatur in ipso humor putridus non poterit curari, & hoc quidem propter quatuor causas vna quarũ est quia corpus pulmonis est molle & multarum venarũ, & cum accidit in ipso solutio continui non consolidatur sicut in alijs membris carnosis contingit. Secunda est quia motus tussis ad extrahendum humorem putridum non permittit vlcus consolidari. Tertia est quoniam situs eius remotus est vt ad eum valeant medicine peruenire ita quod virtus ipsarum euanescit. Quarta est quia pulmo naturaliter mouetur continue, nec aliqua hora quiescit.

Sig. hu. cali. & coleri.
Signum humoris calidi & colerici est rubor faciei strictura anhelitus sitis & febris, & quia delectatur infirmus in aere frigido.

Sig. fleg.
Signum flegmatis salsi bauracini est breuitas anhelitus cum grauitate & remissione sitis & doloris.

Cura ex cole. rub.
Curatio ptisis que fit ex colera rubea est quod sit sollicitudo in principio ante perfectionem collectionis & exitus putredinis flebotomare infirmum de vena cordis quae dicitur basilica & flebotometur vena quae est inter minimum digitum & policem quae dicitur alasilos. Si virtus infirmi fuerit fortis & educatur de sanguine secundum virtutem infirmi & quantitatem sanguinis corporis, nam si videtur paucus sanguis sui corporis oportet eum cibare cibis bonum sanguinem generantibus, & postea eum flebotomare deinde cibare & confortare ipsum. Postmodum vero laxetur deinde redeat ad cibationem & consideret si est necesse flebotomari flebotometur & educatur multum de sanguine, & cibetur hijs quae infrigidant & cõsolidant & facilis digestionis sunt, sicut est ptisana ordei bene cocta facta cum cancris fluuialibus, post concussionem brancarũ & pedum suorum & corpora eorum ablutione cum aqua dulci & cinere & modico sale vt auferatur sordities ipsorum. Deinde vero abluantur in aqua dulci pluries & contusi bene coquantur cum ordeo & sumat ex ea postquam fuerit colata lib. ʒ. & hoc bibat pluribus diebus, & si habuerit febrem bibat illam cum. ℥. i. succi granatorum dulcium aut iulep, & bibat decoctionem iuiubarum & radicis liquir. rase & passularum sine arillis cum aqua cassiefist. & bibat aquam ordei in qua cocte sint iuiubæ & sebesten & dragagantum aut succũ cucurbite cum zuccaro, & bibat in sero psilium & gumi arabi. & dragagantũ & bolum armenum cum plantagine, & vngatur pectus cum cera alba & oleo nenufar. & emplastretur pectus cum floribus violarum humidis & altea & farina ordei cum oleo viol. & si est ei difficile educere humorem a pulmõe accipiat ex hoc lohoc. ℞. succi liquir. viol. siccarum seminis feniculi añ. ʒ. ij. teratur totum & distemperetur cum muscilagine psilij & sumat ex eo a. ʒ. iij. vsq; ad. iiij. cum minori decoctione ysopi, & modus eius est. ℞. ficuum viridium. x. iuiubarum. x. sebesten. xxx. passularum sine nucleis ʒ. x. radicis liquir. tantundem seminis citonior. psilij & seminis altee viol. siccarum añ. ʒ. v. ysopi sicce seminis feniculi añ. ʒ. ij. coquantur omnia in tribus lib. aquæ donec redeat ad lib. vnam & exprimatur & coletur & bibat ex eo. ʒ. xxx. cum electuario supradicto, & si natura fuerit constipata leniatur cum clisteri lenitiuo facto cum altea & muscilagine fœnugreci iuiube & ordei excorticati viol. siccis & zuccaro & caueat omnino quod non superueniat ei fluxus ventris, fluxus enim ventris ptisicis prope rat eos ad mortem, & si superuenerit ei fluxus ventris pone tunc loco ordei sanic de ordeo & est farina assata cocta cum milio & guaris. i. panico excorticatis & assatis cum modico gumi arabic, bolo armeno & spodio & misceatur totum cum aqua & sirupo mirte simplici.

Lohoc

Cura ex flegmate salso
Quando vero fit ex flegmate salso laxetur natura in principio egritudinis cum pillulis de agarico si virtus est fortis. Postea vero administrentur ea que maturant apostema sicut radices liquir. capilli veneris fœnugrecum semenlini cicera decoctio ficuum & passularum & similium & administretur lohoc de aniso & lohoc de prassio aut lohoc de fœnugreco & similia, & si maturata sunt apostemata & aperta accipiat decoctionem ysopi suprascriptam, & sumat illam cum glangebin bono, & si est ei difficilis exitus materie a pulmone accipiat qđ abstergat & mundificet sicut farinam orobia ristologiam, rot. spicam piper longum darsen accorum costum cassiã ligneã & similia.

Cura apost.
Et si accidit vlcus propter apostema & putrefit pectus administrentur ea que subtiliant & exsiccant humiditates & subtiliant humorem putridũ sicut est sirupus de semĩbus & tyriaca & alfaroc & sechazuan & similia, & odoret frequenter bona aromatica sicut mirtam & rosas,

& vtatur introitu balnei & cibetur cibis generantibus bonos humores & bibat aquam mellis. & si verificata tibi fuerit cum hoc dissolutio vlceris eiusq; putredinis & suæ humiditatis exsiccatio & putredo cessauerit administrentur tunc medicinę exsiccatiuę vlcerū sicut sunt rosæ balaustię acatię dragaganti carabe bolū armenum gumi arabi. mastix sanguis draconis mirta plantago & similia, & si hoc non valet & videtur suum corpus exsiccatum & egritudo iam perfecta est in ipso bibat assidue lac asinarum aut lac capra℞ omni die statim mulsum vsq; ad.xl.dies. Et si confert ei hoc vtatur eo vsq; ad.xl.dies alios. Et si accidit ei fluxus ventris non bibat lac sed intendat circa curationem fluxus donec cesset, postea vero redeat ad suum regimen potus lactis, & sit hoc quod sumit de eo in principio modicum, deinde vero omni die adiciat quousq; aduenerit ad vnam libram, & si coagulatur lac in stomacho accipiat cum eo modicum zuccari vel mellis aut salis & si fuerit ibi febris misceatur cum eo aliquis siruporum frigidorum, vel accipiat decoctionem eius cum ptisana ordei. Quando aūt fuerit ex causa animaliū suspenso℞ in locis vacuis tunc recipiunt curationem per receptionem fumigij peruenientis ad ipsa per cannam pulmonis faciliter & absq; impedimento. Potus vero medicinę nihil vnq; in eis operat̄. Modus fumigij interficientis vermes & animalia & exsiccantis humores putridos, accipiatur oliua nigra vna cum nucleo suo storacis pinguedinis capre arsenici rubei stercoris leporis an̄ pondus oliuę teratur totum, & fiat ex eo pillula ad modum stercoris leporini & fumigetur cū ea per arundinem concauam aperto ore infirmi quousq; perueniat fumus ad pulmonē & moriantur vermes & animalia et cessabit tussis per hoc, & iam plura huiusmodi fumigia in suo loco descripsimus arsenicū quoq; per se pulueri- satum confectum cum pinguedine si fiat fumigium cū eo iuuat. Curationem aūt cattarro℞ diximus iam in egritudinibus nasi. Curatio vero tussis a causa epatis & diafragmatis & apostematis lateris costa℞ suo loco pfecte scribet̄.

Cura ex anialibus suspēsis in locis vacuis

Fumigiū

Cura catarrorum

Sequit̄ de malitia anhelitus æq̄lis. Cap. IIII.

Anhelit⁹ naturalis

Anhelit⁹ accn̄talis

QVādo sunt instrumēta sp̄us sana et anhelitus est tempatus & virt⁹ fortis tūc est anhelit⁹ naturalis. Si vero accidit aliqd in aliq̄ instro℞ anhelitus possibile est offendere ip̄m anhelitū & ip̄m a modo naturali trāsmutare & erit q̄ntitas nocumēti q; est malitia anhelitus scd̄m magnitudinem causę facie̅tis illā, & nō offendit̄ nec alterat̄ anhelitus nisi ex passiōe in suis instrumētis adueniēte, nocumētū aūt adueniēs sibi ex pte instrumēto℞ suo℞ est aut ex se ipsis aut ex pticipatione ipso℞ cū alijs mēbris in suo dolore. Membra quoq; in qbus pticipāt sunt stomac⁹ meri epar caput splenis & apa sub costis, & qd̄cūq; apa vicinū instrumētis anhelitus oīa hęc disponunt anhelitū frequentem & perimunt. Et signum huius determinatur in locis memorationis ho℞ membro℞, & curatio eius est per curationem membri cuius causa fit egritudo.

Signum

Cura

De difficultate anhelitus. Cap. V.

Alrabo

Nesas

Alātezal

Anhelit⁹ difficultas trib⁹ ex causis fit

DIfficultas anhelitus quæ dicitur alrabo & strictura eius quę dicitur nesas alantezal fiūt tribus ex causis, aūt em̄ ex forti indigentia spiritus quemadmodū accidit sanis quando mouentur forti motu, aut ex strictura pectoris ꝑpter humores quemadmodum accidit piplonicis aut ex vlceris strictura, aut accidit in principio meatuū spiritus in passionibus suffocationū ex opilatione transitus spiritus, & appellauit yppo. huiusmodi anhelitū supiorē, nā homo dū pmanet in sua natura de cetero fit motus eius pectoris scd̄m id qd̄ inferius est tm̄. Sed qn̄ mouet̄ ex aliq̄ causarū pdicta℞ cū motu eius q; mouet̄ inferius mouetur & supius eius q; vicinat̄ spatulis & possibile est q; dicit̄ supior qm̄ patiēs hūc motū nitit̄ supius distrahi & stare suis pedib⁹ & qn̄ infirmus anhelat mouet̄ pectus totū supius ꝑpt̄ violentiā pectoris & motū eius ad ligamēta sua℞ spatula℞ & laterū, & scias q; hoc fit ex vna triū causa℞, aut em̄ ex debilitate virtutis mouētis lacertos pectoris, aut ex strictura transitus spiritus aut ex forti calore cordis & calore dominante. Debilitas aūt lacerto℞ pectoris fit ex mutatiōe cōplexiōis ad caliditatē vel frigiditatē strictura vero instrumēto℞ anhelitus fit ex hūoribus grossis p transitū anhelitus transeuntibus aut ex apate generato in diafragmate ꝑpter q; etiā cōprimit̄ spiritus & possibile est cōiungi duas ea℞ sed raro hoc accidit. Signū difficultatis anhelitus & eius stricturę ex debilitate virtutis motiuę lacerto℞ pectoris est qa non fit eius anhelatio nisi labore & ei⁹ anhelatio decidit̄ & extremitates nasi cōmouent̄ cōtinue & q̄si latitantes interius. Signū stricturę anhelitus est inflatio pectoris & inflāmatio, & si fuerit strictura ꝑpter apa & fuerit cū hijs q̄ diximus tussis cū q̄ educit̄ hūor est signū vlceris vel apostematis. Curatio eius qn̄ est ex debilitate virtutis motiuę lacerto℞ pectoris est qd̄ videat̄ si debilitas est ꝑpter calorem infrigidet̄, & si ꝑpt̄ frigus calefiat cum potu siruporum & emplastretur cum emplastris, & vngatur cum oleis & linitionibus conferentibus. Quando vero

Sig. difficultatis anheli. ex debilita. lacerto℞

Sig. strictūre anhelitus

Cura ex debilita. virtutis motiuę lacertorū pectoris

ex humoribus grossis vtatur medicinis confe-
rentibus ad subtiliandũ & auferendũ humores
Cura ex apate sicut dictum est. Quando vero fit per aposte-
mata & vlcera curatio eius dicta est in pręcedẽ
Cura ex calore tibus. Quando vero fit ex alteratione comple-
xionis ad calorem videatur si virtus infirmi est
fortis & plenitudo apparet in venis & conditi-
ones flebotomię consentient, tunc flebotome-
tur vena cordis. Si vero fuerit aliquid pro-
hibens sumat in potu succum foeniculi & endi
uię coctum depuratum cum bono zuccaro,
in quo dum est calidum dissoluatur de mora-
ba violarum & bibat sirupum de iuiubis & se
besten & vtatur sirupo violarum cum succo
cucurbitę assatę & bibat succum cucurbitę cũ
zuccaro & succo granatorum dulcium & vta
tus cibis humidis sicut est ptisana ordei in qua
coctę sint iuiubę & semen citonioꝝ in qua dis
soluatur de bona manna, & comedat pullos
Alcasach gallinarum & alhagal & alcasach coctos cum
portulaca & vngatur pectus cum oleo viol.
aut oleo de semine cucurbitę. Si vero calor est
fortis & virtus fortis & fuerit hoc in tempore
veris laxetur natura cum decoctione viol. li-
quiric. seminis alteę & seminis citroli iuiubarũ
sebesten mannę & cassięfist. & similium, & si
fuerit ex alteratione complexionis frigidę &
humidę sumat zuccarum cum aqua tepida &
cum tyriaca maiori, & assidue sumat de melle
cocto cum aromatibus aut sumat in potu suc-
cum foeniculi & apij postquam cocti fuerint
cum penidijs aut sumat decoctionem ysopi su
prascriptam aut sirupum radicum & similia.
Quando autem non potest quis expellere spu
tum propter sui spissitudinem. Quando enim
humor est grossus & viscosus fit eius expulsio
difficilis, quia non cito mundificatur ex loco
vbi profundatus est nec est potẽs spiritus tus-
sis ipsum expellere & amouere. Quod si hu-
mor mediocris fuerit humiditatis, subtilitatis,
spissitudinis & viscositatis, fit facilis eius ascen-
sus & exitus, & pręcipue quando humor est
grossus debet esse studium circa subtiliationẽ
ipsius & reducere ipsum ad temperamentum
cum aliqua medicinarum simplicium, aut ali-
qua compositionũ sicut accipere de semine vr-
ticæ trito in puluerem. ʒ. ij. quolibet die, vel ac
cipiatur de centaurea vel cassia lignea vel arsen.
vel spica vel aristol. long. aut rotund. vel de
ysopo vel mentastro, vel croco vel semine apij
siluestris vel de farina orobi vel ruta vel pras-
sio vel amigdal. amaris coniunctim aut separa
tim. Modus lohoc subtiliantis humores gros-
sos & conferentis difficultati anhelitus accipia
tur. ℥. i. de squilla & misceatur cum lib. i. mellis
despumati & coquatur quousq; inspissetur
mel & conseruetur, sumat de eo mane & sero
ʒ. i. vsq; ad. ʒ. i. & ʒ. cũ aqua ca. Modus ele-
ctuarij ad difficultatem anhelitus. ℞. succi li- Electua.
quir. ℥. i. seminis vrticæ cardamomi piperis na
sturtij amigdalarum mirrę rubeę añ. ʒ. i. terãt
totum & conficiatur cum melle despumato tã
tundem dosis eius est. ʒ. iij. vel sumat secaniabĩ
squilliticum aut decoctionem prassij vel deco
ctionem ysopi vel sirupum de mentastro & si-
milia vel sumat de tyriaca & de ellectuario ani
si vel electuario asæ & comedat aues quę dicũ-
tur alcanabid & alhagal & cęteras auiculas cũ
aromatibus vt cimino ruta radice raphani albi
pipere & oleo amigdal. Modus ptisanę confe Ptisana ex simila
rentis stricturę anelitus & eius difficultati quã
do fuerint ex humore grosso existente in mea-
tibus pulmonis & est experta, accipiantur fur-
fures similæ & infundantur in aqua calida &
exprimantur & colentur, & apponantur super
lib. i. colaturę. ℥. ʒ. prassij recentis & totum be
ne coquatur. Deinde coletur & sumat de eo an
te cibum tribus diebus & liberabitur. Quando
vero quis nõ potest expellere sputum propter
sui subtilitatẽ & fluentiam est necesse tunc ali-
quantulum illud inspissare & ad ęqualitatem
reducere. Diximus enim quod quando est val
de subtile cum nitatur patiens expellere ipsum
superius cito descendit inferius propter sui te-
nuitatem. Quapropter oportet sumere patientẽ
omni die pondus tertię. ʒ. seminis papaueris p
se & lohoc de gumi dragaganti vel lohoc de pa
pauere & sirupũ iuiubarum & sirupum psilij
& comedat ptisanam de amido paratam decen Ptisane de amido
ter. Et modus est quod ponantur super quasi
vnam. ℥. amidi. xl. ℥. de aqua pluuiali & dissol
uatur bene & coletur & coquatur super lento
igne donec fiat ad modum cerę liquefactę, po
stea vero apponatur in ea parum de sale trito,
& fricetur bene quousq; dissoluatur sal & co-
letur & sumatur cũ amigdalis & modico zuc-
cari, & si volueris ipsam esse spissiorem appo-
ne in ea dum coquatur dragagantum & gumi
arabic. secundum quod tibi videbitur. Modus Puluis
pulueris inspissantis sputũ & conferentis tussi
calidę. ℞. gumi dragaganti vel gumi prunoꝝ
succi liquir. seminis citroli & melonis excorti-
cati añ. ʒ. v. ros. spodij seminis portulacę añ. ʒ.
quatuor seminis papaueris ad pondus omniũ
terantur & misceantur cum eis de zuccaro ta-
barzed. ʒ. xxx. & sumat ex eo omni mane. ʒ.
quatuor & similiter quãdo vadit dormitum.
Modus rob de papauere breuis cõferẽs tussi et Rob de papaue.
catarro capitis. ℞. papaueris nigri gũi dragagã
ti & gumi arabic. añ. ʒ. x. radicis liqr. seminis al

tes añ.℥.xv. sebesten.xxx. contundantur omnia et coquantur in quatuor lib. aque pluuialis donec redeat ad medietatem et coletur et apponatur in eo de rob vuarum bono et dulci libr. 5. & coquatur quousq; fiat sicut mel de quo sumat omni die vnam sorbitionem vel duas. Modus pillularum in principio egritudinis ad sedandum dolorem & inducendum somnum & conferunt tenuitati humoris. ℞. mirrę opij añ partem vnam terantur & conficiantur cum rob de vuis & fiant ex eis paruę pillulæ de quibus ponat vnam sub lingua apud horam somni & sit cibus eius oua pisciculi rizum & carnes edorum lac coctum & fabę.

Pillu. opiatę

De sputo sanguinis. Cap. VI.

Sanguis sputi ex quinq; locis accidit

Sputum sanguinis prouenit ex vno quinq; locorum. s. ex ore gingiuis & circuitu ipsarum aut fluit a capite ad nares & exit per os, & possibile est fluere ad pulmonem & expelli cum sputo & estimabit medicus esse illud a causa pulmonis & pectoris, aut ex sanguisuga deglutita & adherente gutturi vel naribus, quibus locis plenis sanguine expellitur cum sputo aut ex meri stomacho & epate, & quæ circa ea sunt, aut ex pectore & pulmone & panniculo qui dicitur alhagab. i. diafragma. Et cum prouenit a pectore & pulmone & panniculo impossibile est esse sine vlcere vel apertione alicuius venarum horum locorum. Exitus autem sanguinis ab eis fit aut ex corrosione substantię venę, aut ex apertione orificij eius, aut ex sui decisione, corrosio vero corporis venæ fit ex humore acuto vel salso.

a°s scissione

Quando vero fit ex apertione orificij venæ fit tribus de causis, aut ex vigore motus virtutis expulsiuę aut ex debilitate virtutis retentiuę aut ex multitudine humorum & repletione venarum, vigor autem virtutis expulsiuę fit aut ex humoribus calidis mordicantibus vel salsis. Quando vero prouenit ex incisione venę, fit vel ex causa extrinseca vel intrinseca. Extrinseca fit ex vlcere vel extensione vel forti frigore, vlcus autem fit aut ex percussione vel casu. Extensio autem fit aut ex saltu vel vociferatione, vel percussione. Signum sanguinis prouenientis ex ore & gingiuis est quod sensui videtur, & quia exit mixtus cum sputo. Signum eius prouenientis a capite est fluere sanguinē ex naribus. Signum eius a meri & stomacho quia exit cum vomitu sponte cum sensu doloris stomachi & circa ipsum, & est color sanguinis grossus declinans ad nigredinem & possibile est exire congelatum nec oportet timere infirmum ex hoc, nec ipsum oportet decidere, nisi virtus debilitaretur. Signum eius a pulmone est quia exit cum tussi & quia sanguis est subtilis cum spuma non fortis rubedinis declinans ad albedinem & ad calorem, & possibile est reducere cum eo aliquid de corpore pulmonis, & eius venis, & maxime si ęgritudo est antiqua & fit eius exitus absq; dolore. Signum ei° a pectore & panniculo aut epate quia erit similiter subtilis cum tussi & color eius declinat ad nigredinem & fit spissius quoniam alteratur ex longo suo itinere & condensatur. Signum corrosionis corporis venarum est nigredo sanguinis & exitus eius paulatin° cū febre acuta sanguinis exitum precedente sicut videtur ex calore sanguinis aut eius vsu ciborum calidorum & siccorum. Signum plenitudinis & inflationis venarum est ex eo quod accidit infirmo ante hoc acutus catarrus, & erat eius consuetudo frequenter intrare balneum & erat in regione calida, vel apparent infirmi venę plenæ & fit exitus sanguinis subito & sponte absq; dolore. Et quando fuerit sanguis ex apertione venarum pulmonis declinat eius color ad ruborem & est subtilis in suo esse & qualitate vehementis rubedinis, & nocumentum eius est maius. Signum exitus eius ab alijs venis est quia fit eius exitus cum forti dolore & multo sanguine flebotomię. Signum eius a casu vel extensione vel vociferatione & similibus est ex hijs quę infirmus refert. Signum eius a frigore est ex eo quod precessit statio infirmi in loco frigoris et niuis. Frigus enim intensum coartat venas et exprimit et ex eis educit sanguinem. Curatio eius quando est ab ore et gingiuis est quod immittantur ori de alumine gallis corticibus granatorum balaustijs et similibus quæ sunt stiptica et lotio oris cum aqua decoctionis mirtę ros. et corticum granatorū coniunctim aut separatim et iam quidem præcessit curatio huiusmodi. Curatio vero eius quæ prouenit a capite est cum flebotomia venæ cefalicæ et emplastretur caput cum plantagine et ro. farina ordei aceto et aqua ro. et curetur cum his quæ predicta sunt in exitu sanguinis a naribus. Quando vero prouenit a sanguisuga gargarizet cum aqua decoctionis huiusmodi stipticorum et cum deciditur sanguis curetur sicut prescripsimus in suo loco. Quando vero prouenit a stomacho si decisę sunt venę sumat de hoc puluere. Modus eius. ℞. kekebre. i. boli armoniaci. i. sanguinis draconis tantū albechira siam añ. ℥. i. terant et cribelent & accipiat de eo a. ℥. i. et. ℥. 5. vsq; iij. cū aq ros. et comedat aldrag et alhagal cū portulacis

Sig. sang. ex ore & gingiuis
Sig. a capite
Sig. a meri & stomacho
Signū a pulmone
Sig. a pectore & pāniculo & epate
Si. corrosionis venarum
Sig. plenitudinis & inflatiōis venarum
Sig. ab alijs venis
Si. a casu & simili
Signū a frigore
Cura ab ore & gingiuis
Cura a capite
cura a sanguisuga
cura a stomacho
Puluis restrictiuus

& pulmentū de frumento & bibat aquā pluuialem in qua infusa sunt bolum armenicum & gumi arabi. Et si cum hijs non fuerit curatus abstineat a vociferatione & forti motu & alto anhelitu & bibat in noctibus de acatia & balaustijs & rosis añ partē vnam gallar̃ partem ʒ. & aquā infusionis sumac, & si hoc non suffecerit supponat̃ stomacho hoc emplastrum. Cuius modus est ꝙ accipiatur corticis granati gallar̃ mirte seminis apij añ partes equales & terant̃ & misceantur bene cum aceto & extendatur super papiro & superponatur qm̄ sistit sanguinē. Quando vero prouenit a pulmone videat̃ si est in sputo de corrosione venar̃ tunc enim iubeat infirmū obseruare quietē & cauere ab alto anhelitu extensione ira & labore, & si infirmus est fortis & etas cōueniens fuerit & tempus equale flebotometur basilica. Postea videat̃ si corpus suū est calidū & virtus fortis laxetur natura cū decoctione cassiefist. manne viol. & sebesten & similiū vt sedet acumē sanguinis, & sit cibus eius pulmētū de ordeo cum portulacis cucurbitis & attriplicibus cum pullis gallinaceis & modico olei amigd. & temperetur aqua cottidie cum sirupo de sebesten aut de iuiubis & sumat de hoc puluere. ℞. spodij rosar̃ añ. ʒ. x. coralli kekebre margaritar̃ añ. ʒ. v. tinalbehim. ʒ. x. opij. ʒ. iiij. papaueris albi & seminis portulace succi liquir. añ. ʒ. v. acatie taracit añ. ʒ. iij. teratur totū & cribellet̃ & misceatur in eo de psilio & semine altee añ. ʒ. ij. & sumat ex eo mane & sero. ʒ. iiij. cum succo curuam. vitis hūidor̃ vel cū aqua ro. vel cū aqua cucurbite trite & expresse, & emplastret̃ pectus cū plantagine & radice altee & farina ordei cum oleo ro. Quando vero ꝓuenit ex apertione orificior̃ venar̃ curet̃ cū medicinis stipticis sicut balaustia capitibus rosar̃ sumac & acatia corticibus granator̃ caraat sanguie draconis glandis castaneis charubis & similibus, et comedat pulmentū de frumēto facto cum pedibus & ea vel oua & ptisanam de amido & farinā ordei cum gumi arabic. & bibat aquam temperatā cum rob de mirta & emplastret̃ pectus cum hijs que prediximus. Quando vero ꝓuenit ex incisione vene aut eius scissiōe vtat̃ medicinis retentiuis & par̃ stipticis sine mordicatiōe & acuitate sicut est gumi arab. & gumi draganti alsaura almactū terra sigillata amidū spodiū kekebre alneda vsti semen citonior̃ & silia, & comedat pulmenta de frumēto ea ptisanam de amido cum gumi draganti & vitella ouorum cocta sorbilia & teneat in ore gumam draganti & bolū armenū, & si habuerit febrē comedat pullos gallinar̃ vel carnes edor̃ cum portulaca & cucurbitis. Modus pulueris defidentis sanguinē vndecunq; manat & est constrictiuus & exsiccatiuus. ℞. alneda vsti cornu cerui vsti añ. ʒ. x. kekebre coralli vsti añ. ʒ. v boli armeni. ʒ. xv. psilij torrefacti. ʒ. xx. teratur totū & cribellet̃ & sumat ex eo. ʒ. iij. Quando vero ꝓuenit ex pectore & pāniculo curet̃ curatione sanguinis prouenientis a pulmone. Quādo aūt prouenit ex forti frigore curet̃ cum hijs que calefaciunt & aliquantulū constringunt sicut est iste puluis. ℞. olibani & corticis eius añ ʒ. v. castorei. ʒ. iiij. seminis lini. ʒ. vi. terant̃ & cribellent̃ & bibat de eo. ʒ. i. & ʒ. cū veteri vino.

Emplast.

Cura ex pulmone

Puluis tinalbehi

Cura ex aptione orificior̃ venarum

Cura ex scissione vene

Puluis

Cura ex pecto. & pāniculo

Cura ex forti frigore

De sputo hūoris putridi seqtur. Ca. VII.

Sputum humoris putridi prouenit ex vno sex locor̃, aut em̄ ex ore & eius circuitu, aut ex meri & vuula, aut a stomaco & meri ex apostemate aperto in eis aut ex apostemate generato in diafragmate ꝙ aperitur in locis vacuis & descendit circa pulmonē & educitur cum tussi aut prouenit ex multo humore congregato in locis vacuis pectoris qui putrescit ex hoc & fit putredo & exit cum tussi, aut est ex corpore ipsius pulmonis cum in eo accidit vlcus. Signū sanguinis apostematis vel exiture vel vaczor in radicibus molar̃ est ꝙ sensui manifestatur. Signū eius ex gutture & vuula est ex apostemate similiter sensui apparente & ex hijs que infirmo in huiusmodi locis acciderūt. Signū eius a stomacho est exitus eius cū vomitu & qa precessit in stomaco apostema aldubayla & fortis dolor & possibile est apparere apostema extra corpus. Signū eius ex apostemate diafragmatis vel instrumentor̃ spiritus ꝙ infirmo precessit de dolore apostemate & febre. Signū eius ex multitudine humor̃ in locis vacuis pectoris cōgregator̃ est dolor & calor in hijs locis & febris. Signū ex ipso pulmone est dolor sinistri lateris & qa precessit illud sputum sanguinis & febris ethica, dissolutio corporis eiusq; siccitas, & quando perficitur congregatio humoris & vlceris inflāmatio sequitur egrum liuedo faciei dissolutio carnis & tortura vngular̃ lacrimatio oculorum sitis defectus cibi appetitus. Et si confirmatur egritudo & superuenerit fluxus ventris moritur infirmus. Et quando prouenit ex ore videatur si est ex putredine vel corrosione facta in gingiuis, tunc studeat facere lotionem oris cum aluom sicca vel cum trociscis de arsenico. Quod si fuerit ex dēte putrefacto studeat illū amouere & sanabit̃. Qn̄ vo ꝓuenit ex gutture vel vuula iā diximus curationē eius in p̄cedētibus.

Empima .i. sputū humoris putridi ex sex locis expellitur

Si. sputi sang. vel apostēatis vel exiture in rad. molar̃

Signū ex gutture & vuula

Sig. a stomacho

Si. a dyafragmate vel instrumentorū spiritus

Sig. ex locis vacuis pectoris

Sig. ex pulmone

Cura si ex ore ꝓuenerit

Cura ex dente

Cura ex guttu. vl' vuula

Cura a stomach. Curatio eius a causa stomachi est quod sumat in potu aquã mellis ad abstergendũ apostema & sumat decoctionẽ ficuũ cum balaustijs omni mane, vel sumat de amido & herbis donec mundificet̃ apostema. Postea vero curet̃ cum hijs quę constringunt & cutim generant sicut sunt trocisci de kekebre vel trocisci de spodio q scripti sunt in suo loco. Curatio vero eius q prouenit ex humoribus in locis vacuis pectoris congregatis est cũ emplastris appositis de foris. (Cura ex humori. in locis vacuis pectoris cõgregatis) Quando vero est ex apostemate pulmonis oportet mundificari pectus vt non inspissetur hũor & adhereat in locis anhelitus & offendit in sui exitu & sequat̃ eum mors festinanter & accipiat ad hoc. ʒ.i. mirre trite croci. ℈. & sumat illã cum aqua tepida vel. ℞. prassij farinã orobi añ. ʒ. iij. fœnugreci seminis lini añ. ʒ. ij. terat̃ totũ & conficiat̃ cum melle despumato vel zuccaro ad modũ lohoc & sumat ex eo omni die bis pondus triũ. ʒ. qualibet vice, hoc tñ qñ non habuerit febrẽ. Et si habuerit febrem sumat de hoc electuario. (Electuarium) ℞. radicũ liquiric. rasę medullę seminis citroli melonis & cucurbite granoꝝ pini mũdatoꝝ amigdalaꝝ dulciũ excorticatarũ dragagãti seminis lini seminis coti añ. ʒ. quatuor passulaꝝ sine arillis ad pondus omniũ specieꝝ bis pistent̃ passule bene donec fiat ad modum medullę & ponat̃ in ipsis rob de vuis dulcib⁹ ꝙ cooperiat totũ & de bono penidio pondus medietatis passulaꝝ & coquat̃ super lento igne don c redeat ad modũ mellis & infrigidet̃ & conficiant̃ cũ eo medicinę trite & sumat de eo mane & sero, & comedat ptisanã sursurum simile cũ prassio si non habuerit febrem, & administret̃ hoc lohoc ꝙ confert exitui humoris putridi & mundificat pectus & pulmonem a grossis humoribus cuius modus est ꝙ accipiant̃ amigdalaꝝ dulciũ & amararũ excorticatarũ grãoꝝ pini excorticatoꝝ radicũ liqr. rasę seminis lini añ. ʒ. ij. croci mirre rubeę zinziberis ysopi piperis longi anisi añ. ʒ. i. & . ℈. terant̃ medicinę & cribellent̃ & conficiant̃ cum melle despumato & sumat de eo mane & sero ad modũ vnius auellanę. (Lohoc) Modus pillularũ mũdificãtiũ pectus & accelerantiũ exitũ sputi qñ non habuerit febrẽ. (Pillulę) ℞. argarici. ʒ. iij. yreos. ʒ. ij. prassij. ʒ. i. turbith albi & fricati. ʒ. v. yerę pigrę. ʒ. iiij. collogntide sarcocollę añ. ʒ. ij. terant̃ & cribellent̃ p pannũ de serico & cõficiant̃ cũ rob & fiant pillulę ad modũ pipis & sit sumptio eius. ʒ. ij. cũ aq̃ calida. Et est qdẽ differentia inter screationẽ & flegma ꝙ ꝓcedit a pulmone qa plures iã errauerũt medicoꝝ in eo ꝙ exit de pulmone qñ cũ educit infirmus cũ suo sputo flegma extimat medicus esse putredinẽ. (Inter flegma & saniẽ differentia) Quod qdẽ cognosci poterit altero duoꝝ modoꝝ: vno modo ꝙ accipiat̃ id ꝙ educit & ponat̃ sup carbões, qñ si fuerit humor putridus statim resultabit odor fœtidus ex eo, altero vero modo expuat infirmus in vase eneo in quo sit aq̃ tepida & si supnatauerit aq̃ scias illud eẽ flegma. Si vo in fundo demergit̃ est putredo.

De apate diafragmatis & apate costaꝝ quæ dicuntur alsola & dat alge nabis. Cap. VIII.

(Pleuresis, Alsola Dat algenabis generatio q̃tuor hns ꝓprieta.)

Generat̃ apa in panniculo diuidẽte ex effusione humoris putridi & apa costaꝝ similiter habet aũt quatuor proprietates. Prima est febris difficultas & cõtinuatio. Scđa est punctura lateris frequens & ordinata ita ꝙ ꝓhibet̃ infirmus reuolui de vno latere ad alterũ. Tertia est cõtinua tussis. Quarta difficultas anhelitus & fortis malus odor in apate vero costaꝝ sentit̃ grauitas lateris absq; tussi & sputo. Aegritudo cũ extra instrumenta anelitus existit & cũ tangit locũ ab extra sentiet tũc dolorẽ & possibile est appere apa de foris, apa vero diafragmatis fit in supiori pte ipsius & ꝓducit̃ dolor ad locũ q dicit̃ alcartua, aut fit in pte inferiori eius, & gñat̃ vt in pluribus ex puro sanguine & sanguie colerico & ex sanguine grosso & nigro & ex sanguine humido flegmatico, & possibile est gñari ex oĩbus humoribus vel ex pluribus ipsoꝝ. Signũ sanguis est rubedo coloris plenitudo venaꝝ fortitudo pulsus strictura anhelitus & qa sputũ declinat ad rubedinẽ, & si cõueniũt ad hoc etas cõplexio & tẽpus erit fortius. (sig. sang.) Signũ sanguinis calidi colerici est pũctio doloris cũ siccitate oris & vehemẽtia febris grossities lingue sitis prauitas pulsus & ei⁹ difficultas & qa sputũ decliat ad citrinitatẽ. (sig. sang. colerici) Signũ sanguis vsti & nigri vehemẽtia punctiõis doloris cũ siccitate oris & vehemẽtia febris grossities lingue tarditas sputi cũ nigredine sui coloris, hoc inq; apa malũ & mortale absq; dubio est. (sig. sang. vsti & nigri) Signũ flegmatis hui⁹ est paucitas sitis remissio febris & qa color sputi declinat ad albedinẽ cũ modica rubedine, & hoc qdẽ apa est facile atq; curabile. (sig. fleg.) Signũ mixtionis oĩm hũoꝝ vel quorundã est qa videtur sputũ esse diuersoꝝ coloꝝ sicut sunt colores humoꝝ ex qbus cõponit̃ sputũ & accidentia egri similiter cõsecunt̃. (sig. mixtionis humoris) Signa apatis significantia salutẽ sunt hec qñ incipit sputũ in die tertia vel q̃rta egritudis & eius exitus cũ facilitate in vna tussicula vel duab⁹ & est decoctũ & albũ mediocre nec multũ spissum nec multũ tenue facilis ascẽsus nõ ĩferẽs grauitatẽ nec molestiã ĩ suo exitu & ei⁹ somn⁹ est eq̃lr & ei⁹ egestio exit cõsueto tpe leuitas anelitus, paucitas sitis (si. apatis salutẽ significantia)

bonitas appetitus cibi & eius digestio & quia vrina approximat colori naturali & statui sanitatis & qa febris est lenta. Signa vero apostematis significantia timorē sunt opposita illorum que significant salutem videlicet quod non exit in diebus predictis sed exit post diem vnā rubeū, aut citrinū aut viride & indigestū & non ascendit nisi cū magna fatigatione & multa tussi & si ceperit apparere sputū post septimā diē rubeum significat egritudinis plongationē vsque ad xl. diē vel. lx. nec diffiniri potest vtrū liberet infirmus siue moriat ppter tēporis diuturnitatem, vnde possibile est peccare infirmū in suo regimine, aut aerē transmutari ppter quod addit in sui egritudinē & perit & diuersificant genera apostematū inter se. Nam eorum quedā sunt que cito recipiūt maturationē & exit sputū digestū in pncipio quedā vero cōtraria hijs sunt, qa nihil educunt quedā vero educunt sputum grossum & viscosum, quedā vero maturum.

Si. apātis timorē significantia

Curatio apostematis diafragmatis ex sanguine est quod videat si est in principio egritudinis in prima die antequam egritudo pficiat, & virtus infirmi est fortis & reliq cōditiones fuerint flebotomet vena basilica oppositi lateris & cū praeterierint tres dies & egritudo fuerit confirmata flebotomet iterū ex pte apostematis & pcipue qñ apostema est in supiori pte panniculi. Postea vero bibat decoctionē iuiubarum & passularum mundatarum sebesten papaueris albi draganti violarum morabice cū oleo amigd. dulciū, & si natura fuerit constipata leniat cū aqua decoctionis prunorum violarum cassief. & manna. Hoc aūt qñ fuerit apostema in supiori pte pāniculi. Quando vero fuerit in inferiori pte administret clistere lenitiuū. Postea vero sumat ptisanā ordei et caueat ab ea si natura fuerit cōstipata adderet enim ad egritudinē, ex hijs aūt que conferunt maximū iuuamentū pluriticis est lenitiuū clistere sicut diximus & maxime cū apostema tendit inferius, vel apud finē costarum & leniat in principio egritudinis cū ceroto facto ex cera alba & oleo viol. & dragagantho, in fine vero egritudinis fiat emplastrū ex oleo camomille farina ordei radice altee & radice lilij viol. siccis vel recentibus & dragaganto & oleo sisamino & oleo violarum, & sit cibus eius a principio egritudinis vsque ad statū eius res calide & humide sicut est pulmētū quod fit ex farina & melle qñ non habet febrē. Si vero habuerit febrē sit cibus eius ptisana de furfuribus cum penidio & oleo amigdal. dulc. & oleo seminis cucurbite spinac. attriplices & similia. Quando vero fuerit apostema ex sanguine colerico flebotometur basilica eiusdē partis apostematis, postea administret emplastrū cū hijs que diximus, & leniat natura cum hijs que diximus vel cū lenitiuo clistere si apostema fuerit in inferiori parte, & sit suū regimen magis infrigidatiuū quam resolutiuū sicut muscilago psilij & succus cucurbitarum assatarum & similia & sit cibus eius ptisana de ordeo cum qua coquantur sebesten & pruna & oleū amigd. vel oleū de semine cucurbite & emplastretur cū hoc emplastro. ℞. radicum altee mellis añ. ʒ. ij. sandali al farina ordei añ. ʒ. ij. rasure cucurbite. ʒ. quatuor sandali al. & rub. añ. ʒ. i. & ℈. terantur omia & conficiantur cum muscilagine psilij vel succo sempuiue vel succo portulace & apponatur in eo de oleo viol. & emplastretur cum eo locus apostematis. Quando vero fuerit ex sanguine nigro adusto fiat similiter flebotomia & alia que diximus. Veruntamen oportet infirmum multiplicare res sue curationis & bibat frequenter al iulep & bibat aquā ordei ter in die quando natura non fuerit constipata sicut diximus, postea ingrediat balneū ter et non diu pmaneat in ipso & abluat locus doloris cū aq calida & apponat super locum emplastrum sicut dictum est suo loco. Quando vero fuerit ex sanguine flegmatico hūido fiat similiter flebotomia & educatur modicū ex sanguine, postea bibat decoctionē ysopi cum violis & reliqua humida que dicta sunt administrent & fiat hoc emplastrū. ℞. seminis lini. ʒ. ij. foenugreci ordei excorticati añ. ʒ. ij. seminis altee. ʒ. ij. coquant bene in aqua & colent & apponatur in eis de oleo alkiran vel oleo camomille et infundat in ea spongia maris vel lana mollis et loco doloris supponat & si tussis est fortis bibat decoctionē ysopi cū moraba rosarum, vel bibat sirupū de prassio aut lohoc de spodio vel alias medicinas descriptas in suo loco. Quādo vero fuerit ex omnibus humoribus aut pluribus eorum curet cū hijs que dicta sunt scdm quod videbitur de ipsorum curatione.

Cura apā tis diafragmatis ex sang.

Potio

Cura ex sang. col.

Empla. strum

Cura ex sang. nig. adusto

Cura ex sang. flegmatico

Emplast.

Cura ex humori.

TRACTATVS. XIII. DE CORDIS egritudinibus in sex partit cap. De egritudinū cordis enūeratōe seqt. Ca. I.

De egritudinibus cordis que sunt septē s. mutatio cordis, eius apostemata, solutio continui, pulsus cordis, sincopis debilitas & dolor. Cap. II.

Egritudines cordis fiunt vel in corpore ipsius cordis vel in bursa continente ipsum vel ex sui participatiōe cum alijs membris vt stomacho epate matrice pulmone & diafragmate. Quando vero fiunt

Cordis morbi vñ generant

in corpore ipsius cordis aut in bursa ipsum cō
tinente sunt aliquę species passionū mutatiōis
cōplexionis vel ad caliditatē vel ad frigiditatē
vel ad siccitatē, aut ex eo ꝙ colliguntur ibi apo
stemata vel soluitur ibi continuū. Mutatio ve-
ro cōplexiōis eius fit aut ex causa intrinseca aut
ex motu alicuius cōplexionū intus. Causa vero
extrinseca est duobus modis, aut eñ est ex aliq̃
passionū animę sicut timor & letitia exubera
tes, alius vero modus est quādo causat̃ ex per
cussione vel casu vel compunctione seu incisi-
one gladij vel ex odoratione odoris contrarij
cōplexioni vel ex potu rei mortiferę, aut eius
olfactu vel tactu. Quod aūt necesse est in cura
tione passionū cordis est ꝙ adhibeat̃ sollicitu-
do anteq̃ pficiant̃ huiusmodi passiōes eius .s.
mutatio cōplexionis pulsus sincopis debilitas
atq̃ dolor. In curatione vero apostematū solu
tionis continui vel corruptiōis cōplexionis nō
se exerceat, mors eñ talibus valde prompta est

Sig. mutationis cōplexionis ad caliditatem

Signū mutationis cōplexionis ad caliditatē est
ascensus anhelitus vehementia caloris pectoris
velocitas pulsus & eius frequentia febris con-
tinua & consecuntur hoc virtus & robur cor-
dis & amplitudo pectoris & eius pilositas erit
signū fortius. Signū mutationis cōplexiōis ad

Sig. mutationis ad frigiditatem

frigiditatē grauitas pulsus pigritia discolora-
tio faciei frigiditas & totius corpis & qñ con-
secunt̃ ad hoc strictura pectoris & paucitas pi
loꝝ ipsius & iracundię raritas erit fortius. Si-

Sig. ad siccitatē

gnum mutatiōis cōplexionis ad siccitatē est qa
corpus declinat ad siccitatē & pulsus est durus
& frequens & est tardę iracūdię & tardę pla-

Sig. ad humiditatē

cationis. Signū mutationis cōplexionis ad hu-
miditatē quę raro contingit est qa pulsus est
tardus & facilis iracundię & facilis placationis
humiditas corpis & paucitas piloꝝ. Quando
vero supabundat cordi humiditas cito tollitur
motus corpis. Signū accidantiū anīmę pcussio

Sig. ex aīe accidētibus

nis casus olfactionis maloꝝ odoꝝ & similiū,
est ex hijs quę infirmus refert & ad oculū vide
tur & si cōplexio fuerit cōposita erunt etiā si-
gna cōposita scd̃m cōplexionis cōpositionē.

Cura malicię complexionis calidę almachayrz Electua: letificati.

Curatio cordis a malitia cōplexionis calidę cō
sistit in reb⁹ frigidis & extinctiuis caloris sicut
est potus almachaycz & rob pomoꝝ & rob
atri. & succus citruli & trocisci de camphora,
& sumat de hoc electuario lętificatiuo. ℞. lin-
guæ bouis siccę mentę siccę margaritaꝝ cori-
andri sicci ben albi corticis citri kekebre sete al-
be seminis portulacę añ partē vnā camphoræ
partē.ʒ terat̃ totū & conficiat̃ cū melle mira-
bolanoꝝ kebuloꝝ conditoꝝ & sumat ex eo
omni die.ʒ.iij. cū aqua frigida & emplastretur
pectus cū sandalis tritis cū aqua ro. & campho
ra infrigidatis ad niuem & similia. Quando

Cura cōplexionis frigidæ

vero fuerit malitia cōplexionis frigidę curetur
cum rebus calidis & subtilibus cibis .s. & medi
cinis et potu vini fortis odoriferi ī modica q̄n-
titate medicinaꝝ calidaꝝ & potu niue & liniti
one pectoris cū oleo de ben aut oleo nardino,
& emplastretur pectus cum sand. & costo cipi
gariof. darsen folijs mirtę & silibus, & sit cib⁹
eius vitella ouoꝝ & auiculę & cibaria assata
& frixa bene aromatizata. Curatio vero eius

Cura ex siccitate

a malitia cōplexionis siccę est cū aqua ordei si
habuerit febrē & potu lactis statim mulsi & in
gressu tempati balnei aquę dulcis & effusione
aquę tepidę supra corpus suū & ingrediat̃ ti-
nam aquę calidę & supponat̃ pectori & inter
spatulas cera mūda cū oleo viol. & sumat om
ni die. ʒ .i. zuccari cū modico vini & caueat a
labore & vtat̃ cibis humidis. Curatio vero ei⁹

Cura ab humidi.

a malitia cōplexionis humidę quę raro contin
git sicut diximus, qm̄ cū supabundat cordi hu-
miditas sequit̃ amissio motus totius corpis q̄
dicit̃ alsachta vel amissio medietatis ptis corpo
ris quę dicit̃ alpelag est cū hijs quę dicta sunt
in suo loco cauendo a balneis & oleis humidis.

Cura causę extrinsecę

Quando vero fuerit ex aliqua causa extrinseca
sicut excessu timoris vel lętitię curat̃ cū suo cō
trario quousq̃ redeat ad tempamentū. Quan-
do vero fit ex odoribus contrarijs cōplexioni
curat̃ contrarijs ipsoꝝ vt si fuerint odores fœ
tidi applicent̃ aromata delectabilis odoris. Qñ
vero fuerit ex cōpunctione vel pcussione gla-
dij si non puenit infirmus ad terminū difficilis
sincopis & appet in eo bonū signū emplastret̃
locus vulneratus cum emplastro facto ex ben
& ciperi & similibus.

De pulsu cordis qui dicit̃ alcastaf. Ca.III.

Alcastaf .i. pulsus cordis generatio

ALcastaf est extraneus motus sub bur-
sa eius q generat̃ multis de causis, aut
enim ex multitudine humoꝝ congre-
gatoꝝ in bursa ipsum cōtinēte calidoꝝ vel fri
gidoꝝ & fit ex apostemate generato in ipso.
Quod q̄dem aut erit calidū aut frigidū & si est
valde calidū mox interficit, si vero frigidum &
grossum insurgūt ei difficilis sincopis quousq̃
morit̃, aut fit excessu exitus sanguinis a corpe,
aut excessu sudoris, aut fluxus ventris, aut ex
forti labore, aut ex subtractione nutritionis
cordis ex sano sanguine naturali, cuius ori-
go est ab epate, aut fit ex humore mordifica-
tiuo in stomacho contento, ex quo insurgit
fortis castaf, aut ex abundantia colerę nigrę in

Sig. ex sanguine

ipso sanguine sed hoc non contingit nisi mira-
culose. Signū eius ex sanguine est plenitudo ve

narum strictura anhelitus calor & sitis, & si conueniunt ad hoc complexio tempus & etas erit signum fortius. Signum eius ex multa humiditate in bursa cordis existente est quia si est calida erit in eo calor & reliqua accidentia sequentur eum, sed si humiditas est frigida sentiet infirmus quasi cor eius subuertatur & inuenitur quasi mollicies in tactu pulsus & est sine pili in pectore. Signum apostematum & dolorũ mortaliũ est fortis pulsus & parum subuertibilis citrinitatis faciei post eius forte rubedinem difficilis sincopis casus virtutis & sudor frigidus. Signum eius ex precedenti multo exitu sanguinis vel ceteris euacuationibus est qa superuenit sincopis post pulsum cordis. Signũ defectus nutrimenti cordis ab epate est ex eo ꝙ precessit stomacho egritudo & quia precesserunt sincopis & vomitus & post hoc superuenit pulsus. Signum abundãtie colere nigre est corruptio cogitationis, sollicitudo duritiés corporis & timor, & eius modus proximus est passioni melancolie quæ fit ex abundantia colere nigre. Curatio pulsus cordis ex sanguine est cum flebotomia vene basilice & alachal sinistre manus si ei consenserint tempus & ætas. Si vero est aliquid prohibens apponatur ventosa supra locum qui dicitur alcahal & si sanguis permixtus fuerit colere rubee laxetur infirmus cum decoctione cassiefist. aut decoctione iuiubarum tamarindorꝫ & similiũ. Et bibat succum buglosse & endiuie & succũ granatorꝫ & aquam temperatã cum iulep vel sirupo cahar aut rob de granatis aut secaniabi zuccarinũ, & comedat pullos cum succo granatorum aut cibaria que dicuntur caforia & zirbaica & similia. Modus pulueris conferentis pulsui cordis ex calore. ℞. coralli kekebre margar. lingue bouis aluminis iameni añ. ʒ.i. minus quartam partem. ʒ.i. zuccari tabarzed. ʒ. decem & semis teratur quodlibet per se & misceantur omnia & sumat de eo. ʒ.i. & ʒ. cũ aqua ros. vel cum aqua frigida. Quando vero fit ex multa humiditate & non peruenit ad terminũ quem prediximus in curatione plenitudinis sanguinis, & si hũiditas frigida bibat patiens zuccarum cum aqua vel sumat de compositione que dicitur alsaczanya aut ea que dicuntur aczparselis & hijs similia que scripta sunt in suo loco, & emplastretur pectus cũ castoreo & mẽtastro & absinthio saturegia & similibus. Quando vero fit ex apostemate valde calido vel valde frigido non erit facilis curationis eius sed quasi insperabilis de eis, sed cura quodlibet cum suo contrario calidum cum frigido & frigidum cum calido sicut dictum est.

Sig ex humidi.
Sig apa. & dolorũ mortaliũ
Sig ex multo san guinis exitu
Signũ ex defectu nutrimẽ. cordis ab epate
Si. ex co le. nigre abũdãtia
Cura ex sanguine
Cahar
Caforia Zirbaica Puluis
Cura ex hũiditate
aczparsel.
Cura ex apate

Quando vero fit ex multo exitu sanguinis a corpore aut ex alijs purgationibus confortetur infirmus cum hijs que addant ad sui virtutem & rectificent suam cõplexionẽ sicut sunt pulli columbini cocti cum bono vino cum darsen & musto & pulli gallinacei vel oua mixta cum lacte & zuccaro & bibat vinũ dulce odoriferum. Quando vero fit ex defectu nutrimẽti transmissi ad ipsum ab epate rectificetur & confortetur epar quousqꝫ redeat ad sui naturã vt dicturi sumus in suo loco. Quando vero fit ex humore mordicante contento in stomacho mundificetur stomachus cum vomitu & cum aqua infusionis aloes vel aqua infusionis absinthij vel decoctione mirabolanorꝫ & similium. Quando autem fit ex colera nigra sanguini dominãte accipiat de yera & stomaticon maiori. Postea vero accipiat drialmuf quod valet cordis pulsui facto ex colera nigra, & dolori capitis & stomachi. Et modus eius est ciperi seminis basiliconis gariofilati been al. seminis anisi & opij asuę. i. mulsa de rubeo añ. ʒ. iij. kekebre coralli margar. añ. ʒ. v, aloes. ʒ. x. succi absinthij. ʒ. vij. epithimi. ʒ. viij. croci mirre añ. ʒ. iiij. melisse. ʒ. vij, musci. ʒ. ij. teratur totum & conficiatur cum melle despumato & sit dosis eius ʒ. vi, cum decoctione absinthij. Modus pulueris breuis conferentis pulsui cordis ex frigiditate. ℞. kekebre coralli castorei corticis citri sicci añ. ʒ. i. seminis basiliconis gariofilati. ʒ. ʒ. terat̃ & sumat totũ cum succo melisse.

Cura ex multo san guinis exitu
Cura ex defectu nutrim. ab epate
Cura ex hu. mor. dicãte in stomach.
Cura ex cole. n. drial mod
Puluis

De sincopi sequitur. Cap. IIII.

Passio sincopis multis ex causis accidit, aut enim ex superabundanti repletione, aut ex superabundanti inanitione, aut ex forti dolore, aut ex aliquo apostemate, aut ex subita mutatione complexionis, aut ex accidentibus anime vt ex humore contento in intestinis, aut ex aspectu rerum terribilium, aut ex aspectu de loco valde excelso, aut ex nauigatione per mare, aut ex aspectu rerum volubilium & se voluentium vt lapides molares molendinorum plenitudo autem fit aut ex humoribus calidis aut frigidis inanitio autem fit aut ex abstinentia & nutrimenti priuatiõe aut ex nimio exitu sanguinis per flebotomiam siue de vena tranquilla siue pulsatili, aut excessu fluxus ventris vel vomitus vel fluxus sanguinis narium, aut ex nimio sudore, aut ex egritudine exsiccatiua corporis, aut ex inflatione venarum in loco sessionis, ex quibus exit multus sanguis, aut ex multa euacuatione sanguinis menstrui, aut ex euacuatione multe saniei, aut ex balneo, aut

Sincopis cause

Fortis doloris cā

ex coitu & similibus. Fortis vero dolor fit aut ex magno vulnere aut ex dolore renum, aut ex lapide contento in vesica, aut dolore colon & forti punctione vel forti percussione. Apostema vero aut est vehementis caliditatis aut vehementis frigiditatis & grossitiei & non suscipit curationem. Mutatio vero complexionis subita fit aut ex forti calore, aut ex forti frigore. Accidentia vero animę sunt aut excessu timoris. Humor vero aut continet̄ in stomacho aut in intestinis, & est aut calidus aut frigidus aspectus autem rerum terribilium sicut videre suspensionem hominum aut alia tormenta.

Si. replec. tionis corporis

Signum repletionis corporis est grauitas in intestinis & molestia.

Sig. plenitudinis stomachi

Signum plenitudinis stomachi multæ imaginationes apparentes ante oculos non continuo & ventus qui dicitur algesa & vomitus & dolor in anteriori parte capitis.

Agesa

Sig. hu. ī intestinis

Signum humoris existentis in intestinis si colera nigra est grauitas & inflatio, si vero colera rubea punctio mordicatio & incisio cum calore, si vero flegma inflatio grauitas & lentus dolor.

Sig. superfluę euacuationis

Signum superfluę euacuationis est ex eo quod resultat debilitas in corpore & defectus caloris naturalis donec extinguitur eius lumen & sequitur inde cordi sincopis.

Si. apātis

Signū apostematis est casus virtutis & debilitas pulsus, & vehementia doloris.

Si. accidētiū animę

Signum accidentiū animæ est ex eo quod repente superuenit magnum gaudium & hoc maxime senibus & debilibus corde, quod est quia cor in hora fortis timoris fortiter contrahitur & coadunatur calor naturalis & prohibetur eius dispersio per corpus vnde sequit̄ cordi sincopis, in hora vero excessus letitię subito aperitur cor & apparet calor naturalis & diffunditur per corporis exteriora & infrigidatur cor & accidit ex hoc sincopis.

Cura ex repletiōe toti⁹ corporis

Curatio sincopis causa repletionis totius corporis est quod aspergatur in facie eius aqua frigida in hora sincopis, & applicetur naribus de musco aut gallia, & obturentur eius nares & fricentur pedes fortiter vel applicentur ei odores bonorum & calidorum cibariorum, in quibus sunt aromata sicut muscum & gariof. & intromittatur digitus aut penna gutturi donec prouocet̄ vomitus & cum recesserit sincopis ponatur studiū in remotione causæ ipsam facientis, & si plenitudo fuerit in toto corpore, purgetur ab illo humore dominante. Postea bibat secaniabin & aquam mellis, & sumat de electuario musci & silithę aut zuccari cum aqua anetivel cum aqua apij si humor fuerit frigidus & grossus & subtilietur sibi cibus in illum qui sit citę digestionis. Si vero humor declinat ad caliditatem sumat de electuario musci declinante ad frigiditatem & similia. Si vero fuerit a stomacho fiat vomitus cum secaniabin & aqua calida cum modico sale, & si humor est frigidus & apponatur stomaco de foris oleum ros. in quo bullita sint absinthium & basilicon vel mastix. Si vero humor fuerit calidus fiat vomitus cum radice & succo attriplicis cū aqua ordei & secaniabin & superponantur stomacho de foris petię infusę in aqua ros. cū sandalo citrino & modico croci. Quando vero fit ex humore contento in intestinis inferioribus laxetur humor ille si est frigidus cum decoctione bletę aneti cimini rutę & almuri & similibus.

Cura ex supfluis euacuationibus

Quando vero fit ex superfluis euacuationibus aspergatur aqua frigida facies in hora sincopis & obturentur nares & fricetur stomachus & ligentur pedes fortiter, & si fuerit euacuatio per fluxum ventris tunc ligentur man⁹ fortius quam pedes. Si vero euacuatio fuerit per vomitum & fluxum sanguinis a naribus ligentur pedes fortius quam manus. Postea assentur pulli gallinacei & calidi scindantur ante faciem & nares eius pluries vna vice post aliam, & ventiletur ante ipsum cum ventarolijs vt calor reuertat̄ ad profundum corporis & odoret rosas & mirtā lilium album, poma & citonia postquam aromatizata fuerint puluere sandalorū camphorę croco & aqua ros. Postea vero accipiantur duo vel tres pulli gallinacei & coquantur in aqua ros. aut in aqua pomorum cum modico boni vini odoriferi donec sint bene cocti. Postea coletur brodium & aromatizetur cum aliquantulo musco & absorbeat de illo brodio pluries in die maxime si euacuatio fuerit ex materijs effusis in stomaco & eius circuitu. Si vero habuerit infirmus fortem dolorem capitis vel fortem febrem vel apostema calidum in aliquo membrorum vel permixtionem intellectus ponatur aqua loco vini vinum enim propinat ei maximum damnum & quando cessauerit virtus sincopis curentur illa. Quando vero fuerit ex fluxu ventris, vel vomitu aut exitu sanguinis a naribus aut sanguinis menstrui, & similibus euacuationibus curetur cum hijs quę suo loco dicemus.

Cura ex forti dolore

Quādo vero fit ex forti dolore curetur cum hijs q̄ diximus, & postea apponatur studium vt sedetur dolor.

Cura ex stomachi apāte

Quando autem resultat propter apostema stomachi quod est pessima ęgritudo & mortalis est necesse cauere a flebotomia sudore balneo & coitu & labore & omne quod dissoluit virtutem vltima cautione. Quando vero fit ex pręcedenti sudatione in balneo, vel calido aere lauetur facies cum aqua frigida & ventiletur ante faciem eius cum ventarolijs &

dirigatur facies eius versus flatum ventorum, & odoret aromata frigida & comedat granata & medullas citrulorum. Quando vero fit ex præcedenti forti frigore sumat in potu de electuario musci cum vino vel de tyriaca alfaroc vel de electuario silithę & frequenter bibat aquam mellis & ingrediatur balneum & odoret ben. Quando vero fit propter accidentia animę oportet remouere causam cum suo contrario & est quod dirigant suum intentum audire sonos & cantica letificatiua, & ingrediatur balneum aquæ dulcis & temperati aeris et sumat ex vino quod non sit vetus nec multum limphatum nec parum limphatum sed mediocriter & odoret aromata sicut sandalum violas & ros. & odorifera poma sicut diximus & sumat ex cibo qđ est leuis substantię.

Cura ex forti frigore

Cura ex aīe accidentibus

De debilitate cordis. Cap. V.

Debilitas cordis est aut naturalis aut accidentalis. Signum naturalis est, quia a die suæ natiuitatis habuit & quia sequitur eum malitia complexionis frigidæ propriæ. Signum accidentalis & naturalis simul, est pulsatio cordis continua, & quia ipse est mollis corde timidus habens artum pectus discoloratus patiens stricturam anhelitus in hora motus & accidit ei quandoq; aliquid simile sincopi. Et curatio eius quod sumat de dyamusco & metridato & alia letificatiua & confortatiua ei cordis. Et confert ei hoc electuarium. ℞. masticis darsen spicę añ. ʒ. i. kekebre margaritarum spodij añ. ʒ. ß. musci sextam partem. ʒ. i. teratur totum & conficiatur cum melle extracto ex mirabo. kebulis conditis vel cum decoctione mirab. cum melle bene cocto vel accipiatur pugillus vnus emblicorum & pugillus vnus mirabolanorum indorum, & coquantur bene in aqua, & accipiantur de ista aqua duæ partes & de melle vna pars & coquatur donec redeat ad medietatem. Postea conficiantur cū hoc prædictę species tritę & sumat ex eo omni die, & vngatur pectus cum algallia & fiant fumigia & bibat vinum odoriferum & comedat pullos gallinarum aromatizatos cum musco & pullos colūbinos & carnes edinas & vitella ouorum sorbilia & assiduet audire sonos & cantica & dormire in eis & abstineat a coitu & labore.

Cordis debilitas duplex

Sig. debilitatis naturalis

Sig. debilitatis acc'dētalis

Cura

Electua. pciosum

Sequitur de dolore cordis: Cap. VI.

Dolor cordis fit multis de causis vt diximus, aut enim ex calore aut ex frigore aut ex apostemate aut reliquis complexionibus. Signum doloris est multa variatio pulsus sincopis citrinitas faciei sudor frigidus & similia. Et curatio eius est cum eo quod dictum est videlicet conuertere complexionem mutatā ad sui tēperamentū cum suo cōtrario donec cesset causa & tunc cessabit dolor.

Doloris cordis causa

Sig. dol.

Cura

DE MAMMILLARVM MORBIS tractatus decimus quartus in duo diuiditur capitula. De ægritudinū mammillarum declaratione. Cap. I.

De ægritudinibus mammillaꝝ quæ sunt nouem dolor inflatio apostema corrosio pilus paucitas lactis contusio & scissio quæ de foris & amissio sensus.

De dolore & inflatione mamillarum. Cap. II.

Dolor & inflatio mammillaꝝ fiunt, aut ex malitia complexionis simpliciter, aut cum mixtione humoris, aut cum vento fumoso subtili vel grosso. Coagulatio vero lactis fit aut ex sui grossitie, aut ex defectu virtutis expulsiuę, aut ex defectu suctionis pueri. Grossities vero eius fit aut ex forti calore ipsum coquēte donec reddit illud spissum, aut ex forti frigore quod illud condenpset. Frigus autem prouenit aut ex frigiditate cōplexionis mulieris, aut ex frigiditate mammillarum tantum. Scissura vero fit aut ex percussione extrinseca aut ex malitia complexionis calida intus mota. Apostema vero fit aut ex sanguine, aut ex colera rubea, aut ex flegmate, aut colera nigra. Corrosio autem fit aut ex corruptione sanguinis aut ex medicinis calidis & prauis de genere mortiferarum & principium suę generationis est pustula nigra, postea se dilatās. Pilus vero est pilus hominis bibitus a muliere cum aqua vel sumptus cū cibo. Paucitas v̄o lactis causat̄ aut ex defectu nutrimenti aut ex frequenti vsu ciborum siccoꝝ sicut sunt allia sinapis caseus & carnes salitę acetum & similia, aut ex multo labore & fatigatione & maxime cum parcitate cibi aut ab accidentibus animę sicut sunt suspiria & tristatio aut ex egritudine aut ex fluxu ventris & ceteris egritudinibus quæ corporis humiditates exsiccāt. Scissura vero & contusio causantur aut ex putredine aut ex contusione & percussione extrin-

Doloris & inflationis mamillarū causa

ſeca vel cauſantur ex amiſſione ſenſus neruoꝝ
venientium ad eas a corde & amiſſione ſenſus
muſculi vnde amittitur earum ſenſus & earum
modus naturalis corrumpit. Signum doloris
Sig. dol. ex cauſa caloris
ex malitia complexionis calida calor tactus ru=
bedo ipſarum & plenitudo venarum. Signum
Sig. frig.
malitię complexionis frigidę frigiditas tactus
vltra modum naturalem albedo & lentus do=
Sig. ex tumore
lor. Signum cauſę tumoris ipſarum eſt quod
videatur quoniam ſi obediunt tactui digiti cū
mollicie ſignum eſt eſſe illud a ſubtili fumo. Si
vero non obediunt tactui digiti propter earū
groſſitiem ſignū eſt eſſe a fumo groſſo & quia
Si. lactis coagula.
dolor eſt fortis. Signum lactis coagulati eſt ex
eo quod mulier refert & videatur ſi mammil=
la eſt calida tactu erit cum rubedine & dolor
fortis & ſi diſſoluitur humor, & eſt liuidus &
niger & diu permanſerit ſcias cauſam eſſe a ca
lore propter groſſitiem lactis & eius putredi=
nem. Si vero contrario modo lac ſe habuerit,
quia tactus eſt frigidus color albus & dolor lē
tus ſcias cauſam eius eſſe frigus quo lac cōden
ſauit & ſi putrefit lac eſt ex admixtione flegma
Si. tumo. ꝓpter pilum
tis. Signum doloris & tumoris propter pilum
quia eſt in mammilla rubedo mammillę fortis
dolor febris & dolor capitis quouſq; egredia=
tur pilus & quando egreſſus fuerit ſtatim deſi
nunt omnia huiuſmodi accidētia, & mihi qui
dem iam viſum fuerit hoc, & nō fuit apud me
dubium fuiſſe pilum hominis, & hoc notum
Sig. apā. ex ſang.
eſt apud mulieres. Signum apoſtematis ex ſan
guine grauitas rubedo calor & pulſatio. Si=
Si. co. ru.
gnum colerę rubeę fortis inflammatio febris
& ſitis. Signum flegmatis eſt mollities apoſte
Sig. fleg.
matis nigredo venarum abſq; calore & dolore
niſi forte tempus prolongetur. Signum corro
Sig. corroſionis
ſionis eſt quia incipit cum nigra puſtula, aut
diuerſorum colorum ſicut pauonis, deinde ef=
ficitur vlcus & corrodit & dilatatur. Signum
Sig. amiſſionis ſenſus mamillarū
doloris quod ad ſenſum patet. Signum amiſ=
ſionis ſenſus mammillaꝝ eſt quod ſenſui patet
& quia præceſſit illud ſciſſura & contuſio,
vel percuſſio & concuſſus eſt muſculus vnde
Curado. mamilla. ex cā ca.
perditus eſt ſenſus venarum quas diximus. Cu
ratio doloris mammillarum ex cauſa calida eſt
cum flebotomia venę baſilicę ſi plenitudo ap=
paret, & regatur rebus frigidis & emplaſtret
pectus cum ſucco memithę & ſucco ſolatri &
ſemperuiuę vel accipiantur ſandali & triten=
tur cum aqua roſ & loco ſupponatur Si vero
ſigna colerę rubeę prędominantur, purgetur
flegma & emplaſtretur mammilla cum farina
frumenti & mentaſtro humido & ſucco men=
tę vel apij & ſimilibus & ſuperponatur & vn=
gatur mammilla cum aliquo oleoꝝ calidorum
item monita rubedine. Curatio tumoris quan
Cura tumo. mamillaꝝ ſine dol.
do eſt ſine dolore eſt quod emplaſtretur cum
farina fabarum diſtemperata cum ſecaniabin,
aut liniatur cum ceroto facto de oleo viol. &
ſi tumor ſine calore fuerit piſtetur mica panis
cum vino vel cum rob & emplaſtretur mam=
milla, ex hijs autem quę diſſoluunt tumorem,
eſt quod accipiatur de cineribus vitiū aut quer=
cus & apponatur in eo de aqua & permittatur
die & nocte, poſtea coletur & miſceatur cū ea
de aceto in qua infundantur petię panni lini &
expreſſę parum mammillis ſuperponantur &
ceſſabit tumor. Curatio vero apoſtematis ex
Cura apā tis ex ſanguine
cauſa ſanguinis cum flebotomia venę baſilicæ
ſi conditiones conueniunt, poſtea emplaſtren=
tur mammillę in principio apoſtematis cū hijs
quæ diuertant humorē retrorſum ſicut eſt ſief
memithę bolum armenum & alcepal altlich diſ
temperatis cum ſucco ſolatri vel plantaginis,
aut ſucco raſurę cucur. aut ſucco coriandri hu
midi, & quando apoſtema eſt in declinatione,
vel ꝙ accidit ad eam emplaſtretur cum farina
fœnugręci aut farina altęę & ſemine lini cum
roſ. diſtemperatis cum aqua calida. Curatio ve
Cura ex cole. ru.
ro eius ex cauſa colerę rubeę eſt quod empla=
ſtretur in primis cum ſandalis faufel bolo ar=
meno & memitę cum aliquantulo camphorę,
vel opij & aqua roſ. & cum aliq̄ ſuccoꝝ herba
rum frigidaꝝ in ſtatu vero ęgritudinis & eius
fine vngatur cum ceroto facto de oleo camo=
millę aut oleo ſambucino. Curatio eius ex cau
Cura ex flegmate
ſa flegmatis eſt quod euacuetur corpus ſi con
ditiones conſentiunt cum his quę purgāt fleg
ma poſtea emplaſtretur in primis cū hijs quæ
confortant cum ęqualitate, & eſt vt accipiatur
de furfuribus pugillus. i. roſarum. ʒ. v. & bul
liant ſuper ignem cum aqua & cum eo empla=
ſtretur vel accipiatur de farina lentium & diſ=
temperetur cum aqua, & quando perfectum
fuerit apoſtema emplaſtretur cum farina lentiū
Cura ex cole. nig.
& ſemine lini cum vino diſtemperatis. Quādo
vero fuerit ex colera nigra laxetur primo cor=
pus cum hijs quę laxant coleram nigram, po=
ſtea emplaſtrentur mammillę in primis cū hoc
emplaſtro quod ſua proprietate operatur. ℞.
Empla.
& eſt quod accipiantur fęces quæ inueniunt
in fundo caldarioꝝ balneorum & aſſentur &
permiſceantur cum cera & oleo ro. & liniatur
de eo de ſuper apud principiū apoſtematis can
cri quoniam eſt expertum, & quod confert ad
hoc eſt quod accipiatur de alcefal partes. iij. alu
minis iameni partem. i. teratur totū & diſtem=
peretur cum vino & ſuperponatur ſępe. Mo=
Empla. mollificatiuum
dus emplaſtri ad mollificandū apoſtemata du
ra vbicunq; ſint & adminiſtretur in fine ęgri=

tudinis & est quod decoquatur dapla in aqua & pistentur in aqua in qua coctum sit modicū de farina cicerum & farina lupinorum & superponatur. Curatio vero corrosionis in sui principio est cum flebotomia & emplastratio cum rebus infrigidatiuis cum stipticatione & si incepit dilatari emplastretur cum tucia trita cum succo plantaginis & semperuiuę hoc enim detinebit ipsum a dilatatione. Curatio vero doloris mammillarum propter lac coagulatum si fuerit ex frigiditate infundatur cotum in aqua calida & aceto & mammillis superponatur & bene ligetur, vel accipiatur menta & teratur & tumori emplastretur facto ex lacte coagulato quoniam per hoc dissoluetur similiter operatur mentastrum, vel accipiatur ciminum & teratur & distemperentur cum melle & liniatur locus cum eo, vel emplastretur cum radice caparis vel coquantur camomilla anetum centaurea & mentastrum coniunctim aut separatim, & cum ista aqua calida emplastrentur mammillæ & dissoluetur lac coagulatum. Curatio vero lactis coagulati ex calore est quod accipiatur farina lentium farina fabarum semen lini oleum ros. & aliquātulum croci & salis nucis chandas distemperetur totum & cum eo emplastretur vel accipiatur ouum assatum mixtum cum modico fermento & oleo ros. & emplastretur cum eo. Et si fuerit ex modica suctione pueri curetur cum hijs quæ diximus. Et si non confert oportet sugere mammillam subtili suctione vt non causet calorem. Et si hoc non sufficit accipiatur vas quod dicitur alcaharara vel ampli orificij ad modum mammillę & collocetur in aqua calida & superponatur mammillæ calidum & habebit sugere totum lac quod in ea est coagulatum, vel apponatur super ea ventosa cum suauitate, & postea vngatur cum eo quod sedat calidum apostema. Curatio paucitatis lactis est quod sumatur in potu mulierū omni die. ℥.i.&.ʒ. boni butiri cum tantundem vini fortis. Modus medicaminis ad generandū lac accipiatur de eo quod est inter melengine, postquam fuerint coctæ in aqua lib.ʒ.vel plꝰ & teratur bene & exprimatur, & ex proiectis fęcibus accipiatur succus & misceatur cum eo de butiro vaccino. ℥.i. & bibat illud mulier omni die quoniam faciet fluere lac & est expertū, vel accipiantur sisami & terantur cum bono vino & coletur, & bibat illud mulier omni die. Postea accipiantur fęces & effundantur in eis parum olei communis & parum de lacte mulieris & exprimatur quousqꝫ inspissetur & emplastrentur cum eo mammillę & ligentur. Et sit cibus eius pulmentum de ordeo cum melle & modico feniculi vel brodiū cicerum & omnia cibaria humida & temperata & caueat ab omni cibo exsiccatiuo acetoso & salso. Modus medicaminis ad hoc, accipiatur de semine papaueris assati & nigella equaliter & terātur & infundantur in bono rob, & bibat ex hoc mulier tribus diebus continuis & fluet lac. Curatio vero eius ab amissione sensus si fuerit propter scissuram est sicut curatio apostematum. Modus medicaminis ad dirigendum mammillas virginum vt non cadant emplastrentur cum cefal & aceto bis in qualibet septimana, vel emplastrentur cum calce forti & teratur alumen iamenum cum oleo ros. & liniantur. Et eorū quidem quę cōsolidant mammillas scissas quę non possunt consolidari est quod vngantur cū sanguine virgę porci vel cum sanguine ericij, vel cum sanguine testudinis, & secundū quod eas dirigit est quod emplastrentur cum gall. optime in aceto decoctis. Postea infundat̄ spongia in illa aqua frigida & superponatur mammillis, & hoc fiat sępe cum exsiccata fuerit spōgia ab aqua iterū madefiat & superponatur.

Cura ex corrosiōe

Cura propter lac coagula ī mamillis ex frigo.

Cura lactis coagulati ex calore

Cura lactis coagulati ex pueri modica suctione

Cura paucitatis lactis

Medica. lactis generatiuū.

Cura ex amissione sensus

Medica. ad virginū mamillas dirigēdū

TRACTATVS.XV. DE ASSELLArum morbis vnicum continet cap. Sequitur de ægritudinibus assellarum. Cap. vnicum.

AEgritudines subassellarum duæ sunt fetor earum & apostemata quę generantur in ipsis. Fetor autem est aut naturalis aut accidentalis. Naturalis est sicut quibusdam nationibus hoc proprie accidit, vt illis qui dicunt̄ genagra & ethiopibus. Accidentalis autem generatur ex humore putrido quem natura expellit ad huiusmodi subassellarū loca debilia & sub iuncturis genuum vt plurimū incitatur hic ex calore & ex labore & coitu. Signum huius est quia sensui patet. Curatio vero eius est quod purgetur corpus in primis ab humore putrido cum decoctione agarici & epithimi cum yera pigra vel theodoricon quod est in hoc casu cęteris alijs melius & debet esse sumptio ipsius postquam ingressus fuerit balneum & lotum fuerit in eo corpus eius cum aqua decoctionis sisimbrij mentastri camomillæ maioranę centaureę mirtæ spicę & vlue. Postea vngatur cum litargiro vsto & extincto in vino odorifero vel cum thucia vel cum scoria argenti vel accipiatur litargirum alumen iame-

INflatio stomachi fit ex ventositatibus generatis in stomacho offendentibus anhelitum & totu corpus grauiter. Causat aut duabus ex causis, aut ex colera nigra quado in ea operat calor debilis, que quidem transmutatur ad vaporem fumosum, & sequit inflatio in ventre & panniculo, aut ex turbido flegmate generato in stomacho, vel ex debilitate caloris agentis in humores, Quando em permiscet debilis calor humoribus existentibus in ventre resoluunt humores in ventositates & faciut ventris inflationem, vel causat inflatio ex cibis generantibus ventositates grossas vt olera & legumina & similia. Signum cause flegmatis est quia inflatio est mollis, & possibile est no exire a superiori nec inferiori & sequitur in ventre & ypocondrijs inflatio, & contristatio anime, & timor continuus mortis & multitudo cogitationis in rebus que contrarie sunt rebus cogitabilibus, & hoc totu no est nisi ex vapore fumoso ascendente ad cerebrum ex colera nigra. Qd autem causat hmoi ventositates in corpore est corruptio digestionis in stomacho & eius circuitu qd est defectus virtutis digestiue pfecto modo, vnde corrumpit materia nutrimenti, & quando perseuerat corruptio digestionis in stomacho confirmantur hmoi ventositates & ingrossant, quare fit ear resolutio difficilis quousq subtiliant & attrahunt ypocodrie, & possibile est aliquando ascendere cibu desubter stomacho ad superiora eius, ita q prohibet descendere & adherere fundo eius, & fit hec vna de potissimis causis priuationis digestionis, & vltima ingeniatio rectificandi cibi corrupti, & vtatur cibis humidis potetia & actu in quibus quandoq sit acuta qualitas & subtilis, vel mentastrum menta & ysopus ad vigorandu digestionem & expellendu ventositates, & emplastretur stomachus & panniculus ventris cu medicinis subtilibus vt aniso nigella cimino fen. seminis aneti & fructu lauri & similibus coniunctim vel per se in aqua coctis, & fiat distere ex hijs similiter, & inungat stomachus cum oleis resolutiuis vt oleo ramic & oleo de costo vel oleo de aneto, aut de absinthio & similibus, & accipiat .3.ʒ. castorei, confert enim inflationi cuius dissolutio est difficilis & puncture ventris iuuamentu maximu, & confert vltimu iuuamentu ad hoc qd accipiat quolibet die. 3.iij. electuarij de fructu lauri vel accipiat de hoc puluere cuius modus est q accipiat petro. 3.iiij. spice cimini costi piperis an. 3.ij. seminis apij & castorei an. 3.iij. terant & cribellent, & sumat ex eo quolibet die. 3.i. & ʒ. cu vino veteri & odorifero, Et cofert huic etia vsus electuarior calidorum aromaticor & electuariu piperum & tyriaca alfarec & alsilitha, & electuariu de asa, & electuariu de cimito & similia, Et sit cibus eius ferculum qd dicitur zirbig. qd est carnes pullor columb. & perdicum cocte in aqua & parate cu cimino & aromatibus calidis, in quo ponat aliqd de bono vino odorifero, & bibat

Si. cause flegmatis

etiam de hmõi vino, & accipiat de sirupo radicum cũ oleo amigdalaꝝ. Et si nõ curat cũ hijs que dicta sunt superponat stomacho ventosa cum igne absq; scarificatione, hoc em̃ dissoluit ventositates & fugabit eas, postea vero intret assidue balneũ & emplastret stomachus cum medicinis supradictis. Et si cũ toto hoc nõ curatur fiat cauteriũ supra stomachum & supra ypocondrias plura cauteria, vt in suo loco determinatur.

De corruptõe digestionis. Ca. XXIIII.

Digestionis corru. ex tribus causis fit

CORruptio digestionis contingit ex tribus causis, prima est passio virtutis digestiue, scd'a humores in stomacho cõgregati, tercia est ex cibis. Contingit etiam corruptio digestionis ex paucitate somni & quelibet istaꝝ causaꝝ in plures diuidit. Virtus aũt digestiua patitur aut ex malitia cõplexionis calidæ aut frigide aut ex apate aldubayla.

Sig. cali. Signũ malicie complexionis calide est sitis febris & corruptio cibi conuertit ad fumũ vel particulariter ad sorditiem & indignationem.

Sig. frigi. Signũ malitie complexionis frigide paucitas sitis & acetosa eructuatio mollitudo ventris & multe ventositates in stomacho, & si frigus in fine excesserit nullatenus digerit in eo cibus nec transmutatur ab eo qd' fuit quemadmodũ accidit in lubricitate intestinoꝝ, & si nõ multũ excesserit frigus transmutabit in eo cibus transmutatione aliqua, & si cibus ad tpatam frigiditatem declinat transmutabit ad acetosum, si vero ad calorem generabit ventositates grossas.

Sig. ex apate. Signũ corruptionis digestionis ex apate aldubayle est qm̃ egritudo prouenit ex eo ad virtutem digestiuã duobus modis. s. ex corruptõe substantie & ex priuatione actionis & causa apatum & oppilationis, & iam p̃dicta sunt apatum signa eoꝝ ꝙ gña & cause.

Cura ex cali. frig. vel apate Curatio corruptionis digõnis ex malicia complexionis calide vel frigide vel ex apate iam memorata est in p̃cedentibus. Congregatio vero humoꝝ in stomacho fit aut a cibis aut ex eo ꝙ fluit ad eum a capite & aliqbus membris vnde corrumpunt cibi.

Si. causa ciborũ Signa corruptionis digestionis a causa ciboꝝ est qm̃ si cibi transmutant ad fumũ fit causa mutationis ad caliditatem, si vero trãsmutant ad acetositatem erit causa transmutationis ad frigiditatem.

Cura vbi trãsgreditur tẽperamentũ Curatio eius ꝙ transgredit temperamentũ est emũdare ipsum cũ suo contrario vt dictũ est. Corruptio digestionis ex causa ciboꝝ cõtingit vno iiij. modoꝝ. s. aut ex errore quantitatis ipsoꝝ aut ex errore qualitatis, aut ex errore vsus, aut ex errore ordinis.

Sig. erro. i quãtita. Signũ erroris in quãtitate est vt cum sumit de cibo paucũ minus q̃ oporteat cum sit eius stomachus calidus natura, quando sic est id ꝙ attrahit corrumpit & transmutatur ad coleram, ꝙ si sumpserit magis de eo q̃ oporteat & virtus est fortis corrumpet cibus in stomacho, & si cibus fuerit difficilis corruptionis & virtus debilis nunq̃ digeret cibus ille.

Sig. erro. in q̃litate Signũ erroris in qualitate cibi est quia cum est calidus & stomachus calidus vt lac si sumit a calidũ habente stomachum transmutat & efficit in stomacho colera. Si vero stomacus fuerit frigidus & sumpserit lac conuertet in ipso ad acetositatem.

Sig. erro. in tẽpore Signũ erroris in tempore vsus cibatõis est vt si quis manũ ad scd'm cibum extendit anteq̃ primus digerat, qd' est vt cibatus quis in tercia hora & iterũ post horam cibatur apud initium digestionis prime cibationis & anteq̃ prima pfecte digeritur, cum aũt prima digesta fuerit & ceperit descendere a stomacho adheret cũ eo & scd'a & indigesta transit.

Sig. erro. in ordine Signũ erroris in ordine est vt si quis in primis comederit coctana poma vel granata & similia ante cibaria lenitiua ventris inducet stomacho solutõem fortem, ꝙ est quia cibi facilis & cite digestionis cito exeũt, cibi vero difficilis & tarde digestionis requirũt moram, vnde causa huius generant ventositates que sunt cause corruptionis digõnis & debilitatis coctionis.

Cura erroris quãtitatis cibi Curatio erroris quantitatis cibi in multo vel pauco & qualitatis & erroris in regimine cibationis est ꝙ studeat ducere cibũ ad equalitatem toto suo posse, & non excedere sufficientiã & horã sumptionis cibi.

Cura erroris in ordine Curatio erroris in ordine est p̃ponere cibum p̃ponendum & postponere postponendum, & q̃n in aliquo istoꝝ deliquerit pruocet vomitũ post potum aque calide, postea confortet stomachũ cũ oleis confortãtibus ipsum, sicut est oleũ de citonijs & oleũ nardinũ vel masticinũ, & emplastret cũ aliquibus emplastris fortibus & aromaticis, & comedat post hec cibos conferentes stomacho & facilis digestionis, & abstineat ab omĩ ꝙ corrumpit cibos & prohibet descensum ciboꝝ, & exerceat motũ & laborem temperatũ, & ingrediatur balneũ & bibat vinum odoriferũ.

Cura ex paucitate somni Curatio eius ex paucitate somni est accipere aliquid de electuarijs calidis iuuantibus digõnem.

¶ TRACTATVS. XVII. DVAS HAbet sectiones, quaꝝ prima est de ventris solutione, & comprehendit in se. xii. capl'a, scd'a sectio de passionibus ani & intestini colon. xiii. capitula continens.

De solutione ventris. Cap. I.

Ventris fluxus ex sex locis oritur

SOlutio ventris prouenit ex sex locis, aut a stomacho, aut ab epate, aut ab intestinis, aut ab ano, aut a cerebro, aut ex multa plenitudine totius corporis & pauca eius solutõe

& alia plura genera sicut ostēdemus. ¶ Solutio que prouenit ex stomacho contingit aut ex debilitate digestiue virtutis, aut ex debilitate cōtentiue, aut ex vigore expulsiue & vigore digestiue aut ex debilitate digestiue & retentiue & vigore expulsiue, vel ex lubricitate stomachi, vel ex pustulis & apostematibus, vel ex effusione colere nigre ad ipsum, vel ex superfluo cibo, vel ex vsu cibi lenitiui, vel errore regiminis compositionis cibi, vel exercitio post cibum, vel ex potu multe aque supra cibum. Signũ cause debilitatis digestiue virtutis est exitus egestionis in suo tpe naturali indigeste & rugitus ventris in hora digestionis. Signũ cause debilitatis contentiue virtutis est quia si bonus cibus transmittit ad stomachũ paucam morā faciet in eo, & descendit cũ rugitu & inflatione ante sui tempus i. ante octo horas. Signũ cause vigoris expulsiue & digestiue est quoniam si cibus permanserit in stomacho iuxta horam digestionis, & expellitur exibit totus in vna expulsione vel duabus violenter & est digestus ꝓpter sanitatem digestiue virtutis. Signũ cause debilitatis digestiue & cōtentiue & vigoris expulsiue est exitus cibi indigesti ante suũ tempus naturale cũ vna violenta expulsione vel duabus. Signũ cause debilitatis expulsiue est sicut diximus, & diu permanet in stomacho ꝓpter expulsionis debilitatem, & fit eius exitus in diuersis horis cũ difficultate & requirit in suo exitu longũ tempus, & est eius exitus difficilis ꝓpter debilitatem expulsiue, sed exit in suo tempore ꝓpter vigorē digestiue. Signũ cause debilitatis digestiue & vigoris expulsiue & contentiue est eius exitus in suo tpe naturali ꝓpter sanitatem contentiue & exit indigestus cum sonitu & inflatione ꝓpter debilitatem digestiue, & exit violenter ꝓpter vigorem expulsiue. Signũ cause debilitatis digestiue contentiue & expulsiue est exitus ciborũ indigestorꝫ & non suo tpe & quia paulatim expellunt. Hec sunt signa scd'm ꝙ ea memorauimus cōmuniter debilitatis virtutũ predictarũ. Causat aũt debilitas aut ex caliditate aut ex frigiditate, oportet ergo tradere differētiam inter signa caliditatis & frigiditatis. Signũ debilitatis ex causa caliditatis est quia apparet aliqd colere ru. in egestione & est tincta colore citrino & sentit patiens sitim & calorem, qñ vero debilitat ꝓpter frigiditatem apparebit flegma mixtũ in egōne & declinat ad albedinem, & non sentit patiens nec calorem neqꝫ sitim neqꝫ febrem. Signum solutionis ex pustulis & apostematibus est quia incitatur post descensum cibi, & est dolor fortis in stomacho & intestinis per loca per que vadunt feces cibi, & quādo descenderit cibus de illis locis quiescit dolor in locis illis & insurgit in alio loco, & postea quiescit & non cessat sic facere. Et si cũ egestione fuerit humor putridus subtilis & cibi exeuntes permanent in eodem modo q̄ fuerunt, neqꝫ transmutati sunt ab eo ꝙ fuerunt & possibile est accidere ex hoc fœtor oris cũ abundantia sitis & colerico vomitu. Signũ eius ex lubricitate stomachi est exitus ciborꝫ indigestorꝫ cum modica transmutatione & festinanter cum viscositate & ꝑcipue si mouet patiens citius exibunt, & si non mouebunt tardabũt exire, & fit eorũ exitus simul. q. lapis ruens. Signũ eius ex effusione colere nigre ad stomachũ est qm̄ incitatur cũ hoc appetitus cibi & sentit mordicatōem in stomacho, & acetositatem in ore, & in hora comestionis desinunt hec per aliquid rei pinguis & nō desinũt per cibos non pingues sicuti per pingues. Signũ eius ex supfluo cibo est vigor appetitus absqꝫ mordicatione in orificio stomachi, & cũ comederit iuxta appetitũ grauat stomachus, & tunc laxatur natura qm̄ appetitus in virtute contentiua est. Signũ eius ex errore compositionis ciborum est quia ꝑponit cibos facilis & citi exitus cibis tardi exitus & accelerat vltimus cibus exire cum primo ante sui tempus. Signum eius ex forti motu post cibum est ꝙ infirmus refert. Curatio solutionis ventris ex debilitate digestiue virtutis si ex frigiditate fuerit ꝙ sumat de tiriaca magna. ℥. ij. cũ bono vino odorifero, vel cũ succo mellisse aut succo basiliconis gariof. vel cum aqua decoctionis cimini & ysopi, vel cum succo mentastri & mastice & gariof. nuce musc. macis & squinanto coniunctim vel per se vel sumat de sechaznaya aut alijs compositionibus in quibus cadit de ligno aloe & gallia, & accipiat ex illis. ℥. ij. cum aliq̄ succorꝫ pdictorꝫ vł accipiat de isto electuario. Modus electuarij cōferentis solutioni ventris causa debilitatis virtutis digestiue. ℞. ciperi olibani mastic. gallie anisi seminis apij infusi in vino odorifero p diem & noctem añ. ℥. i. & ʒ. fructus mirte infusi in aceto per diem & noctem & exsiccati ad vmbrā ℥. vij. & ʒ. nucis musc. gariof. ligni aloes añ. ℥. ʒ. teratur totum & conficiat cum sirupo citoniorum vel miua vel sirupo rosa. & bibat ex eo omni die mane & sero. ℥. iiij. ante cibũ cum vino odorifero vel cum aqua decoctionis ligni aloes mastic. & gallie / & sint cibi eius fasiani & pdices & alhamam & algadalya paratis cũ spica croco & blacta bisanc. per se vel cōiũctim. Curatio solutionis pueniẽtis ex debilitate virtutis digestiue propter caliditatem est ꝙ sumat de trociscis spodij factis cum semine acetose vł granis granatorꝫ. ¶ Modus trociscorꝫ confe-

Sig. cause debilita. digestiue virtutis
Sig. debilitatis cōtentiuæ
Si. vigo expulsiue & digestiuæ
Sig. debilitatis digestiue & contētiue & vigo. expulsiue
Sig. debilitatis expulsiue & vigo. digestiue
Sig. debilitatis digestiue & vigo. expulsiue & cōtentiue
Sig. debilitatis digestiue cōtētiue & expulsiue
Sig. debilitatis ex caliditate
Sig. solu. ex pustu. & apati.
Sig. ex lubricitate stomachi
Sig. ex effusiōe co. nigre ad stomachũ
Sig. ex superfluo cibo
Sig. ex errore cōpositionis ciborum
Sig. ex forti mo. post cibũ
Cura fiu. vētris ex debi. virtutis digestiue ex frigidita.
Electua. digestiuā confortās
Cura ex debilita. vtutis di. gesti. ex caliditate
Trocisci

rentium solutioni ꝓuenienti ex lubricitate intestinorum que fit per calorem. ℞. granoꝝ granatorum assatoꝝ boli armeni spodij rosar. seminis acetose an̄. ʒ. i. & ʒ. berberis coriand. sicci infusi in succo agreste vel aceto forti p diem & noctem & assati gumi arab. sumach balaustie tarathit gallie gallaꝝ imperforataꝝ an̄. ʒ. ʒ. fructus mirte. ʒ. vij. & ʒ. teratur totū & cribelletur & conficiatur cū succo citonioꝝ vel succo pomoꝝ/& fiant trocisci quoꝝ quilibet sit ponderis. ʒ. ij. & sumat ex illis vnū omni die mane & sero cū aliquo gn̄e robub. s. cū rob de fructu mirte aut rob de citonijs & similibus.

Tarath it

Emplast. ¶ Modus emplastri ad confortandū stomachū debilem. ℞. sand. rubei rof. ramich sumac mastic. an̄. ʒ. i. teratur totum & misceatur cum eo de alcapare infuso in aceto. ʒ. v. & conficiat̄ cū succo citoniorum vel cum aqua ros. & emplastretur stomachus, & conferūt ei omnia genera rob acetosa. & sint cibi eius haczarimia & sumacia & similia.

Cura ex debilita. virtutis cōtentiue ꝓpter frigiditatē. Curatio solutionis ex debilitate virtutis contentiue propter frigiditatem consistit in rebus calidis, sicut est apium ciminū anisum nō assata spica macis calamus aro. lignum aloes & crocum.

Puluis cō fort. Modus pulueris conferentis debilitati virtutis contentiue. ℞. spice ligni aloes macis gallie croci apij tarathit balaustie calami aro. an̄. ʒ. i. & ʒ. mastic. ʒ. vij. & ʒ. rosarum ʒ. xv. terantur & fiat ex eis puluis, de quo accipiat om̄i die. ʒ. iiij. cū rob de pomis & rob de citonijs. & sint cibi eius cibi frixi & assati in q̄bus ponat̄ de miua & aceto, in quo sint infusa ysopus & apium, & emplastret stomachus cū hoc emplastro.

Emplast. Modus emplastri conferentis debilitati virtutis contentiue emplastret̄ stomachus cū vino veteri cum laudano & rahac acetosa cū cimino cassia lignea spica ciperi squinanti garif. & similibus.

Cura ex debilitate virtutis cōtentiue ꝓpter calorem. Curatio eius ex debilitate virtutis contentiue cum calore est cū rebus frigidis & ponticis, sicut sunt grana granatoꝝ crocum poma dulcia & acria, simul erea moraba citoniorū sumac algebira cicera & acetositas citri.

Puluis Modus pulueris conferentis debilitati virtutis contentiue. ℞. accacie tarathit balaustie semīs rof. an̄. ʒ. i. & ʒ. glandis cimini infusi in aceto, & postea assati an̄. ʒ. i. & ʒ. caulis napti. ʒ. iiij. terantur & cribellentur & bibat ex eo omni die ʒ. iiij. cum rob de citonijs, aut rob de pomis, aut rob de agresta, & emplastretur stomachus cum folijs de mirta humidis & folijs pomoꝝ & citoniorum & folijs alasang & folijs de piris coctis om̄ibus, & emplastretur cū sand. balaust. ro. croco. ramic cū succo mirte/& sint cibi eius aldrag & alhagal cū succo agreste & succo pomorum & granatoꝝ.

Cura ex vigo. virtutis ex. pulsiue et sanitate digestiue. Curatio eius ex vigore virtutis expulsiue & sanitate digestiue est ꝙ accipiat de moraba zinziberis & sīn moraba & moraba de secacul & piper longum menta semen apij ciperi cortices cassie lignee calami aro. & apium montanum anisum squinantum & eius radicem darsen ciminum lignum aloes & folia citri cocta & mastic. corticem citri & comedat mellissam & basilicon gariofilatum & eius semen, & bibat vinum odoriferum in quo infundatur cortex fistici superior, hoc eīn constringit ventrem cum equalitate, & comedat cibos frixos & assatos de pullis columbinis alhagal turturibus & cannabir & similibus, & bibat vinum vetus super quo præterit annus in quo infundatur lignum aloes mastix gallia folia citri & similia, & epithimet̄ stomachus cum epithimate de ruta maiorana vel succo pomoꝝ vel succo mellisse vel succo basiliconis gariofil. vel succo mirte aut rof. cum puluere gariof. croci ligni aloes gallie & similiū.

Fistici cortex stringit

Puluis Modus pulueris conferentis solutioni ꝓuenienti ex vigore virtutis expulsiue & egestioni exeunti cū forti sonitu aut violento. ℞. laudani anisi seminis apij granoꝝ mirte an̄. ʒ. v. secacul nuc. musca. cum eius cortice an̄. ʒ. vi. ligni aloes sicci. ʒ. iij. squinanti & radicū eius mastic. piperis longi an̄. ʒ. ij cimini carmeni infusum aceto per diem & noctem & assati corticis olibani an̄. ʒ. ix. ligni aloes gariof. an̄. ʒ. x. terantur totū & cribellet̄ & accipiat ex eo pondus. ʒ. iij. cum miua & cortice citri quolibet mane & sero.

Cura ex debilita. virtutis ex pulsiue et sanitate digestiue Curatio eius ex debilitate virtutis expulsiue & sanitate digestiue est confortare virtutem expulsiuam & sanitatem digestiue. Confortatio vero expulsiue fit cum rebus aromaticis & rebus lenientibus, & est ꝙ accipiatur aliqd' electuarioꝝ & coquant̄ in ipso spica mastix costum cassie lignee laud. ciperi & similiū, & cum eo emplastret̄ stomachus, & accipiat omni die ex hoc electuario.

Electua. Modus electuarij conferentis debilitati expulsiue. ℞. ferruginis ferri preparati & assati vsue masticis laudani croci an̄. ʒ. x. rof. ʒ. vij. ciperi mirabol. kebuloꝝ bellericoꝝ & emblicorum assatorum & infusorum in vino odorifero & exsiccatorum ad vmbram gallie an̄. ʒ. viij. nuc. musc. cum sua cortice macis an̄. ʒ. vi. cortices glandium. ʒ. vi. ligni aloes. ʒ. xi. terantur cribellentur & conficiantur cū melle ysopino despumato, & accipiat de eo. ʒ. iij. omni die ante cibū cum tribus. ʒ. vini odoriferi.

Cura ex debilita. digestiue & cōtentiue & vigore expulsiue preter frigiditatem. Curatio eius ex debilitate virtutis digestiue & contentiue & vigore expulsiue preter frigiditatem est ꝙ accipiat de miua, aut rob de pomis, aut cum musco, aut sirupo fructum in quo misceatur gallia lignum aloes gariof. & spica, & vniuersaliter cū

omnibus que suo loco sunt dicta, & si fuerit ex caliditate curetur cum suo contrario. Curatio eius ex debilitate virtutis digestiue & expulsiue est sicut diximus in debilitate digestiuæ, & emplastretur stomachus cum hoc emplastro. Et modus eius est quod accipiantur poma & citonia & coquantur in bono vino, postea accipiatur gallie ligni aloes croci mastic. cassie lig. macis ab sinthij aloes partes equales coadunentur omnia cum pomis & citonijs & emplastretur stomachus cum eo & liniatur de oleo nardino & mirtino & similibus. Curatio eius ex debilitate expulsiue & retentiue est cum hijs que dicta sunt in curatione debilitatis expulsiue æqualiter, & curatio eius ex debilitate expulsiue & robore digestiue est cum hijs que dicta sunt. Curatio eius ex debilitate digestiue cum robore expulsiuæ & sanitate retentiuæ propter frigiditatem est cum rebus fortis caliditatis, vt sunt pipera cardamomi maius & minus macis cortex cassiæ lignee gallia m⁹. muscum lignum aloes, & bibat de hijs vel per se vel composite cum vino odorifero, vel cum miua bene aromatizata, vel accipiat de magnis electuarijs calidis vt filitha sechaznaya & similia, & comedat assata in patella parata cum speciebus cum vino odorifero in quo infusa sit mellissa & folia citri, & emplastret stomachus cum emplastris de aromatibus confortantibus sicut diximus, & si fuerit ex caliditate bibat de granis granatorum cum modico galliæ & ligno aloe & mastic, & similibus. Curatio vero eius causa virtutis digestiuæ retentiue & expulsiuæ est quod regatur cum hijs quæ diximus, & consideret si est ex caliditate oportet infrigidare stomachum, & si est ex frigiditate calefiat, & addat quod diminuat de medicina secundum debilitatem vnius virtutum aut duarum aut trium vt diximus. Curatio eius ex lubricitate stomachi inprimis est cum vomitu cum aqua decoctionis aneti & sal. & radicis, & sumat de electuario nucum & electuario piperum & tyriaca maiori, & emplastretur stomachus cum darsen squinanto ciperi gariofil. mastic. nuc. musc. musco croco oleo balsami, & bibat vinum vetus odoriferum cum modica gallia & comedat pullos & oua & coctas & aromatizatas. Curatio eius per pustulas est sicut diximus in curatione apostematum stomachi, & oportet bibere lac acetosum ex quo extractum sit butyrum vel lac vacæ nigre cum spodio ros. semine ros. semine acetose bolo armeno & tinalreryora, & emplastretur stomachus cum prædictis. s. gallia ros. spica & mastice. Curatio vero eius ex effusione coleræ nigræ ad stomachum est cum flebotomia basilicæ si non est aliquid prohibens & plenitudo apparet & appositione ventosarum supra splenem & vsu compositionis pulueris de epithimo & regatur cibo pulmenti cum aliquo pinguedinis vt rectificetur acetositas. Curatio eius ex multo cibo est extenuare cibum in quantitate qua non laxetur natura, & comedat parum de cibis pinguibus, & si solutio promouetur curetur cum medicinis quas diximus. Curatio eius ex regimine ciborum laxatiuorum est quod confortetur stomachus cum aliquo puluerum & emplastrorum, & sunt cibi eius quibus inest stipticitas contra naturam cibi laxatiui. Curatio eius ex errore ordinis ciborum est mutare illum ordinem & confortare stomachum cum prædictis. Curatio eius propter motum post cibum est quiescere post illum donec calefiat cibus in stomacho & incipiat digestio & non negligat confortare stomachum cum rebus conuenientibus Et curatio eius propter potum aque in hora cibi est preterire potum aque & vti somno & potu vini temperati cum aqua vt cito sedetur sitis Et decidimus canonem vniuersalem in hoc quod id quod magis offendit patientes fluxum ventris ex quacunque causa sit est potus aque quare oportet abstinere ab ea & tolerare sitim toto posse quoniam est maxima & liberatiua medicina.

[Left margin notes: Cura ex debilita. digestiue & expul. — Cura ex debilita. expulsiue & retent. — Cura ex debilita. digestiue cum robore expulsiue & retentiue propter frigus — Cura cum virtu. digestiue retentiue & expulsiue — Cura ex lubrici. stomachi — Cura ex pustulis — Cura ex co. nigræ effusione ad stomach.]

[Right margin notes: Cura ex multo ci. — Cura ex regimine ciborum laxatiuorum — Cura ex errore ordinis ciborum — Cura ex motu post cibum — Canon notandus de aque potu]

De solutione que prouenit ex parte epatis. Cap. II.

Solutio que prouenit ex parte epatis diuiditur in modos. xiiij. aut enim prouenit ex debilitate virtutis transmutatiue quæ est digestiua, aut ex debilitate attractiue & contentiue simul, aut ex vigore expulsiue & sanitate contentiuæ, vel ex debilitate contentiue & sanitate digestiue & sanitate contentiuæ, vel ex debilitate contentiue & sanitate expulsiue & digestiuæ, vel ex vigore attractiue quando attrahit ad epar de nutrimento magis quam virtus digestiua possit digerere, vel ex nature robore que sollicitatur ad mundificandum epar, aut ex medicina in qua fuit intentio mundificare epar deinceps natura vigorata est vt expellat ipsam, vel ex retentione menstruorum, vel ex sumptione medicine mortifere corrumpentis epar, vel ex apostematibus generatis in epate que cum matura sunt expellit natura putredinem ad intestina. Signum solutionis ex debilitate digestiue prouenientis si est ex frigiditate exitus liquoris cibi ad modum aque lotionis carnis recentis absque perfecta digestione quod efficiatur sanguis & exitus eius absque malicia & strictura & dolore in aliquo intestinorum siccitas corporis & eius macies & stercus separatum a sanguine declinans

[Right margin notes: Solutio ventris ex parte epa. proueniens quatuordecim modis contingit — Signa solutionis ex debilitate digestiue a frigiditate]

ad albedinem & signat illud & grauitas in hora qua vadit cibus ad venas epatis postq̄ mundificatur stomachus ab ea, & hoc postq̄ excluduntur a stomacho rugitus & inflatio & ventositates & non reperitur hec indifferentia que est inter stomachum & epar.

Sig. solu. ex debilitate digestiue ex caliditate

Signum huius ex caliditate est rubedo vrine & color citrinus cū viriditate coloris infirmi eius corruptio & macies sitis oris siccitas & lingue grossitudo, & possibile est esse nigra.

Sig. ex debilita. attractiue & cōtentiue simul

Signum eius ex debilitate attractiue & contentiue simul est liquositas stercoris & eius effusionis in breui tempore & celeritas exitus liquoris cibi ab epate.

Sig. vigoris expul. & sanita. cōtentiue

Signū vigoris expulsiue & sanitatis contentiue est exitus stercoris cum magna quantitate paulatim & sæpe, magna enim quantitas ex vigore expulsiue prouenit, eius vero exitus paulatinus cum difficultate & fractura est ex sanitate retentiue.

Sig. debilitatis cōtentiue ex frigidita.

Signum debilitatis contentiue ex frigiditate est rugitus & inflatio in hora sui exitus & declinatio coloris digestionis ad albedinem spissitudo vrine cum albedine & raritas pulsus venarum & perceptio frigoris in epate & color infirmi declinat ad albedinem.

Si. debi. cōten. ex caliditate

Signum eius ex caliditate est egestio similis loture carnis recentis sine inflatione & rugitu cum perceptione sitis & caloris.

Si. debi. cōtentiue & sanita. digestiue ex calore

Signum debilitatis contentiue & sanitatis digestiue ex calore est exitus egestionis cum sanguine ad modum loture carnis recentis in qua sunt plures macule sanguinis rubei & sani & eius exitus cito ante tempus ex debilitate retentiue.

Sig. debilitatis cōtentiue & sani. dig. ex frigi.

Signum huius ex frigiditate est quia sentit frigiditatem in epate & egestio declinat ad albedinem & priuatio.

Si. debi. digest. & sani cōte. ex frigid.

Signum debilitatis digestiuæ & sanitatis contentiuæ ex frigiditate est quia similatur egestio parum loture carnis, & est valde alba & exit in longo tempore propter contentiue sanitatem.

Si. ex ca. debi. di. & sanita. cōtentiue

Signum huius ex caliditate est eius exitus cum acuitate & multo sanguine & perceptio caloris in epate sitis & rubedo vrine & fortis pulsatio venarum.

Si. expul. debili. & digestiue sanitatis

Signum expulsiue debilitatis & digestiue & sanitate est exitus egestionis cum celeritate propter debilitatem contentiue & digesta propter sanitatem digestiue/expellitur autem cum equalitate non cum difficultate & fractura, & nō tarde & nō festinanter ꝓpter expulsiuæ sanitatem.

Sig. vigo. ꝟtutis attractiue

Signū vigoris virtutis attractiue est quoniam cui hoc accidit sanus existit in vniuersis naturis atq̄ virtutibus & quia exit egestio multa & digesta.

Sig. vigo. nature ad mūdificandum epar

Signum cause vigorationis nature ad mundificandum epar est, quoniam quando separati sunt hij humores cessabit fluxus & augmentatur eius acumen ei qui fatigat suum corpus forti labore & postea vtitur quiete & ocio.

Sig. cause medi. ine

Signum causæ medicinæ cum qua fuit intentio mundificare epar est ex eo ꝙ infirmus receperit.

Sig. ex retentione mēstruo.

Signum eius ex retentione menstruorū est magna euacuatio per fluxum ventris, & ꝙ ipsa mulier refert de retentione sui menstrui.

Sig. ex sūptiōe medicinæ mortifere

Signū ex sumptione medicinę mortiferę corrumpentis epar est ex eo ꝙ infirmus refert cum sensu molestię & difficultatis quæ dicitur ahahir & acuitas in stomacho & epate corruptio coloris infirmi & debilitas cordis.

Ahahir

Sig. ex apate

Signum eius ꝓpter apostema est perceptio apostematis extra epar cum dolore & grauedine & febre quousq̄ aperitur apostema & apparet putredo in egestione & postea quiescit febris.

Cura ex debilita. digestiue virtu. ex frigidita.

Curatio solutionis ꝓuenientis ex debilitate digestiuę virtutis quando est ex frigiditate est ꝙ dentur infirmo in potu omni die. ʒ. ij. corticum fisticarum assatarum, vel accipiat de cortice fistici & spica & semine apij assato de quolibet. ʒ. i. cum aqua in qua infusa sit cortex fistici aut eius folia aut cortices arboris pini, vel bibat anisum aliquantulum assatum. ʒ. i. & . ʒ. cum aqua decoctionis apij, & comedat caules coctas bis in aqua cum cimino almuri carui spica & aniso, & comedat endiuiam & apium & ventriculos anserum & gallinarum assatos & coctos cum aceto & fercula cocta in patella de carnibus caprarum iuuenū cum aromatibus, & comedat de castaneis & auellanis assatis & de vuis passis cum suis nucleis, & caueat ab amigdal. & nucibus & ab omni in quo est oleineitas, vel accipiat de hoc puluere qui. ℞. spice croci corticem cassię lignee cortic. fistici subtilis añ. ʒ. xxx. radicis squinanti piperis albi & nig. añ. ʒ. iij. mentę siccę ameos foliorum marmatir anisi seminis apij assati costi cōtusi assati veg contusi & parum assati añ. ʒ. v. dauec cimini infusi in bono vino odorifero per diem & noctem & assati fructus lauri cū sua cortice asari añ. ʒ. v. storacis labue ramich laudani vsne añ. ʒ. x. terantur omnia & cribellent & bibat ex eo. ʒ. iij. mane & sero post vacuitatem stomachi cū vino odorifero vel cū miua, & emplastret epar cū spica absinth. romão calamo aro. cortice olibani mastice gallia croco laudano balau. ro. sand. alba catachi cortice granati cōiunctim vel ꝑ se & tritis cū succo mirtę suponat epati.

Cura solutiōis ex debilita. digestiue ex calore

Curatio solutiōis ex debilitate digestiuę ꝓuenientis ex calore est ꝙ det infirmo aliquod generꝫ robub acetosorꝫ cum trocisciis de spodio factis cum semine acetosæ, & bibat lac vaccinum acetosum cum prędictis trociscis, & emplastretur epar cum rebus frigidis vt sand. balaust. mirta ros. cum succo rasurę cucur. portulacę semperuiuę vt solatri & similiū, & sint cibi eius sachibi cag aczeramia & granatia quę

Sachibi Aczeramia

sunt fercula parata cum aceto aut agresta aut granatis & similibus. Curatio solutõis proue-

Cura ex debilita. attractiuę

nientis ex debilitate attractiuę virtutis est ꝙ recipit acacię cassięligneę carphę sumac assati an. ℨ.i.&.ℨ.terantur totum & cribellentur & fiat puluis de quo accipiat in mane.ℨ.iij. cũ rob de pomis aut citris aut de granatis, & emplastretũ epar cum gallia croco amomo cassięligneę calamo arom. flore vitis laudani vsiæ an. partes equales terantur & cribellentũ & distemperentũ cum succo mirtę & fiat emplastrum, & si calor manifestatus fuerit sup epar misceatur cũ predicto emplastro de camph. & sand. Curatio so-

Cura ex debilita. cõtẽtiuę & expul.

lutionis prouenientis ex debilitate cõtentiuę & expulsiuę simul est cũ hijs quę modo diximus oportet tamen reiterare medicinã pluries & sumere de ea in multa quantitate cum vino veteri coloris citrini cum rob de granatis, & sint cibi eius turtures & canabir & fasiani assati. Cura-

Cura ex vigo. expulsiuę & sanitate retẽtiuę

tio solutionis prouenientis ex vigore expulsiuæ & sanitate retentiuę quando fuerit id cũ rugitu & multis ventositatibus & frigore dextri lateris epatis est ꝙ administretur in potu infirmo electuarium amorusię factum cum gallia ligno aloe menta & mace & similibus, vel recipiat seminis apij anisi mastic. an. ℨ.i. bibat totum cum aqua in qua infusa sit cortex fistic. & emplastretur epar cum bonis aromatibus coadunatiuis sicut diximus. Curatio solutionis proueni-

Cura ex debilita. retentiuæ tñ

entis ex debilitate retentiuę tantum si fuerit ex frigiditate accipiat de tyriaca alfaroc sechaznaya postꝙ fuerint cũ ea mixte medicinę coadunatiuæ & ponticę sicut nuc. cipressi vel cortex pini vel semen apij assati, vel cortex fistici aut auellanę intrinseca & similia, & bibat vinum vetus in quo infundatur gallia lignum aloes & radicum, & sint cibi eius fasiani assati vel parati ad modum zibargię cum granis granatorum & aromatibus vt spica gariof. carpha & simi-

Cura a caliditate

lium. Curatio vero a caliditate est ꝙ accipiat aliq̃d ex robub acetosis & sirupis & pulueribus & electuariis in q̃bus est coadunatio & infrigi-

Cura ex debilita. retẽti. & sanitate digestiuæ ex ca. & humidi.

datio & ex hijs quę iam diximus sepe. Curatio eius prouenientis ex debilitate retentiuę & sanitate digestiuę si fuerit ex calore & humiditate est ꝙ accipiat de spodio ros. balaust. fructum mirtę & sumat lac acetosum de quo extractum sit butyrum, & sint cibi eius pulli cocti cũ agresta aut cum aceto donec restituatur virtus contentiua ad sui naturam frigiditatis & siccitatis,

Cura ex calidi. & siccitate

& si fuerit ex caliditate & siccitate restituatur ad sui naturam cum rebus infrigidatiuis sicut electuario q̃d dicitur reubarb. cum succo radicum, & caueat a cibis grossis & viscosis sicut farmaca & pane azimo caseo lacte & omnibus dulcibus, & comedat cibos mũdificatiuos & aperitiuos sicut pulmentum de ordeo & de fabis, & sit panis eius abundans fermento & sa-

Cura ex grosso sã. & calore

le. Curatio eius causa grossi sanguinis & caloris est cum flebotomia venæ basilicę in primis de manu dextra vł flebotometur vena basilica si conditiones consentiunt & extrahatur ex sanguine sc̃dm virtutem postea bibat secaniabin cũ succo endiuiæ, & si virtus infirmi est fortis laxetur cum infusione absinthij, vel cum decoctione fumiterræ, vel cum decoctione radicũ laxatiui & similibus, & bibat cottidie de succo endiuię & feniculi coctis depuratis an. quartã partem libræ cũ ℨ.i. secaniabin vel. ℨ.i. iulep boni vel. ℨ.i. boni zuccari triti, & vtatur ptisana ordei in qua coquantur radix alsaris & feniculi, & sint cibi eius subtiles & facilis digestionis, vt in suo loco describuntur. Curatio eius cau-

Cura ex retẽtione sanguinis menstrui heicballa Aldacharata

sa retentionis sanguinis menstrui est cum flebotomia venę saphenę vtriusq; pedis & ingressio balnei, & bibat ius olearum cum oleo amigdalarum, & accipiat de electuario quod dicitur haicballa. i. donum dei aldacharata cũ decoctione mentast. aut decoctione radicum & simili-

Cura ex hu. grossis

bus. Curatio eius causa humorum grossorum est ꝙ bibat aliquid de vino forti & caueat a potu aque & a cibis inflatiuis generantibus ventositates, & sumat de medicinis ventositates expellentibus, & emplastretur epar cum sale calido & milio & liniatur fricando cũ oleo camomillino & aneti, & ingrediatur balneum ante cibũ. Curatio eius propter apostema est cũ hijs quę in suo loco prediximus.

¶ De solutione continui. Cap. III.

Solutiõis continuæ causa Sig. pcussionis lapidis aut gladij aut pot⁹ leti feri Sig. ex supfluitate fumosa vrente

Solutio continui fit aut ex percussione lapidis, aut ex incisione gladij & lanceæ, aut sagitta transforante, aut ex potu alicuius medicinæ mortiferæ sicut est medicina cuius proprium est dissoluere carnem epatis, vel ex superfluitate fumosa forti & vrente ita ꝙ generat alterationem. Signum percussionis lapidis aut gladij & potus medicinę mortiferæ est ex hijs quę supueniunt & infirmus recitat. Signum eius ex superfluitate fumosa vrente est fortis calor inflãmatio sitis & febris. Curatio eius est vt cum portulaca psilio assato semine maluæ & semine citrulli & cucur. & similibus, & sint cibi eius pulli assati & cocti cum succo

Cura ex debilita. vtutis digestiuę & sanitate retentiuæ

granatoꝝ. Curatio eius pueniẽtis ex debilitate virtutis digestiuę & sanitate retentiuæ si contigit cũ rebus calidis q̃ diximus sicut sũt electuaria condita & sechaznava & emplris & siłibus.

Cura ex calore & manifestatione plẽitudis

Curatio eius ex calore & manifestatõe plenitudinis est cũ flebotomia basilicæ manus dextræ & venę q̃ dicit alasales q̃est in supficie man⁹.

& bibat lac caprinum acetosum ex quo extractum sit butirum cum trociscis de spodio seminis cum semine acetose & vtatur generibus robub acetosorum & cibis in quibus inest frigiditas & coadunatio.

Cura ex debi'i a. retentiue & sanitate expulsiue & digestiue

Curatio eius ex debilitate contentiue & sanitate expulsiue & digestiue est cum rebus in quibus est stipticitas sicut sunt capita granatoꝝ balaustiaꝝ sumac fructus mirte cum quibus permisces aromata vt spica cortex cassielig. gallie laudan. & similia emplastra que diximus.

Cura ex vigore attractiue

Curatio eius ex vigore attractiue est cum rebus in quibus est frigiditas & humiditas, virtus enim attractiua operatur cum caliditate & siccitate, & quando excedit caliditas attrahit forti attractione, i. appetitu, & per hoc oportet ipsam restituere ad sui naturam cum medicina in qua sit frigiditas & humiditas sicut sunt semina cucurb. citrulli & cucu. altee & malue, & sint cibi eius cucur. attriplices cucumeres & portulaca & blet. & similia & parcat cibo & ferat famem quantum potest, & emplastretur epar cum rasura cucur. & portulaca & similibus.

Cura ex vigore nature ad mundificandum epar

Curatio eius quando prouenit ex proposito naturæ ad mundificandum epar, est ꝙ permittatur fluxus quousq per se sinat, dummodo nō cedat intus sed quamdiu virtus fortis est non resistatur, & cum fluxus quieuerit stude confortare epar.

Cura ex medicinarū sūptiōe

Curatio eius cū prouenit ex sumptione medicinarum quarum virtus erat mundificare epar est desinere ab huiusmodi medicinis & medicari cū contrariis ipsorum. Curatio eius propter retentionem menstruorum est ingeniare ad prouocandum ea preterq contingit epati nocumentum cum rebus quas dicemus cum hiis que confortant epar, & restringunt sanguinem & hoc cū sirupis emplastris quando dubitatur de casu virtutis.

Cura ex sumptiōe rei mortifere

Curatio eius prouenientis ex sumptione alicuius rei mortifere vel laxatiui est cū medicina cuius natura contrariatur illi rei & resistere ei cum rebus quas dicturi sumus in loco de medicinis mortiferis cum auxilio dei.

Cura ex apatibus

Curatio eius proueniens ex apostematibus est cum hiis que dicturi sumus in suo loco de ægritudinibus epatis, & si non sufficiunt que ibi sunt accipiatur eius cura completa de tractatu sufuf. i. puluerum & tractatu trociscoꝝ & reliqs tractatibus.

¶ De fluxu prouenienti ex intestinis. Cap. IIII.

Flux9 vētris ex intestinis puenit. 4 modis
Sahog

Fluxus proueniens ex intestinis contingit quatuor de causis, aut enim ex debilitate retentiue & expulsiue, aut ex vigore expulsiue, aut ex vlceribus vel sahog, i. rasura accidentibus in ipsis, debilitas aūt virtutis contentiuæ & expulsiuæ, fit aut ex flegmate viscoso aut colera rubea. Vigor autem expulsiue fit ex calore solo adito.

Sig. ex debilita. cōtentiue ꝑpter flegma.

Signum eius quando prouenit ex debilitate contentiue propter flegma est exitus egestionis ad modū ptisane ordeacee albe cum qua est flegmatica viscositas & est indigesta & talis passio prolongatur & antiquatur.

Sig. ex cole. ru.

Signum eius ex colera rubea est exitus egestionis ad modum ptisane ordeacee tincte tantum cum ea rubea & cum reliquis accidentibus caloris & sitis & ceteris.

Sig. ex debilita. retentiue & expul.

Signum eius ex debilitate retentiue & expulsiue simul signa predicta, & additur ad hoc quia exit egestio paulatim sine festinantia impulsu violento ex debilitate expulsiue.

Sig. ex vigore ex. pulsiue

Signum eius ex vigore expulsiue quia cū transmutatur egestio ad intestina in suo naturali tempore expellitur ab eis cum violenta expulsione sicut res a longe proiecta & est ad modum ptisane ordeacee vt diximus.

Cura ex debilita. cōtentiue Auellane ꝓprietas

Curatio fluxus prouenientis ex debilitate contentiue quando est ex flegmate ꝙ comedat auellanas assatas cum sua cortice & coctas in vino odorifero, q̄niam de proprietate ipsarum est confortare ieiunum intestinum, vel comedat castaneas iuxta predictum modum & aues alderag & pullos columbinos in patella coctos cum oleo auellanarum, & bibat vinum vetus & succū apii & succū mente & sicum marmatir, aut succū aliarum herbarum vel aqua in qua infundatur lignum aloes gariof. an. partes æquales coniunctim vel per se, & coquatur cum oleo auellanarum vsq ad consumptionem aque & residentia olei & vtatur assatis in patella cum oleo onfacino & est de oliuis nō maturis in tercia parte ipsarum postq sit oleum lotum, vel accipiatur oleum onfacinū & infundantur in ipso cortices pini & cortices fisticarum & cortices auellanarum tenues & cortices citri aut eius folia, & hoc oleo vtatur & bibat vinum odoriferum in quo sit amaritudo, & emplastrent intestina de foris cum spica mastice laudano & lubna. i. arbore storacis cū succo citonioꝝ vel succo mirte, vel succo folioꝝ pini vel succo folioꝝ fisticaꝝ, vel succo mellisse cū odorifero vino, aut emplastret epar cū nazuha almaharac & oleo de pino aut oleo nardino in q̄ sit multa spica.

Nazuha Almaharac
Cura ex colera

Curatio eius ex colera est cū flebotomia vene basilice manus dextre vel vene asiles quæ est supra manum dextram, & cum potu lactis vaccini acetosi præter butirum cum succo berberis vel cum succo granatorum aut trociscis de spodiis factis cum semine acetosæ vel cum aliquo genere robub quo inuenitur postquam ponitur in ipso muscum lignum aloes, gal-

lia & ramich & similia vt cito penetrent, & emplastrent intestina cum emplastris frigidis temperatis cum aromatibus, & comedat pullos assatos roratos cum aliquo robub. Curatio fluxus prouenientis ex debilitate retentiuę & expulsiuę simul est eiusdem cura quę pcessit. Verũtamen oportet accipere de electuarijs & medicinis calidis sicut sunt piper zinzi. ciperi cassia lig. gariof. mastix cortex arboris pini, & qp est fortius hijs est tyriaca maior & amirisia sechaz naya sumat ex eis cum vino amaro, & si nõ sufficit hęc curatio accipiatur ex alijs tractatibus huius libri. Curatio ex vigore expulsiuę est eadem q curatio vigoris expulsiuę stomachi.

Cura ex debilita. reten. & expulsiuę

Cura ex vigo. expulsiuę

De sahog. i. pustulis vel rasura intestinorum. Cap. V.

Pustulę sahog fiunt ex tribus causis

PVstulę quæ dicuntur sahog fiunt tribus ex causis, aut ex colera rubea acuta, aut ex forti flegmate viscoso & salso, aut ex flegmate vitreo, aut ex colera nigra terrestri, aut ex potu alicuius lapidum mineraliũ vel medicinarũ calidarũ vrentiũ alsahog aũt qp est rasura intestinorum quandoq3 fit in superioribus intestinis quandoq3 in medijs quandoq3 in inferioribus & quandoq3 est pessima & timorosa cum putredine & antiqua qñq3 recens vero sine putredine & timore. Signum rasurę generatę in superioribus intestinis gracilibus est quia sentit dolorem super vmbilicum, & quia exit egestio post dolorem & almagoz cum pelliculis fœtidis. Signũ eius quę fit in medijs est quoniã sentit dolorem in medio ventris & egestionis exitus est medius inter tarditatem & festinantiam & est mixta cum sanguine & humore putrido. Signum eius quę fit in inferioribus intestinis est quoniam sentit dolorem sub vmbilico & exitus sanguinis & pellicularũ ante stercus. Signa cõia alsahog. i. rasurę sunt almagaz molestia. & dolor intestinorũ & exitus sanguinis & humoris putridi cũ egestione mixtorũ cum colera rubea vel cum aliq qđ similatur altarz. i. qđ intestinis adhęret. Signa vero ppria sunt quoniã quãdo est ex colera ru. aut flegmate vitreo aut colera nigra & huiusmodi est id qp apparet in egestione. Signum eius ex sumptione alicuius lapidum mineralium vt litargirum plumbi & ferri vel laxatiui acuti est ex eo qp infirmus refert & apparet de ipsis in egestione. Curatio rasurę quando vena asiles quę est super manu dextra vt infrigidentur epar per hoc, postea vero emplastretur stomachus cũ succis herbarum frigidarum sicut portulacę & solatri cum aceto vel rasura cucur. vel altea cum farina

Signum sahog in supiori bus itestinis gracilibus

Sig. q fit in medijs

Sig. in inferiorib9 intestinis

Sig. cõia

Si. ppria

Sig. ex sumptiõe lapidum minerali.

Cura rasurę

ordei. & bibat quolibet die ieiuno stomacho ex gumi arabi. cum sirupo mirtę simplici & comedat celsos acetosos lotos cum aqua frigida & granata & vniuersa genera robub. vel accipiat omni die psilij assati. ʒ. iiij. cum. ʒ. i. & ſ. olei rosa. mixtos bene cum aqua, vel bibat. ʒ. i. succi portulacæ, vel bibat. ʒ. ij. succi plantaginis cum veteri. aut accipiatur de gumi arabic. ʒ. iij. & succo citoniorum. ʒ. i. & dissoluatur gumi cũ succo & distemperentur cum aqua frigida & bibatur, Vel accipiat ptisanã factam de riso loto pluries in aqua & fracto cum modico micę panis simile assatę cum oleo onfacino, & aspergantur in ea. ʒ. iij. de gumi arab. & sorbeatur, & eligantur reliqua cibaria eius ex tractatu ciborum perfecte cũ diuino adiutorio. Curatio eius causa flegmatis est qp sumat in potu omni die. ʒ. iij. seminis nasturcij assati cum aqua calida, vel bibat ex castaneis. ʒ. iij. cum aqua frigida, & bibat. ʒ. i. & ſ. mastic. nig. cũ a qua frigida, vel bibat ex granis passularum assatis. ʒ. vi. cum aqua tepida. Puluis conferens ad hoc. ℞. seminis nasturcij. ʒ. x. ameos assati granorum balsami añ. ʒ. v. cimini infusi in aceto & assati. ʒ. viij. gumi amigdalarum assati. ʒ. x. terantur oĩa & cribellentur fiat ex eis puluis de quo accipiat mane & sero cum miua, vel accipiat lib. i. recentis lactis & coquatur in eo bene ʒ. i. de semine apij & bibat illud ieiuno stomacho quoniam est expertum, & sint cibi eius perdices & fasiani & pulli columbini cocti & parati cum aromatibus, & bibat vinum vetus cũ miua, & emplastrentur intestina cum pomis & citonijs tritis cũ spica cassia lignea gariof. ligno aloes laudano croco gallia, & sifibus. Curatio rasurę factę in medijs intestinis quandoq3 fit per superiora cum potionibus, quandoq3 per inferiora cum clisterijs scđm causam operationem siue flegma siue colera sit iuxta ea quæ diximus in curatione rasurę factę in superioribus intestinis, & ea quę subsequuntur dicturi sumus in curatione fluxus accidentis in inferioribus intestinis. Curatio vero rasurę factę in intestinis inferioribus nullius iuuamenti est nisi cum clistere quod si fuerit ex materia flegmatica administretur ei hoc clistere. ℞. risi persici loti pluries in aqua frigida cartas bardi vsti. ʒ. iiij. ordei excorticati. ʒ. v. coquantur omnia in duabus lib. aquę donec remaneat tercia pars & coletur & accipiatur de alumine iameni. ʒ. ij. & duo vitella ouorum & teratur alumen iamenum cum vitellis ouorum & cum. ij. ʒ. vini odoriferi & permisceatur in eo. ʒ. i. sepi renum capre dissoluta cum oleo mirtino vel ros. & pmisceatur totũ & clisterizeť cum eo dũ est calidũ,

Cura ex flegmate

Puluis

Cura in medijs intestinis

Cura in intestinis inferiori. Clistere

Et si fuerit id ꝙ exit ex intestinis spissum & al-
bum & humor putridus spissus cū modico san
guine, & nō habuerit infirmus febrem nec sitim
nec multam debilitatem, & virtus eius non est
prostrata oportet clisterizari cum hoc clistere.
Aliud cli stere ¶ Modus clistere conferentis vlcerationi intesti
norū ex flegmate. ℞. risi loti sepe. ʒ. i. balausti-
arū ro. cū capitibus suis foliorꝝ mirtę castanea
rum añ. ʒ. ϛ. misceant̃ omnia & coquant̃ in. iiij
lib. aquę vsq̧ ad vnam lib. & colet̃ & accipiat̃
de colatura circa. ʒ. v. in aqua in qua dissoluat̃
de trociscis arsenici albi a. ʒ. i. vsq̧ ad vnam &
ϛ, scd'm virtutem infirmi & clisterizet̃ cum eo,
& hoc reiteret sępe qm̃ est medicina ꝓspera &
experta. Si vero id ꝙ exit ex vlcere est sanguis
tunc adiungat̃ in prędicta aqua succi plantagĩs
expressi tantū & non cocti & depurati. ʒ. iiij. &
al̃. vi. & succi sabtitat. ʒ. ij. & clisterizent̃ cū eo,
Et si videtur virtus infirmi debilis cū calore &
febre, & appetitus cibi est perditus & digestio
debilis, & pręcipue cū hoc ægritudo est in ipsa
substantia intestinorꝝ & exeunt cū egestione vt
subtilia fila oportet tunc cauere vt nō apponat̃
in clistere de trociscis arsen. vltima cautela. Et si
superuenerit ei zahir. i. pondus oportet curare
eum cū rebus stipticis quas dicemus in ęgritudi
nibus ani, & cū mundificatū fuerit vlcus cū cli-
steri ad putredinem tunc clisterizet̃ cum cliste-
ribus pluribus infrascriptis, & si nō mundifica
tur vlceratio cū prędictis clisterizet̃ cum modi
co mellis mixto cum aqua vel cum melle & al-
muri mixtis, & cū hoc exierit & nihil videbitur
ibi de vlcere curetur cū pluribus clisterijs. Cura
tio rasurę prouenientis ex colera rubea est ꝙ cli
Cura ex co. ru. sterizetur in principio ęgritudinis cū decoctiōe
ro. & vitellis ouorꝝ & oleo ros. vel accipiatur
portulaca & ordeū assatū & fractū & coquāt̃
& accipiat̃ de ista aqua circa lib. ϛ. & dissoluat̃
in ea vitellū oui vnius & oleū ros. ʒ. ϛ. & terrę
sigillatę subtiliter puluerizatę & clisterizet̃ cū
eo. Melius aūt & nobilius inter omnia est hoc
clistere & modus eius ꝙ accipiat̃ succi portula
cę tercia pars lib. succi acetosę vel succi virgę pa
storis aut succi plantaginis de quocunq̧ ipsorꝝ
inuenerit. vi. pars lib. olei ro. ʒ. v. boli armeni &
terrę sigillatę añ. ʒ. ij. vitellum oui assati vnius
dissoluant̃ bolum cū oleo & misceant̃ cum eis
succi & vitellum oui & quasset̃ bene totū & ad
Clistere forte ministretur. ¶ Modus clisteris fortioris primo
& experti. ℞. ordei excorticati assati lentiū ex-
corticatarꝝ & assatarꝝ añ. ʒ. vi. balaust. ro. corti
ces granati fructus mirtę añ. ʒ. iiij. risi loti. ʒ. i.
Alcolon Alcebrag Cehab Almustahad Mena Colicegn ꝙ causę Sig. coli. ex apāte calido

Passio alcolon quę dicit̄ alcebrag cehab & appellatur etiam almustahad mena, id est deus ab ea nos liberet, generat̄ in intestinis gracilibus ex qnqꝫ causis, vel ex calido apostemate, vel tortura gracilium intestinorum, vel ex induratione stercoris in ipsis, vel ex frigidis humoribus grossis ipsis adherentibus, vel ex potu medicinę mortiferę. Signum ex calido apostemate est febris sitis humor colericus, & quia videtur apostema de foris & magnus tumor in superioribus ventris cum pulsatione, & quando confirmata fuerit hec ægritudo in patiente euomet stercus & fit eius anhelitus fœtidus, & possibile est esse fœtidam ventositatem exeuntem per os & etiam totū corpus. Accidentia quoqꝫ communicantia omnes species huius passionis sunt continua extremitatū molestia vigilię & eorum status in omnibus pessimus, & signa pessima & mortalia sunt, & possibile est sequi hunc mortem die secunda vel tercia, & impossibile est ab eo vllum euadere nisi miraculose. Signum torturę intestinorum est ꝙ percipitur in ventre & egestione sine febre. Signum duriciei stercoris est perceptio grauitatis in ventre & duricies tactus egestionis & eius dem vomitus sine febre & ex eo quod precessit de regimine infirmo in vsu comestionis glandium vel castanearum & charubaꝝ & aliarum siccarum. Signum humorum frigidorum & grossorum in intestinis adherentium est multus continuus vomitus mixtus cum flegmate sine calore & inflāmatione, & quia id ꝙ bibit non profundatur in corpore & sentit fortem dolorem & torsionem continuam in superioribus ventris. Signum eius ex sumptione medicinæ mortiferę est ꝙ infirmus refert. Curatio eius ex apostemate calido est in principio ægritudinis cum flebotomia venę basilicę vel saphenę si nihil est prohibens, deinde detur ei in potu de succo solatri plantaginis endiuię & succo coriandri humidi & de succo altee & citrulli coniunctim vel separatim. ℥. iiij. postqꝫ dissolutę fuerint in ipsis medulla cassięfistulę. ℥. iiij. cum. ℥. i. & ʒ. yere pigrę factę cum altea loto & cū. ℥. i. olei viol. & ℥. i. olei alkerue/ hoc enim dissoluit apostema, & emplastretur venter cum emplastro facto ex floribus violarum altea camomilla melliloto & radice liquiric. & si hæc non suffecerint fiat clistere ex eisdem herbis & sedeat in aqua decoctionis ipsorum, & si confirmata fuerit in ipso siccitas inflatio & febris clisterizetur cū aqua ordei & albumine oui & muscilagine psilij cum oleo viol. & emplastretur venter cū rebus remollientibus vt oleis & muscilaginibus sicut oleo sirag oleo amigd. & muscilagine fenugræc. & alteę & similibus. Et sit dieta infirmi mica panis citruli portulaca melo chya & solatrū & brodia pullorum & similia. Curatio torturę intestinorum est ꝙ sedeat infirmus apodiatus super suo dorso & vngantur intestina cum oleo & restituantur intestina ad suum locum, & bibat sirupum viol. cū scamonea & oleo viol. & caueat infirmus a motu post cibum & a cibis inflatiuis precipue a generibus leguminum & oleribus, & comedat iura pullorum & zirbag agnorum, & bibat vinum odoriferum subtile. Curatio eius ex duricie stercoris est facere clistere cum oleo amigdal. dulciū & oleo sirag/ aut cum pinguedine gallinæ aut anseris mixtis cum oleo de sirag, vel cū oleo viol. vel cum oleo oliuarū dulci, vel cum butyro, vel accipiat sirupum viol. cum scamonea & oleo viol. scd'm tolerantiam infirmi, vel fiat hoc clistere & modus eius ꝙ accipiatur de floribus viol. camomillæ altee semine lini sebesten olei mūdati & furfuris an̄. ℥. i. & coquant̄ hęc in aqua donec dissoluant̄ res & coletur de aqua sicut media libra & ponatur in ea. ℥. ʒ. sirag zuccari. ℥. ʒ. olei amigdal. ℥. ʒ. & clisteri

Accĩtia colicā cōcomitātia

Sig. tortu rę intesti.

Sig. duri. stercoris

Sig. hu. frigi. & grossoꝝ

Sig. ex medicina mortifera

Cura ex apāte calido

Cura tor turę intes stinorum

Cura ex stercoris duricie

zetur cum eo, & sedeat infirmus in aqua decoctionis camomillæ viol. melliloti furfuris radicis alteę radicis lilij caulium bletæ & similiũ, & vngatur venter cum suauitate cum oleo de sirag & pinguedine gallinę recenti, vel bibat yer. pigr. & cassiafistu. cum aqua decoctionis iuiubarum sebesten & radic. alteę cum oleo amigdal. dulc. & oleo kerue, & comedat iura gallinarum cum aneto, & sint cibi eius elixata in aqua cum radicibus caulium & oleo amigdal. & oleo sirag & lebleb cocta cum cartamo & ficubus & passulis enucleatis, & bibat decoctionem aquę mellis & aquam zuccari & aquam decoctionis passularũ sine arillis. Curatio eius ex humoribus grossis est ꝙ bibat ex electuario benedicto, vel ex electuario dactilorum, vel ex electuario quod dicitur alsaharia zain, vel ex electuario serapini, vel ex pillulis yer. laxatiuis, Et dixit Gal. ꝙ curatio huius speciei sua proprietate est potus vini fortis, & fiat infirmo clistere cum aneto camomilla fenugræc. tribulis marinis & oleo de keroa, aut accipiatur fenugræc. & coquatur in aqua & exprimat ex sui musilagine lib. ʒ. & misceantur cum ea olei sirag & succi mentastri humidi añ. 3. i. calefiat & sæpe administretur. ¶Modus trociscorũ conferentium passioni colon quę dicitur ylios. i. deus ab ea nos liberet & quę generatur ex frigiditate. ℞. absinthij romani seminis apij anisi darsen cassięlignee añ. 3. iij. mirrę rubeę spicę inde castor. añ. 3. i. & ʒ. piperis longi ciperi croci añ. 3. i. terantur & cribellentur & conficiant ad inuicem & fiant inde trocisci parui quorum quilibet sit ponderis. 3. vnius & ʒ. & accipiat vnum trociscum cum aqua tepida vel cũ aqua decoctionis anisi. Et si accidit hęc passio puero regatur cum emplastro super ventrem clisterijs vnctionibus & licinijs. Curatio eius ex potu medicinę mortiferę est cum laxatiuo cum aqua calida & oleo sirag, & bibat lac asinę & butyrum cũ ameos, & bibat frequenter brodia pinguia, & post aliquos dies sumat de tyriaca alfarac, & accipiatur regimen eius qui sumit acutas medicinas ex suo loco. Ægritudo colon generatur in intestino quinto ꝙ dicitur colon, & locus eius est in dextro latere in fine ventris & est vt circulus dilatans se ad sinistram partem. Generatur autem aut ex se ipso aut ex sui participatione cum alio membro. Quando est ex seipso fit. xi. modis / quia aut ex flegmate, aut ex colera rubea, aut ex ventositate grossa causa inflatiuorum ciborum, aut ex ciborum superfluitate, aut ex multo flegmate ab eo paulatim resoluto, aut ex retentione ventositatum inter

Cura ex humori. frigidis et grossis

Galenus Clisterij modus

Trocisci

Cura ex potu medicinæ mortiferę

Colicę generatio

intestinorum pelliculas, aut ex nimia colera nigra faciente inflationem in intestinis, aut ex calido apostemate, aut frigido, aut ex siccitate stercoris propter naturã ciborum vel ipsorũ paucitate, aut ex multitudine exitus vrinæ vel sudoris, aut ex lapsitudine corpis, aut ex nimio labore, aut ex forti calore aeris, aut ex forti calore ventris, aut ex debilitate ꝟtutis expulsiuę, aut ex modica effusione colerę ru. ad intestina, aut ex animalibus & ꝟmibus existentibus in vẽtre. Quando vero prouenit ex participatione fit etiã xij. modis, aut ex participatione cũ bursa, aut cum renibus, aut cum epate, aut cum diafragmate, aut cum stomacho, aut cũ matrice quando accidit in aliquo istorum apostema vel arena. Signa communia passionis colon sunt continuus motus stomachi, indignatio fortis dolor similis torsioni itaq; capit magnum terminum de ventre, & possibile est confirmari cũ dolore yliorũ & laterum & sequitur eum constrictio ventris quousq; tres dies preterierant quia non exit ventus ex eo nec desuper nec de subter & infrigidant ex extremitate & exsiccatur stercus. Signa propria colon flegmatici sunt quia insurgit post humorem crudum qui dicitur alchachira & constringitur ventositas & stercus & putei oris eructuatio, & sequitur eos multa stomachi indignatio & sudor frigidus & est sine siti, & pulsus eius est rarus & longus in quantitate & dolor est minoris acuminis & molestiæ ꝙ̃ in alijs & sentitur grauedo fortis & dolor in eodem loco permanet non se transferens inde, & possibile est apparere in egestione humorem similem vitro. Signum eius ex colera rubea est sitis continuata & vomitus colericus & doloris acuitas ita ꝙ existimatur infirmus acu stimulari ventrem suum & fit terminatio ægritudinis breuis siue ad salutem siue ad mortem. Signum eius ex causa ciborum inflatiuorum vt ex comestione fructuũ olerum & ex multo cibo est ꝙ infirmus refert & perceptio rugitus in ventre & non vigoratur nisi cum forti manus impressione super loco & dolor fortis & difficilis vmbilicum offendens retentio ventositatis, & quando egreditur nõ est in ea quantitate quia quiescit dolor fortis, & possibile est cum hoc esse ventrem mollem. Et proprietatis colicę ventosę transferri dolorem de loco ad locũ cum rugitu & inflatione & apparentia certorũ signorũ quę diximus. Signum eius ex calore ventris est fortis sitis & egonis siccitas semper. Signũ eius ex conclusione ventositatis inter intestinorũ pelliculas est fortis dolor, & quia nunq; exit ex eo ventositas nec rugiunt

Sig. gñalia colicę

Si. ppria co. fleg.

Sig. ex cole. ru.

Sig. ex cibis inflatiuis

Sig. coli. ventosę.

Sig. ex vẽtris calore

Sig. ex cõclusiõe vẽtosita.

Sig. ex paulatina resolutio. flegmatis
Sig. ex cole. nig.
Sig. ex apăte calido
Sig. ex apăte frigido
Sig. ex cibis & cibo℞ paucitate
Sig. ex corpis sanitate
Sig. ex multo labore & aeris calore & sudatione in balneo
Sig. ex intestinorū siccitate
Sig. ex amissione sensus intestinorū
Si. ex debilita. virtutis expulsiuę
Si. ex pauca co. ru. effusione ad ĩtesti.
Sig. ex aĩalib⁹ & vermib⁹ in ventre
Sig. ex mẽbro℞ pticipati.
Dña iter colicā & dolorē renalem

per tactū vel per impressionem manus eius in intestina. Signum eius ex paulatina resolutione flegmatis est quia quiescit dolor quandoq̃ & incitatur post vnam horam vel tres horas, & possibile est ipsum incitare emplastrationes. Signū eius ex colera nigra est acetosa eructuatio & inflatio ventris subito absq̃ forti dolore Signū eius ex apostemate calido est ꝙ extra corpus apparet & cum tangitur sentitur calidum, & color apostematis declinat ad rubedinem & sentit fortem sitim & febrem & molestiam grossitudo linguę & dolor difficilis offendens. Signum eius ex apostemate frigido est ecōtrario modo prędicto. s. quia videtur apostema sine rubedine & quia non est sitis ibi neq̃ febris nec fortis dolor. Signum eius ex siccitate stercoris quia sentit infirmus plenitudinem & grauitatem arctationē in inferioribus intestinis & quasi scindatur & ex eo ꝙ infirmus recitat se visum fuisse cibis siccis. Signum eius causa ciborum & paucitate ipsorum est multitudo vrinę & ꝙ infirmus refert. Signū eius ex sanitate corporis est paucitas egestionis in tempore sanitatis eius ꝙ siccitatis continuatio fames & fortis appetitus cibi. Signū eius ex multo labore & aeris calore & sudatione in balneo est ꝙ infirmus narrat, & quia postmodum sequitur quies. Signū eius ex forti calore ventris sitis siccitas stercoris & corporis. Signum eius ex ipso℞ intestino℞ siccitate est extenuatio pellis ventris eiusq̃ tenuitas & non reperitur siccitati stercoris causa difficultatis egestionis sitis & calor. Signum eius ex amissione sensus intestinorū est inflatio ventris apud retentionem egestionis sine dolore & ex eo ꝙ precessit ex sumptione medicinarū auferentium sensum vt opij & similium. Signum eius ex debilitate virtutis expulsiuę est exitus naturalis egestionis in sua quantitate & qualitate & eius retentio in tempore consueto. Signum eius ex pauca effusione colerę rubeę ad intestina est albedo egestionis & eius exitus retentio. Signum eius ex congregatione animaliū & vermium in ventre est ꝙ diximus in precedentibus de signis vermium. Signum passionis colon a participatione membrorum est ꝙ in suo loco dicemus.

¶ De differentia inter colicam & dolorem renum. Cap. XIII.

Differentia vero quæ est inter colon & dolorem renum est hec qm̄ dolor colon transfertur ad ventris latera a dextris & sinistris ante & retro & est fortior dolore renum, dolor vero renum sequitur post exitum egestionis & accidit cum eo guttatio vrinę & apparet vrina subtilis in principio, postea vero videtur in ea arena & dolor figitur in vno loco transferens se inde & possibile est superuenire has ęgritudines ambas simul, & propter hoc fit difficilis cognitio huius ægritudinis valde. Curatio passionis colon quæ fit ex flegmate grosso congregato in intestinis & hoc accidit vt in pluribus est ꝙ administretur ei clistere in principio si virtus est fortis. Modus clisteris ad hanc passionem quando est ex frigiditate. ℞. serapini bdellij oppopanac. amigd. amara℞ contusarū cortic. colloquint. añ. ℨ. i. & . ʃ. centaureę fenugrec. furfur. seminis lini añ. ℨ. v. ficuum humidarum & coquantur omnia & colentur & apponantur ibidem de oleo cōmuni & melle almuri añ. ℥. ʃ. fell. bouini. ℨ. ij. & fiat clistere, & si corpus infirmi est debile remoue serapinum & oppopanacū & cortic. colloquint. & si non sufficit hoc ad laxandum naturam reiteretur pluries quousq̃ laxetur & confert ad hoc vt accipiatur pulueris pigr. ℨ. i. & . ʃ. medullæ cassiæ f. part. viij. olei de kerua. ℨ. iiij. dissoluatur totum in aqua decoctionis radicum, & bibat illud, & conferunt ei omnia electuaria laxatiua huiusmodi sicut confectio dactilorum & confectio citoniorum laxatiuę & similia, & si non contulit ꝙ diximus accipiat de pillulis serapini, vel pillulis alcebarij, vel de pillulis almasan, vel pillulis aloe & similibus, & si hoc non sufficit sumat ex theodoricon vel aquam infusionis aloes & logodia & similia, & sumat hęc cum oleo de kerua. ¶ Q℞ autem confert in hac passione sua proprietate est potus. ℨ. i. & . ʃ. stercoris lupi, & liniatur cum eo venter cum oleis calidis sicut oleo nardino anetino sambucino camomillino & similibus, omnia hæc enim fiant in ipsa hora passionis, in hora vero quietis egritudinis caueat a generatione humoris crudi qui dicitur alcachuia, & accipiat frequenter decoctionem seminum calidorum vt tyriaca alfarac vel cum filonio, vel cum electuario benedicto, vel cum sirupo de yreos, vel cū sirupo de mentastro & similibus, & sit cibus eius brodium auiū que dicuntur canabit & fasiani parato℞ cū cimino & ruta & menta & similibus, & brodium annosa℞ gallinarum plenarum in hora decoctionis ipsarū granis cartami aneto & sale, hoc enim laxat flegma viscosum, & vtatur in suis cibis medulla cartami vt laxetur flegma viscosum, & sumat aliqd de almuri post cibū, & caueat ab omni cibo in q̃ est coadunatio & siccitas vt lentibus granatis citonijs glandibus castaneis & similibus, & caueat a potu aquę fri-

Cura colicę ex flegmate grosso
Clistere

Cura ex cole. ru- gide cautione vltima. Curatio eius ex colera rubea est ꝙ consideres si virtus infirmi est fortis flebotometur vena basilica dextre manus/ & maxime si calor est in epate cum vrina rubea, deinde vero vtatur infirmus de hac medicina, Et modus eius est. ℞. prunoꝝ iuiubaꝝ añ. ʒ. xij. passulaꝝ mundatarum a nucleis trangebin añ. ʒ. x. medulle cassiefist. florum violaꝝ añ. ʒ. iij. coquantur in lib. i. & ℥. aque lento igne vsqꝫ ad consumptionem duaꝝ partiũ & fricetur & coletur & apponatur in ea. ʒ. ℥. yer. pigr. facte cum altea loto & oleo amigdal. Et si infirmus est fortis adde in hanc sextam partem. ʒ. scamonee assate in pomo, & si additur in ipsa de oleis competentibus ad hec. ʒ. x. erit fortior in iuuamento, vel potest administrari huic decoctio mirabol. prunorũ tamarind. cum scamonea, & si hoc non fuerit sufficiens ad laxandũ naturã administretur hoc liciniũ ꝙ est vt accipiatur ex floribus violaꝝ & salis añ. ʒ. i. terantur & conficiantur cum melle bene cocto, & ex hoc fiat licinium ad modum glandis & misceantur in eo aliquid de scamonea inuolutum cum oleo viol. vel semine altee vel semine citoniorũ, & superponatur, & si hoc non sufficit ad laxandũ naturam administretur hoc clistere lene. Modus

Clistere lene

clisteris lenis conferentis passioni colon ex colera rubea. ℞. flor. viol. ordei excorticati añ. ʒ. iij. rad. liquir. rase, ʒ. ij. prunorũ iuiubar. & sebesten añ. ʒ. ij. camomille. ʒ. x. ficuum albarũ. v. coquantur in tribus lib. aque in lento igne vsqꝫ ad consumptionem duarũ partiũ aque exprimatur & coletur & accipiantur de ea. ʒ. iiij. & misceantur in ea succi blete. ʒ. i. olei violaꝝ. ʒ. ℥ zuccari triti tantundem sal. ʒ. & ℥. & clisterizetur cum eo, & si non lenitur natura cum hoc pluries reiteretur quoniã leniet cum adiutorio dei, & bibat aquam ordei cum oleo viol. & penidio, & sint cibi eius calidi olera humida & frigida.

Cura ex grossa vẽtositate

Curatio eius ex grossa ventositate est ꝙ detur ei ex confectione cimini cũ aqua in qua bullitum sit ciminũ carui & ameos, & si hoc nõ sufficit accipiat ex electuario granorum lauri ʒ. iij. cum aqua decoctionis carui, & si dolor est fortis accipiat ex compositione filonij, & bibat vinum forte ante cibum & cooperiatur venter eius & ligentur super ipsum pannus calidus & producat somnũ, & abstineat a cibo tribus diebus si potest, si vero nõ habet virtutem tolerãdi comedat panem infusũ in vino veteri, & caueat a potu aque frigide vltima cautione incitat em̃ dolorem potus eius, & si incitatur dolor intret balneum aque calide & exeat ab eo quando sensibilitatem virtutis, & liniatur venter cum calidorum oleorum vt oleo aneti oleo castor. & similibus, & suspendantur super ventrem ventose cum igne, & administretur hoc clistere apud tempus necessitatis ꝙ expellit ventositates.

Clistere

℞. aneti maiorane ysopi anisi cimini ameos centauree polli montani añ. ʒ. viij. serapini opopanaci veg castor. añ. ʒ. i. & ℥. coquãtur & exprimantur & coletur & apponatur in colatura de oleo aneti vel camomille & clisterizetur cum eo, & alij addunt ad hoc. ʒ. i. mel. & cũ laxata fuerit natura & expulse fuerint ventositates & dolor quieuerit redeat paulatim ad cibum, & comedat carnes coctas in aqua, & caueat ab oleribus quibuscunqꝫ & omnibus generibus leguminum & omnibus cibis generantibus ventositates.

Cura ex cõclusiõe vẽtosita. inter pelliculas intestinoꝝ

Curatio eius ex conclusione ventositatis inter pelliculas intestinorũ est cum rebus supradictis & suspendantur ventose super ventrem cum igne & supponantur emplastra super locum doloris, & bibat vinum forte.

Cura ex fleg. vẽtositate eiꝰ ꝙ resolutione paulatina

Curatio eius ex ventositate flegmatis, eiusqꝫ paulatina resolutione ad intestina est cum abstinentia cibi tota illa die vt digeratur flegma totum donec dissoluatur & expellatur, & si non expellitur cum hoc addat in abstinentiam & suspendantur ventose cum igne in ventre, & emplastretur venter cum re calida dissolutiua & liniatur cum oleis fortibus dissolutiuis.

Cura ex cole. nig. ad ventrẽ effusa

Curatio eius propter coleram nigrã effusam ad ventrem & inflat ipsum est in hora ægritudinis ꝙ coquatur mentastrum pulegium montanũ ruta ysopum grana danad. i. cataputie & ciminũ cum aceto & emplastretur venter cum eis & sumat sorbitiones aque calide in qua cocta sint ciminum carui, & administretur clistere ad educendum ventositates vt dictum est, in tempore vero quietis egritudinis vtatur decoctione epithimi & omne ꝙ educit coleram nigram.

Cura ex apãte sanguineo

Curatio eius ex apostemate calido ex sanguine est cũ flebotomia basilice vel achal sinistre manus, & si apostema est in vesica vel in renibus incidatur vena fascã pedis & vena que est super pede/ & maxime cum retinetur vrina, & bibat aquã ordei cum oleo amigdal. dulc. & oleo violaꝝ cum aqua decoctionis viol. seminis citrulli & alteæ & curetur curatione colon quod dicitur ylios factum ex causa apostematis.

Cura ex apãte frig.

Curatio eius ex apostemate frigido est cum decoctione radicũ & oleo de kerua, vel cum sirupo absinthij, vel sirupo squinanti & oleo amigdalaꝝ/ & bibat aquam mel. vel sirupum de zuccaro aromatizatum cum aromatibus, & sit cibus eius in mane pulli columbini cocti cum costis bletæ & eius cimis, & fiat clistere cũ rebus calidis & oleis dissolutiuis & pinguibꝰ vt diximus, & emplastretur cum decoctione medicinaꝝ calidaꝝ

Cura ex sicci. ster. Curatio eius ex siccitate stercoris qn̄ accidit ex siccitate ciborū vel eorum paucitate est cū sirupo violarꝫ & iulep & aqua decoctionis ficuū cū penidio & rob de vuis dulce, & sumat quolibet die. 3. i. olei sirag vel amigdalarꝫ dulci. cū tantūdem penidij vel zuccari, & vtatur licinijs cōferentibus ad hoc & nutriatur cū cōmuni cibo pingui dulci & lenitiuo & euitet coadunatiua & sicca & addat in quātitatem cibi si causa eius fuerit siccitatis. Curatio eius ex multitudine vrinationis est cū vsu rerum in quibus est viscositas vt est passularꝫ dactilorꝫ ficuū amigdalarꝫ pulmentū factū cum amido butyro & penidio & moraba dactilorꝫ cum amigdal. & vtatur cassiaf. cum sirupo viol. & accipiat pruna sicca infusa in iulep & omne ꝙ oppilat transitus vrine. Curatio eius ꝓpter sudorem corporis lassitudinem est cū cibis paucę pinguedinis, & liniatur corpus cū ceroto ex cera & oleo ros. & oleo citoniorꝫ & oleo balaustiarꝫ / & ingrediatur aquam frigidam. Curatio eius ex labore & calore aeris & sudore est cū medicinis lenientibus pinguibus & fructibus humidis & liniat venter cum cera & oleo ros. & ingrediat aquā frigidam. Curatio eius ex calore ventris est cū vsu fructuū humidorꝫ & lenientiū ante cibum vt prunorꝫ ficuū recentiū vuarū mesines & olorum quæ subtiliant & humectant. Curatio eius ex siccitate intestinorꝫ est cum oleis & pinguedinibus cū zuccaro ante cibū vt oleo amigdal. dul. & sirag & oleo viol. & pinguedine gallinę & anseris & abluat in aqua calida dulci, & bibat vinum dulce & vtatur cibarijs pinguibus Curatio eius ex amissione sensus intestinorꝫ est ꝙ sumat de oleo kerua cum yer. pigr. & aromatibus, vel bibat theodoricon & yera longodion & electuariū anacardinū & sechaznaya & calida electuaria, & comedat brodia auium alcanabir & pullorꝫ columbarꝫ paratorꝫ cum aromatibus, & bibat vinū vetus subtile & liniatur venter cum oleo de kerua & oleo de radice & oleo de sinapi, & fricetur cū sechaznaya coctana cum aliquibus oleis, & sumat de tyriaca alfaroc cum vino forti quia valde confert. Curatio eius ex debilitate virtutis expulsiue est ꝙ accipiat de alha almarcha sechaznaya & metridato & yera logod. & oleo de kerua & de oleo amigd. amararū cū aqua decoctionis cassię ligneę darsen macis nuc. musc. spicę vsne seminis apij & ciperi, & comedat feniculū ꝗ aspergitur vino odorifero & bibat vinum vetus, & vngatur venter cum oleo de ben, & oleo nardino, & oleo de lilio & ingrediatur balneum. Curatio eius ex pauca effusione colerę rubeæ ad intestina est cum hijs quæ dicemus in passione yctericię quę fit ex oppilatione inferiorꝫ meatuum colerę / & sit cibus eius almuri alnabti cū sinapi & ficus nō coctę, & comedat ante cibum aliquas oliuas aquę & bletam & medullā carnis tami cum ficubus. Curatio vero eius ꝓpter animalia & vermes iam tradita est suo loco.

(Marginal notes: Cura ex multitu. vrinatio. — Cura ex sudore — Cura ex labore & calore — Cura ex calo. vē. — Cura ex intestino. siccitate — Cura ex amissione sensus intestinorꝫ — Cura ex debilita. virtutis expulsiuę — Cura ex pauca effusiōe co. ru. ad intestina — Cura propter ver.)

¶ SEQVITVR TRACTATVS. XVIII de epatis morbis. xij. in se continens capl̄a.

De ęgritudinū epatis elucidatōe. Ca. I.

De ægritudinibus epatis quę sūt. xi. mutatio complexionis, eius debilitas, apostema, oppilatio, solutio continui, ventositas, fluxus sanguinis ab eo, dissinteria, epatica, yctericia, ydropisis.

¶ De debilitate epatis. Cap. II.

Epar vniuersaliter infirmat̄ duobus modis. s. aut per se aut sui participatione ad aliud membrū, infirmatio aūt per se fit ex tribus causis sicut accidit cęteris membris, ꝗrum vna est mutatio suę complexionis, scd'a instrumētalis ęgritudo vt oppilatio & apostema, tercia est solutio continui vt cū accidit in eo vlcus separatio incisio rasura & similia, & harū quidem triū ęgritudinū causa est aut extra corpus aut intra. Mutatio vero complexionis aut est cum humore aut sine humore. Causa vero mutationis eius complexionis extrinseca est ex superfluitatibus calidorū vel frigidorꝫ ciborū vel humidorꝫ vel siccorꝫ / aut ex inhabitatione locorū frigidorꝫ vel calidorꝫ / aut ex multitudine vel paucitate somni & similia. Causa vero mutationis complexionis intrinseca est congregatio alicuius quatuor humorꝫ / qn̄ aūt prouenit ei ęgritudo ex participatione est aut ex participatione venarꝫ aut ventris intestinorꝫ splenis pulmonis diafragmatis renum & similium. Signū malitię complexionis calidę epatis absqꝫ humore sunt sitis fortis & continua post potū aquę grossitudo linguę siccitas palati & narīū perceptio caloris in dextro latere. Signum malicię complexionis ex frigiditate absqꝫ humore est sitis frigiditas epatis, strictura venarꝫ, siccitas stercoris, & paucitas odoris. Signū maliciæ complexionis humidę absqꝫ humore est pauca sitis quia nō reperitur in lingua humiditas nec siccitas, nec apparet in corpore & facie alteratio & egestio est humida. Signū malitię complexionis eius siccę absqꝫ humore est spasmatio ꝓpe siccitas linguę sitis corporis macies paucitas egestionis & eius siccitas. Signū malicię complexionis eius calidę cū humore si est sanguis rubedo corporis amplitudo venarum & rubedo vrinę. Signū eius cū humore sicco est febris si

(Marginal notes: Epar duobus egro. tat mōis — Si. calidi. absqꝫ hu. — Sig. frigi. purę — Si. humi. purę — Si. siccitatis purę — Si. calidi. cū humi.)

Si.calidi. cũ siccita. tis fortis continua vomitus colericus citrinitas faciei grossitudo lingue eiusq; rubedo, & postea nigrescit corpus & extenuatur, & vrina est mixta cum colera rubea, & non sentitur dolor nec grauedo sub coxa sinistra. Signum eius ex Sig.frig. cũ humi. frigiditate cũ humore humido est paucitas sitis cũ solutõe vẽtris alba, macies corpis, corruptio coloris & alteratio faciei & grauitas & dolor sub dextra costa & pili eius molles & fortis fames cũ imperfecta digõne albedo labiorum & lin Sig. frig. cũ siccita. gue & paucitas sanguinis. Signũ malicię complexionis frigidę eius cum humore sicco est acetositas oris nigredo egestionis & signa melancolię vt suspiriũ timor & macies. Curatio eius Cura ꝓpter cali. ex caliditate est q̃ sumat ex aqua decoctionis ordei & iulep & sirupũ iuiubinũ & sirupũ de sebesten & secaniabin zuccarinũ sucũ endiuię & solatri cocti & purificati in quo dissoluat medulla cassię f. trangebin & sumat de aliquo genere trociscorum/vel bibat sirupũ granatorum/& emplastretur epar cũ sandal. ros. & camfora & solatro, & sint cibi eius pulli cocti cum agresta & oleribus frigidis sicut scariola bleta, & omnino caueat a vino. Curatio eius ex frigiditate e- Cura ex frigidita. epatis patis est cum eo q̃ calefacit & cõfortat sicut est confectio reubarbar. trocisci & confectio lacte maioris & trocisci lacte & maior. cõfectõ rotti & amurusia & sechaznaya, sumat ex q̃cũq; istorum. 3. i. & .5. cum aqua decoctionis feniculi, vel cum aqua decoctionis apij cocte & purificatę/vel accipiat secaniabin squilliticũ vel sirupum absinthij vel de radicibus vel decoctione mentastri vel aquam calidam cũ. 3. i. & .5. olei amigd. dul. vel amararum vel olei fisticarũ & vtatur electuario piperũ vel electuario de zinzibere vel electuario de galanga vel de aniso, vel electuario de speciebus & trociscos de gases & absinthio, & sit cibus eius panis infusus in vino veteri forti & caules bis cocti & apium feniculum & fisticę cum passulis & carnes teneras & pulli & perdices frixi & assati, & caueat a cibis grossis & dulcibus, & comedat passulas pingues cum arillis suis, quoniã conferunt omi debilitati epatis & impinguant ipsum. Curatio Cura ex siccitate eius ex malicia complexionis siccę est cum pulmento frumenti fracti & carnibus hedorum agnorũ & pullorũ & succo endiuię cũ zuccaro & suco granatorum dulciũ & vino bene lymphato. & vngatur epar cũ oleo sirag & oleo viol. & emplastret cũ emplastris humidis. Curatio vero eius ex malicia complexionis humidę est cum hijs quę diximus de complexione frigida.

¶ De apostematibus epatis sequitur Cap. III.

Apostemata fiunt ex causa intrinseca vt ex aliquo quatuor humorum & ex causa extrinseca vt percussione & casu & fiunt aut in musculis epatis, aut in eius meatibus, aut eius pelliculis, aut in gibbositate, aut in concauitate ipsius. Signa cõmunia huius sũt dolor in dextro latere & grauitas & dolor trãsfertur de loco qui dicitur mirac vsq; ad locum qui dicitur cartaa cũ febre calida & destructõe cibi appetitus tussis sicca cũ difficultate anhelitus vomitus colericus retentio, & in principio ęgritudinis fit lingua rubea in fine vero nigrescit Signum eius ex sanguine est inflatio loci, plenitudo sanguinis, vehementia sitis, rubedo linguę in principio & postea denigratio. Signũ colerę rubeę est intensio sitis & febris & colericus vomitus. Signũ flegmatis est remissio doloris mollicies apostematis albedo loci cũ modico calore & q̃n imprimitur manus ꝓfundatur locus & statim redit & grauitas est maior & dolor. Signum eius ex colera nigra est duricies apatis fortis grauitas absq; dolore, priuatio sitis & febris, & color infirmi declinat ad nigredinem. Signum eius q̃n est in musculis epatis longitudo figurę & extensionis ipsius ad modũ figurę musculorum/& quia apparet extra super latus, & quando est in meatibus sentit dolorem fortem in posterioribus in dorso, & quãdo est in diafragmate sentit pũctionem in panniculo epatis cum sicca tussi, quando vero est in gibbositate ipsius percipit tactu quando apa est magnũ, si vero fuerit paruũ & acutũ sentiet dolorem & grauedinem in epate apud fortem anhelationem infirmi, febris acuta, & attrahitur ascella ex attractione apostematis ꝓpter eius suspensionem, & est ibi tussis sicca ex artatõe panniculi & egestio colerica & grauitas maior est ipso apostemate, & q̃n est in concauitate epatis percipitur sensu in fine epatis & sequit eum vomitus & indignatio & inflãmatio & malitia animę & quando ꝓlongatur apostema & infrigidatur ducit eum ad ydropisim: terminat aũt apostema calidum sc̃dm vnum trium modorum aut enim dissoluetur, Et signũ huius est quia quiescunt omnia accidentia post quietem febris aut congregat in ea humor putridus. Signũ huius est quia quiescit febris & accidit ei in hora digestionis vomitus colericus & eius egestio, aut indurabitur, cuius signũ est quia ducit ad ydropisim, Curatio eius ex sanguine est cũ flebotomia venę basilicę & venę achal, & bibat in principio ęgritudinis si nõ est possibilis flebotomia succũ plantaginis aut scariolę aut semperuiuę aut virgę pastoris aut coriandri humidi aut suc cum extremitatũ vitis coniunctim vel per se in

Apostematum epatis generatio

Sig. cõia

Sig. ex sanguine

Sig. cole. rubeę

Sig. fleg.

Sig. ex cole. nigra

Sig. in musculis epatis

Signa

Cura ꝓpter san.

quantitate tercie partis lib.i.cū trociscis de ros. & trociscis de spodio & trociscis de sandalis & post quietem vigoris febris pmisceat cū hijs aliquid in rebus solutiuis sicut est medulla cassiet. trangebin corasceni & moraba viol.ros. & oleū amigd.dul. & succus razynog.i.feniculi & succus lebleb cocti & purificati totū hoc scd'm q videbit' medico, & oportet emplastrare epar in principio ægritudinis cū portulaca rasura cucur. & lenticula aque & virge pastoris & farina ordei & solatri. In fine vero egritudinis cum medicinis confortatiuis sicut est hoc emplastrū ℞. frondiū ro. rub.ʒ.v. croci sandali rubei aā. ʒ.ij. sanda.albi.ʒ.iiij. camfore.ʒ.i. & possibile est apponi in ipso de fausel & altea, & postmodum dissoluat' in eo cera alba cum oleo ros. & oleo citonior; / & qn̄ fuerit congregata putredo bibat aquā & mel, vel aquam cū zuccaro, vel bibat secaniabin scd'm residuū caloris, postea vero vtatur hoc medicamine. ℞. mastic.ʒ.i. & ʒ. olibani.ʒ.iiij. sanguis draconis ros. spodij aā.ʒ.ij.ʒ. bibat cū secaniabin vel aqua mellis vl' iulep, & emplastret' epar cū gallia ramic oli' ano cipi spica mastice calamo aromatico terant' omnia & conficiant' cū succo pomor; vel citoniorum, & sint cibi eius carnes pullor; hædorū lactantiū vitella ouorū, & vinū albū & subule, & quando induratū est apostema bibat ex confectione croci cum succo endiuiæ vel secaniabin facto cum succo endiuiæ / & aqua rosa. & similibus, & bibat spod. cum bdellio. Curatio eius ex colera ru. est cum aqua decoctionis ordei & succo granator; acetosor; vel succo agreste / & si nō est cum eo febris comedat pullos cū cucurb. lactuca bleta & malua, & emplastretur cum emplastro de rebus frigidis quas diximus. Curatio eius ex flegmate est cū omni q calefacit epar.s.cū decoctione radicū oleo de amigda. vel oleo de kerua, vel oleo fisticar; / & sumat yeram pig. cū aqua decoctionis anisi, vel feniculi & trociscis absinthij & trocisco reubarbari. & emplastret' epar cū medicinis coadunatiuis & aromaticis vt cū sandalo mirta crcco gallia mastic. gariof. nuc. musca. & similibus, postq congregata & permixta fuerit cū vino odorifero & euitet acetosa & frigida. Curatio eius ex colera ni. qn̄ diu pmanserit & fuit causa ei' cole.ni. sola nunq sanat' / sed si tempus est proximum curatur cū decoctione ficuū iuiubar; passularum sine nucleis radice apij fen. an. fenug. tribuli marini cū oleo de kerua & oleo amigd. dulc. coquant' hec omnia & colet' de aqua eius lib.ʒ. & ponatur in ipso in omni potione de aliquo predictor; oleorū.ʒ.v. & emplastret' epar cum hijs que remolliunt apostemata vt bdellio & armo. Et confert sua ,pprietate in omni mala complexione facta in epate bibere.ʒ.iij. de epate lupi sicco cum vino. & si est complexionis calide cum succo endiuie vel cū aqua. Curatio eius qn̄ fuerit in gibbositate & eminentia epatis est cū his que deponunt naturā vt spica apio & aniso & decoctione anisi & radicū, quando vero fuerit in concauitate eius laxetur corpus cū decoctione agarici & yer. pigr. & similibus. Curatio eius ex percussione q bibat.ʒ.i. & ʒ. reubarb. cum vino vel cum.ʒ.i. aristolog. long. cū aqua calida, & si supuenit ei febris bibat de balaustia & bolo armen. cū succo plantaginis vel solatri. Et hec omnia gn̄a boli conferunt apatibus gn̄atis inter corpus & sanguinem & pcussioni cotusioni, & emplastret' cū hijs q̄ diximus.

Margin notes: razynog. — Emplast. — Emplast. aliud — Potio — Cura ex cole. ru. — Cura ex flegmate — Cura ex cole. nig. — Epatis aa cūp confe rentia — Cura ex epa. gibbositate — Cura ex pcussione

¶ De oppilatione. Cap. IIII.

Oppilatio fit aut in ipso epate, aut in venis subtilibus cuius causa est, aut humores viscosi, aut grossus sanguis ex incisione membri q transmittit sanguinem ad epar, aut retentione menstruor; aut ex ventositatibus grossis, aut ex apatibus. Signū oppilationis in ipso epate est quia sentit parū grauedinis & extensionem in fundo epatis, & qn̄ anhelat infirmus non sentit fortem grauedinem nec dolorem in fundo, quando aūt fit oppilatio in venis sentit grauedinem & extensionem per totum epar. Differentia inter apa & oppilatōem est quia dolor oppilationis occupat locū qui dicitur tarcua & epar & nō est fortis dolor sicut dolor apatis & vrina est tenuis & clara, in apostemate vero cū ambulat vel saltat & maxime post potū aque sentit punctionem in epate cū dolore & grauedine & locus qui dicit' tarcua, & est in continuo motu. Signū eius ex grossitudine sanguinis est subtilitas vrine & eius claritas cum citrino colore & siti. Signū eius ex grossis ventositatibus est extensio sub costa dextri lateris post cibi digestionem & obedit cū forti manus impressione. Signū eius ex apatibus & curatio ipsorū est sicut diximus in pcedentibus. Curatio oppilationis est ex humoribus grossis cum electuario de croco vel dialacta maiori & confectione reubarbar. cum aqua decoctionis radicum, & caueat a cibis grossis & viscosis, & vtatur cibis quibus inest apertio mundificatio sicut est pulmentū de ordeo & faba & vtat' multo sale & fermento in pane. Curatio eius ex sanguine grosso & calido est cū flebotomia vene basilice vel asileni dextre manus. postea vero bibat secaniabin cū succo endiuie / & si egritudo est antiqua laxetur cū decoctōe absinthij vel fumiterre vel cū sirupo radic. laxatiue / & bibat frequenter succū endiuie & feniculi cocti &

Margin notes: Oppila. epatis et — Si. oppilationis in ipso epate — Si. oppilationis in venis — Differentia apa & oppilatio epatis — Sig. ex grossitudine sanguinis — Sig. ex grossis ventositati. — Sig. ex apatibus & cura eor; — Cura ex humori. grossis — Cura ex sanguine grosso & calido

purificati añ.iiij.partem lib.cũ.3.i.secaniabin, vel iulep, vel zuccari tabarzed, & vtatur ptisana ordei in qua coctũ sit aliquantulũ radic.scariole & fen. & comedat subtiles cibos, & qñ est oppilatio ex incisione alicuius membri accipiat ea quę deponunt vrinam. Curatio eius ex retentione menstruorum est cum flebotomia saphene vtriusq pedis & introitu balnei & bibat succũ herbarum cũ oleo amigd.amararum & dulciũ, & accipiat de electuario q dicit riba alla & aldeclimata, vel cũ decoctione mentastri, vel decoctione radicũ & omne q deponit vrinã. Curatio eius ex ventositatibus grossis est q bibat vinum forte & caueat a siti & potu aquę & cibis inflantibus ventrem & sumat ea que expellunt ventositates, & emplastret epar cũ sale & milio calidis & premat ipsum manu & liniatur cum oleo anetino & camomilino, & ingrediatur balneum ante cibum.

Cura propter menstruorum retentionẽ

Cura ex võtosita. grossis

¶De solutõe cõtinuitatis epatis. Ca.V.

SOlutio continuitatis in epate esse potest ex pcussione vel ex veneno vel ex fumo vrente, & ex isto fit vlceratio. Signũ eius ex fumo vrente est virtus inflãmationis quę est colera eruginosa & qa sentit in epate fortem mordicationem & punctõem vt acus. Curatio eius ex percussione si virtus est fortis & speratur de sui liberatione q fiat flebotomia cũ extractõe multi sanguinis, & emplastret epar cũ ro.sand. & succis frigidis, & accipiat ex reubarb.aut sirupo ros. & zuccaro. Curatio eius ex sumptione venenosę medicine est cũ vomitu cũ aqua calida & oleo, & accipiat medicinas frigidas sed vt plurimũ non potest curari nisi solutio continui sit modica.

Solutiõis cõtinuitatis ĩ epate causa

Sig.ex fumo vrẽte

Cura ex pcussiõne

Cura ex veneno

¶De ventositate epatis. Cap.VI.

GEnerantur ventositates grossę ex cibis generantibus ventositates & ex assiduatione humoris citrini & potu aque frigide, & iam determinauimus hoc in loco de oppilatione.

Võtositatis epatis cã & cura

¶Sequitur de effusione sanguinis ab epate. Caplm.VII.

EFfusio sanguinis ab epate fit aut ex apertione venę vel vlceris aut ex incisione alicuius membri ex quo sanguis retrocedit ad epar, aut ex multa fatigatione corporis quã sequit postea ociũ vnde coadunant humores & eos natura expellit, aut ex debilitate digestiuę virtutis, aut ex solutõe egestionũ epatica, aut ex oppilatione venarum epatis ppter quã permanet diu sanguis in venis & corrũpit quẽ postea natura expellit, aut ex menstruorum retentione. Signum fluxus sanguinis ab epate ppter vlcus nigredo sanguinis eius grossities & putredo sine torsione intestinorum & sine mordicatione & qa ante patuit apa. Signũ eius ex apertione venarum exitus sanguis grossi rubei & boni absq putredine & mordicatione. Signũ eius ex debilitate digestiuę virtutis propter calorem sitis & priuatio appetitus cibi & rubedo coloris & vrinæ, & qñ est ex frigiditate erit sanguis similis loturę carnis recentis absq dolore intestinorũ & sine molestia pcedente cum coloris alteratõe infirmi & declinatione ad albedinem. Signũ ex oppilatõe est quia sanguis exit niger clarus & splendidus & cętera signa & curatio sicut iam diximus. Curatio eius ex vlcere est cũ rebus quę mundificant vlcus & cõfortant epar vt ros. balaust. sanguine draco. mastic. kakabre bolo armeno croco & plantagine & accipiat de eis.3.iij.cũ succo citoniorum vel succo plantaginis, & sit cibus eius ptisana ordei & amidi & pulmentum de riso & vitella ouorũ & ius lentiũ, & ea curatões epaticę solutionis quę predicta sunt. Curatio eius ex apertione venarũ ppter solutionem continui est cũ hijs quę sanguinem constringunt & confortant epar sicut est kakabre, gumi arab. assata balaust. sanguis draco. sapiñ. taratit.i.ypoquistidos acacia bolũ armen. terra sigillata & bibat ex quocunq ipsorum inuenerit 3.i.&.5.cũ succo plantaginis vel succo foliorũ vitis vel succo cimarũ ros. & emplastret cũ hijs que decidunt sanguinem, & vtatur cibis stipticis predictis, & comuniter curet curatione sputi sanguinis, & si fuerit ex incisione alicuius mẽbri vel ex ocio post laborem flebotomet basilica vel achal manus dextrę & vtatur cibis siccis. Curatio eius ex debilitate digestiuę virtutis si est ex frigiditate cum hijs quę confortant ipsã quibus inest paucus calor sicut est reubarbarũ lacta mũda gariofil. tubera cardam. gallia macis spica coniunctim aut per se.3.iij.cum aqua infusionis corticũ fisticæ, & nos iam diximus curationem huius in precedentibus.

Effusiõis sanguinis epatis cã

Si. ppter vlcus

Sig.ex venarũ apertione

Sig.ex debilitate virtutis digestiuę

Sig. ex oppilatione

Cura ex vlcere

Cura propter solutionẽ continui

Cura ex debilita. digestiuę

¶De debilitate epatis. Cap.VIII

EPar debilitatur aut ex sola malicia cõplexionis aut ex humore putrido existente in instrumentis epatis sed plurime debilitatur epar ex defectu digestiuæ virtutis vel ex frigiditate, & hoc accidit in pluribus, vel ex caliditate & ceteris, aut ex transmutatõe cibi ad malam qualitatem qd est deterius cęteris alijs, vel ex eo q nõ suscipit digestionem, aut forte prouenit vsq ad medietatem digestionis. Signum primi modi est egestio diuersorum modorum in colore & substantia. Secũdus vero propinquus est huic sed est facilior. Signum tercij est egestio similis loturæ carnis recentis, Cõmunicat aũt tres modos, defectus appetitus cibi, & corpis

Debilita. epatis causa

Signa

siccitas, & qñ fuerit debilitas harum virtutū ex caliditate erit egestio fœtidi odoris sordida & coloris citrini, & si debilitas ex frigiditate erit egō erit priuata odore declinans ad albedinem & exit absq; mordicatione. Curatio eius ex frigiditate est ꝙ emplastret̃ epar cū rebus calidis coadunatiuis sicut spica mastic. gallia ciperi olibani cōiunctim vel per se & distemperatis cū vino veteri forti, & accipiat ex electuarijs calidis sicut de electuario piperꝫ & electuario seminū & electuario thuris, & sit cibus eius ꝙ habet stipticitatē cum modico calore, & confert ei grande iuuamen comestio passularꝫ cum suis nucleis. Curatio vero eius ex caliditate est ꝙ emplastret̃ epar cū sand. & succis herbarꝫ frigidarꝫ vt diximus. Curatio vero reliquarꝫ virtutū & earꝫ signa determinauimus iā in suo loco de fluxu epatico.

Cura ex frigidita.

Cura ex caliditate

Cura reliquarū virtutum

¶ De dissolutione epatis. Capit. IX.

Signū dissolutionis epatis causa

Dissolutio epatis fit ex abundanti malicia complexionis siccæ. Signū eius est spasmatio ꝓprie, siccitas linguæ, sitis, febris, & dissolutio epatis eiusq; siccitas, alteratio coloris faciei, siccitas egestionis & eius paucitas. Curatio eius anteq̄ malitia complexionis excedat est sicut curatio ægritudinis siccæ ex vlceratione pulmonis, postq̄ vero confirmata fuerit nulla est ingeniatio in curatione ipsius.

Cura

¶ De tussi epatica. Capitulum. X.

Sig. tussis epaticę

Signum indicans tussim epaticam est quia dolens epar existit sani pectoris & pulmonis & qa sentit̃ grauitas sub costa dextra p̄cipue apud motū tussis & fiūt motus frequentes postq̄ eiciat aliquid, & curatio est per remotionem passionis epatis.

Cura

¶ Sequitur nunc de causis yctericię. Capitulum. XI.

Yctericię causę

Causa yctericię est intrinseca vel extrinseca vt ex venenis animaliū aut cibis calidis, vel ex boreali vento, vel ex excessu caloris siue frigoris, aut ex hyemis siccitate. Intrinseca vero est ex crisi bona siue mala vel ex nō crisi, aut etiam ex ipso epate ꝓpter malitiā complexionis colerę nigræ vnde fit ycthericia nigra, aut ꝓuenit ex epate & splene simul, aut ex cisti fellis cū deficit attrahere col. nig. ex oppilatione s. ex apate in altero orificiorꝫ suorꝫ, aut ex virtute opationis ipsius, aut ex corruptione complexionis venarū ꝓpter sui cal. excessum. aut ex abundantia col. ni. ita ꝙ attrahit̃ & non potest illam expellere, aut ex acuitate substantię colerę & vt plurimū accidit yctericia, & ex excessu ca. tpis & superioribus coloris exterius, & accidit plurime pueris & mulieribus ꝓpter ipsorꝫ humiditatem. Signū eius ex bona crisi est qa superuenit in die cretica postq̄ apparet digestio & al

Sig. ex bona crisi

leuiatio ęgritudinis. Signū eius ex epate ꝓpter calorem est citrinitas coloris corpis eiusq; siccitas & macies, rubedo vrinæ, albedo egōnis, & grauitas in pelle ventris & dextro latere, & accidit ei hora cibi inflatio dolor & pruritus per totum corpus, & fit eius somnus super dextro latere facilior & faciliter confert ieiunium, & qñ est ex frigiditate declinat vrina ad albedinem vł ad colorem nigredinis, & qñ transit ad membra tingunt̃ ex ea & fit ycthericia. ¶ De apate vero & oppilatione iam dictū est a nobis. Signū eius ex splene nigredo yctericię & vrinę eiusq; paucitas & leuitas extensio pellis ventris in sinistro latere & retentio naturę malitia anhelitus conturbatio albedinis oculi, nigredo egōnis & dolor splenis eiusq; duricies, & qñ prouenit ex epate & splene simul permiscent̃ signa ad inuicem. Signū eius ex corruptione complexionis venarū & p̄cipue venę quę dicit̃ colon est dolor stomachi indignatio & vomitus colericus & vehementia sitis & grauedo ciborꝫ dulciū generantiū oppilationem & amaricatio gustus in cibis dulcibus & fluxus ventris sine iuuamēto. Signū eius ex debilitate cisti fellis ad attrahendū coleram rub. est vomitus colericus & sincopizatio sine grauitate in epate. Signū eius ex oppilatione orificij coniuncti epati est intensio croceitatis vrinę in principio ęgritudinis ex colerę rubeę pmixtione in egestione, & qñ consumit̃ colera ru. exit egestio alba & mūda. Si vero oppilatur orificiū qd' vadit ad intestina tunc latitat colera in meatu stomachi & sequit̃ citrinitas faciei & exuberantia colerę & amaricatōis salsedinis siccitatis sitis & caloris & egestio est alba. Si vero oppilatū est orificiū veniens ad stomachū tunc tingit̃ egestio colera ru. & redditur color vrinę ad modū cretę rubeę vzifur & apparet in supficie eius spuma valde crocea cū retentione naturę, & possibile est oppilari omnia tria orificia & tunc est mortale. Qñ vero ꝓuenit ex virtute opationis col. nig. est species crisis bonę, & signū eius est exitus per vomitū & fluxum ventris yctericia in suo statu permanente. Qñ aūt prouenit ex acuitate substantiæ coleræ causat̃ ex cibis calidis & medicinis vrentib⁹. Differentia vero inter yctericiā ꝓuenientem ex debilitate & eā quę fit ab oppilatione est qm̄ qñ ꝓuenit ex debilitate fellis generat̃ paulatim quę vero ꝓuenit ex oppilatione fit subito. Curatio yctericię accidentis ex veneno animaliū est cum potu aquę casei frequenter & comestione butyri recentis & olei amigd. dulc. postea vero accipiat de succo granatorꝫ & musilagine psilij, & conferūt ad hoc sua ꝓprietate poma acria, & accipiat de tarascon, & si hoc non sufficit bibas

Sig. ex epate calido

Sig. ex apate

Sig. ex splene

Sig. ex corruptione cōplexionis venarum

Sig. ex debilita. cistis fell

Sig. ex opilatiōe orificij cōiuncti epati

Yctericię dria ex debilita. & ꝗ ex opilatione ꝓuenit

Cura yctericię ex veneno

Cura ex cibis cali. tyriacam alfaroc & metridatū. Curatio eius ꝑueniens ex cibis calidis est cum hijs quę infrigidant epar sicut est granata acetosa & secaniabin zuccarinū & aqua ordei, & si hoc non sufficit administrent̄ emplastra frigida, quando aūt accidit ex flatu venti borealis vel ex hyemis siccitate vtatur ex hijs quę humectant cū modica in frigidatione sicut est ptisana ordei parata sit debet & frustrare panis cū zuccaro & sirupū iulep & viol. & pulli elixati in aqua & euitet sicca & salsa, & si nō cessat per hoc assiduet ea quae diximus. Quando vero est ex excessu frigoris vel caloris curetur cū eo ꝙ reducat id ad temperamentū. Qđ aūt prouenit ex vi crisis nō indiget curatōe nisi constringere naturā cū ingressu aquę calidę / & bibat secaniabin & vngatur corpus cū oleo camomillę & oleo aneti & alijs oleis ca. Curatio eius ex ipso epate si fuerit ex calore cū eo ꝙ infrigidat, & si apparet in ipso plenitudo flebotometur basilica dextrę manus & maxime si fuerit in epate apā sanguineū, Et si signa co. ru. apparent fiat euacuatio cū decoctōe mirabol. prunoꝝ tamarindoꝝ passulaꝝ sine nucleis scamoneę cocte in pomo & yer. pigr. vel bibat aquā casei cū secaniabin, deinde bibat succi solatri. ʒ. iij. cum succo fen. ʒ. i. Et si fuerit febris in eo accipiat loco aque casei aquā ordei cū secaniabin vtatur oleribus frigidis cum oleo amigd. & si fuerit apostema in epate curet̄ scđm ea que prediximus. Curatio eius ex splene propter calorem est cū flebotomia venę basilicę sinistrę manus, & bibat ex succo solatri & endiuię ʒ. iij. cum. ij. ʒ. secaniabin, & bibat trociscos de carmezac cum secaniabin fortis acetositatis, & trociscos de ligno aloe, & emplastret̄ splen cum aceto in quo coctus sit tamariscus, vel cū oleo ro. & aceto calido, & caueat a cibis pinguibus oppilatiuis. Et si indiget euacuatōe fiat cum decoctione mirabol. & fumiterrae / & si fuerit ex frigiditate bibat ex vino forti quolibet die. ʒ. i. ante cibū, & bibat secaniabin squilliticū & trociscos de cappar. & emplastret̄ splen cum ruta baurac mentastro semine agni casti & melliloto simul vel per se mixtis & bullitis in aceto, & cōfert ei emplastrū de calce & sulphure & appositio ventosarū cum igne, & caueat ab omni ꝙ ingrossat & oppilat, & si nō sufficit curetur cum hijs que dicturi sumus in curatione splenis. Curatio eius ex epate & splene simul si calor abundat cū flebotomia basilicę vtriusꝗ manus interpollando flebotomias aliq̄bus diebus, & si virtus est fortis bibat hanc decoctionem. ℞. mirabol. citrinoꝝ fumiterre vel seminis eius añ. ʒ. x mirabo. nigroꝝ. ʒ. viij. absinthij. ʒ. v. passulaꝝ mundataꝝ. ʒ. x. prunoꝝ. xx. tamarindoꝝ. ʒ. xv coquant̄ omnia in. vi. lib. aquę donec deueniat ad. i. lib. & apponat̄ in ea epithimi cassiae f. añ. ʒ. iiij. exprimat̄ & coletur & bibat ex ea. ʒ. ʓ. cum ʒ. i. yer. pigr. & ʒ. i. agarici & tercia parte. ʒ. scamoneę cocte in pomo, postmodū vero bibat ex succo apij & succo radic. & succo folioꝝ tāarisci & ex succo scariolaꝝ añ. ʒ. i. coctis oibus & colatis & dissoluta in eis cassiaf. cū duabus partibus. ʒ. scamoneę / & emplastret̄ splen cum fructu tamarisci & extremitatibus vitis añ. ʒ. x. terantur medicinę siccę & infundant̄ bdellium & crocus añ. ʒ. i. in vino & aceto & dissoluat̄ rube. ʒ. xv. cū oleo ros. & conficiant̄ cū ea medicinae & liniatur cū eo & apponat̄ desuper foliū caulis vel bletę / & vngatur corpus post hoc in balneo cum oleo camomillę quousꝗ sudet, & sint cibi eius pulli cocti cū aceto & succo granatorum & agresta. Curatio eius ex corruptione complexionis venarū ꝓpter calorem est cū flebotomia basilicę manus dextrae & sumat hanc decoctōem. ℞. mirabo. citrinoꝝ. ʒ. xv. nigroꝝ. ʒ. vij. fumiterre radi. liqricię & alteę. ʒ. x. gafet i. eupat. absinthij añ. ʒ. v. passulaꝝ mūdataꝝ. ʒ xx. corticū radicis capparis. ʒ. x. turbit contusi. ʒ iiij. coquant̄ omnia in. vi. lib. aquę donec redeat ad lib. i. & apponant̄ in ea epithimi. ʒ. iij. & exprimatur & coletur & accipiat ex ea lib. ʓ. in aq̄ apponat̄ de agarico. ʒ. i. salis indi. ʒ. tcia. yer. pi. ʒ. iij. & bibat ex succo fumiterrę & terascon. i. endiuia siluestris añ. ʒ. iij. cum. ʒ. viij. mirabol. citrinoꝝ & sexta parte. ʒ. salis indi. & emplastretur epar cū farina ordei & rasura cucurb. & portulaca plantagine succo agrestę & modico croco tritis cū aceto & regat̄ regimine frigido. Curatio eius ex debilitate attractionis cistis fell. colera ru. est cū hijs quę diximus de confortatione epatis, qm̄ confortatur cum emplastro de spica gallia ciperi & olibano & curare contrarium cū suo contrario. Et curatio eius ex oppilatione facta in orificio coniuncto epati cū hijs quę diximus de apertione oppilationis, & emplastret̄ cum emplastris de sandalis, & declinet cibus eius ad id ꝙ subtiliat humores sicut est acetum & oleū oliuaꝝ / & si oppilatio fuerit in orificio ꝑueniente ad intestina vel ad stomachum fiat clistere cū hijs quae aperiunt oppilationem vt succo absinthij centaureę & aquā decoctionis lupinoꝝ & orobi & reliqua quae diximus in apertione oppilationis epatis. Curatio eius ex plenitudine colerę est cū decoctōe mirabol. citrinoꝝ & secaniabin cū scamonea, & emplastretur epar cū eo ꝙ habet stipticitatem & frigiditatē sicut est solatrū plantago & metridato cū hijs que infrigidant & coadunant, Et si fuerit ycterica ex acuitate substantię colerę curet̄ eu-

[Left margin notes: Cura ex vento bo reali / Cura ex vi crisis / Cura ex epate / Cura ex splene / Curę ex epate & splene sif potio]

[Right margin notes: Cura ex corruptione cōple. venarum ex calore Potio / Cura ex debilita. attractionis cistis fellis cole. ru. / Cura ex colere plenitudine]

ratõe epatis calidi, & qñ extẽminatus fuerit humor ycterici & remanserit citrinitas in superficie corporis vngatur cũ oleis resolutiuis sicut oleo camomillę aneti postq̃ infusa sint in aqua cali.dulci. Curatur aũt croceitas oculorũ ex eo ꝙ colirizetur cũ aceto & aqua ros. vel cũ aceto & succo coriandri humidi, vel cũ aceto & lacte mulieris, vel cũ succo granatorũ acetosorũ: q̃m sua ꝓpria virtute habet iuuamentũ in hac ęgritudine. Et insuffletur naribus de succo segremerię.i.ciclamis, vel cũ succo cucumeris agrestarũ mixto cũ lacte mulieris, vel de nigella cum lacte mulierũ, vel de aceto cum oleo ros.

Cura croceitatis oculorũ

Segremeria.

¶ De ydropisi. Capl'm. XII.

Hydropisis

YDropisis est error cadens in virtute immutatiua epatis quę excludit a perfectione digõnis & corrumpit sanguis & diffundit per totũ corpus & cõphendit propter hoc totũ corpus. Cuius causa est triplex, aut enim ex corruptione complexionis, aut ex abundantia humorũ aut ex apatibus, Et causat hic modus aut in epate solo, aut ex participatione alicuius membri, Et possibile est aduenire ex supfluis euacuatõibus, vel ex retentõe menstruorũ, vel ex continuatione ęgritudinũ & dolorum, vel ex corpis dissolutione, vel ex coadunatione colerę rubeæ, vel ex potu multę aquæ frigidę post balneum vel post fortem laborem. Sũt aũt species hui⁹ ęgritudinis tres.s. alhahaui alzeci & alcabli.i. yposarca seu carnosa asclites & timpanitis. Determinatio yposarcę vt plurimum fit ex epatis frigiditate & est cũ chimus nõ perfecte digestus, miscetur cũ carne tantũ & nõ adheret membris ꝓpter suę perfectionis defectũ q̃a flegmaticus est & ꝓpter hoc est ista species facilis curationis. Asclitis vero fit cum virtus deficit transmutare cibum & nõ potest esse transitus ad membra impossibile est nõ dissolui a calore epatis & ipsum in fumũ conuerti & tunc expellitur ad panniculũ ventris, & cũ ibi aggregat fumus resoluit in aquosam humiditatem & est hec species post yposarcã in susceptione curationis. Timpanitis vero generat ex eodem liquore qñ fumi & venti plures sunt liquoribus & generat ex remissiori frigiditate, & curatio huius speciei est difficilis valde. Signũ yposarcę est macies corpis eiusq; albedo, inflatio palpebrarũ, extremitatũ testiculorũ cum inflatione molli quę cũ imprimit digito cito redit solutio ventris naturę / & similatio corpis infirmi corpori mortuo tumido. Signũ asclitis est sonitus cõmotionis aquę per ventrem sicut aquę existentis in ventre, & maxime cũ reuoluit de vno latere ad alterũ cũ grauitate, & cum ꝓlongatur tp̃s suũ comprehendit tumor testiculos & crura & scindit & exit ex illis aqua citrina.

Hydrop. cã triplex

Hydrop. spẽs tres Alhahaui Alzeci & alcabli hypofarcę causa

Asclitis causa

Timpanitis gñatio

Hyposarcę sig.

Signum asclitis

Signũ timpanitis est tumor ventris & cũ percutitur resultat inde sonus vt timpani & qñ debilitat digestiua virtus causa frigiditatis nõ secunt eũ sitis & febris nec vomit colerice & sentit acetositatem in ore. Qñ vero debilitat causa caliditatis continuat in ipso sitis & pulsus est frequẽs macies corporis, citrinitas coloris, amaricatio oris & calor violentus, & cũ prolongat tempus eius manifestat, & cũ apparet in egestione aliq̃ particulę epatis, eius malicia est maxima. Signũ eius quę ꝓuenit ex participatione alicuius membri est quia p̃cessit ægritudo illi membro, & si fuerit ex dissolutione corpis antecedit ipsam ptisis & similia, & qñ fuerit ex potu aquę frigidæ post exitũ a balneo vel post multũ laborem sentiet dolorem sub costis statim post potũ aquæ frigidæ, Et qñ est ex congregatõe colerę ru. tũc vomit colerã multã & sequitur eum sitis grossitudo corpis & eius siccitates, & qñ vident causæ ydropisis fortes & difficiles sicut dura apata epatis vel alicuius membri, & aliæ consiles ægritudines & maxime cũ tempus ipsarũ ꝓlongatum est ne sis perterritus in curatione ipsius, Si vero causę ipsius fuerint abundantia coleræ ru. vel flegmatis aut malicia complexionis epatis, aut retentio menstruorũ & similia esto fidus de curatione ipsius. Intentio aũt circa curatõem ydropisis est duplex, vna est confortare virtutẽ digestiuam cũ aromatibus quibus inest coadunatio modica & multa subtiliatio cũ virtute ꝓuocandi vrinã & sanguinem menstruorũ & sudorem & aperiendi oppilationem cũ medicinis simplicibus.s. mirra croco squinanto spica cassia lig. sabadag assara costo aristolog. apio fen. musri endiuia camepitheos camedreos. Ex cõpositõibus ẏo sicut est cõfectio de lacta & de reub. vel cõfectio de berb. & el'ctu. de costo & trocisci de absin. Solutõem facie͠tia sũt titimal. esula & lac ei⁹ almezorion yreos collogn. oleũ cucume. asinini & eius succus euforbiũ ęs vstũ stercus columbinũ serapinũ opopanacũ squilla assata pillulę de serapio & pillulę de mezereon Q aũt educit eam per sudorem est sepelitio in arena maris & sudare diu in balneo. & hęc medicina est cõmunis tribus speciebus ydropisis, nunc aũt constituimus curatõem cuiuslibet speciei per se. Curatio ydropisis carnosę qñ fuerit ex calore epatis & virtus est fortis ꝙ flebotometur vena basilica ad exsiccandũ humorem de inceps euacuet ꝑ tpate cũ eo ꝙ aperit oppilatõem s. cũ aqua decoctionis fabarũ, vel cũ cuscut. vel cũ fumoterre / & q̇d fortius hijs est yer. pig. cũ succo endiuię / & bibat succũ solatri & succum apij cũ trociscis de spodio & trociscis de berbe. & emplastret epar cũ rebus frigidis confortantibus. & comedat olera frigida. Curatio eius ex

Sig. ex aliorũ mẽbrorũ participatiõe

Intentio curatiõis hydropisis est duplex

Cura hydro. carnosę ex calore

Cura ex frigore

rigiditate est cum medicinis pnominatis simplicibus vel compositis/ & tyriaca alfaroc / & amurusia, & si confert oibus speciebus ydropisis trifera ben. elazar est optima & sepeliat in arena calida, & liniat totu corpus cu altefal al. cum cera & sudet diu ante solem vel an ignem.

Cura asclitis ex calore

Curatio ydropisis asklitis qn est ex calore cum forti feruore & rubedine vrine/ aut fuerit apa calidu in epate est signu mortale. Curatur aut post cu labore apud principiu cu hijs que confortant epar sicut trocisci de berberis, vel trocis cis de camphora, vel trocisci de spodio cu succo endiuie, vel secaniabin simplici & succo solatri & succo plantag. dictis confortatiuis & frigidis.

Cura ex frigore

Curatio eius ex frigiditate si est sine apate & sine mala complexione frigida possibile est curari cu eo q confortat epar & digestiua virtutem ex hijs que diximus, postea vero cu hijs que educunt aqua citrina, & bibat de lacte camelor. Puluis qui dicit sulphur educens aqua citrina & sumitur cu lacte vel aqua casei vel succi oleor. R. lactis esule scamonee succi cucumeris asinini euforb. folior mezerion radicu esule yreos eris vsti stercoris columbini granor cataputie an. partes equales terant & misceant cu eis ad pondus oim de zucco salmian. & accipiat ex eo. 3. iij. cu eo q diximus

Epithima laxatiuu

Epithima q dicit lachoc ad laxandu aqua citrina, & possibile est eam ducere per sudorem. R. colloquinti. 3. i. euforb. stercoris columbini an. 3. x. conficiantur ex eo paru cu felle bouino, & supponat ventri per tres horas, postea reducat illud scdm necessitatem, & si non conferunt medicine impossibile est transire pter incisionem ventris vt educat aqua citrina quemadmodu determinatu est in cirurgia.

Cura timpanitis ex calore

Curatio timpanitis qui pteruit curare ipsam ex abudantia caloris & apparentibus signis solutois naturæ cu puenit ad statu eius, & est confirmata valde, cuius curatio est valde difficilis, & maxime cu puenit ex duricie splenis vel matricis curet ipsam suauiter cum eo q no calefacit forti calefactione. s. qnq cu succo granator tamarind. cu succo scariole & fen. qnq cu aqua decoctionis vel succo lebleb & similibus, aut bibat ex hoc secaniabin.

Secania bin

Modus secaniabin conferentis calori epatis & huic egritudini timpaniti. R. radi. endiuie. 3. xl. radi. fen. & seminis bazra eius an. 3. xx. absinthij seraha. i. calcatrifa bazorad. i. spina alba an. 3. x. folior cuscute albe. 3. xxx. ro. recentiu mundatar. 3. v squinanti. 3. xx. bulliant oia in tribus lib. succi granator acetosor & tantudem aceti vini vsq ad residentia liquoris reru, & exprimat & coletur & ponat in eo ad pondus eius zucci salmiani & remoueat spuma & ponat in ipso aliquid croci vt sit boni coloris & sumat ex eo. 3. i cu quatuor. 3. aque dul. frigide, vel cu succo herbarum/ vel curet cu electuarijs & trociscis & co fectionibus frigidis,

Cura ex frigore

Et si fuerit ex frigiditate curretur cu eo q expellit ventositates sicut est ciminum ameos anisum castor. & olibanu & masticet de aliqua istar medicinar quolibet mane & accipiat trociscos de aniso qm vltime sut boni ad hoc, & administret licinia q dicunt sief de cimino baurac folijs rute & ameos, terat & co ficiat cu melle & supponat bis in die, & abluat corpus suu in balneo & aq bauratice & salse & tergat corpus suu in balneo cu panis aspis & aridis postq aspersu fuerit sup ipm baurac & ingenie omi modo apire poros corpis, & vngat corpus eius cu oleo arcum. asinini & oleo spice, & aspergat corpus suu & venter sale baurac & farina orobi, & comedat ex omibus gnibus auiu siluestriu vt albagal & passeru, & vtatur cu cibarijs eius semine fen. & apij ameos ruta cimio almuri aceto fisticis & oleo amigd. dul. & amararum, & euitet oia gna leguminu dactilos nuces passulas & oia gna fructuu humidor, & bibat vinu bonu forte limphatu cu aqua decoctionis anisi squinanti & similia, Et si egritudo permixta est ex aq citrina & ventositatibus per misceat medicina pdicta.

Cura ex splenis participatioe

Curatio eius ex participatione splenis cu epate est cu hijs que puocat vrina & dissoluunt splenis duriciem, sicut est tyriaca quatuor specier & confectio alkabrica. i sulphuris & silia q dicturi sumus in curatoe splenis, & sic pcedendu est in qlibet membro q participat epar & infirmat causa illius sicut est stomachus & renes & cetera membra vt determinatum est in suo loco.

¶ SEQVITVR TRACTATVS XIX. De splenis ægritudinibus.

¶ De ægritudinibus splenis. Cap. I.

Egritudi. splenis enucratio

De egritudinibus splenis que sunt. xv. corruptio complexionis, apa, duricies tumor, oppilatio, solutio continuitatis, debilitas alicuius virtutu eius & q generat ex his causis vt nigra yctericia, lepra, morfea, p mixtio ronis, solutio colere ni. vomitus co. nig, appetitus caninus, raritas risus & silia.

Corrup. splenis Apa splenis

Corruptio complexionis accidit cu huore & sine humore queadmodu dixim⁹ in epate. Apa aut fit frigidu & duru antiquu & gnat ex huore grosso nigro absq febre, & hoc fit in pluribus, & possibile est gnari ex huore calido colerico vel sanguineo & coniungit febri & no est antiquu & raro accidit & monstruose.

Duricies splenis Tumor splenis

Duricies sequitur aut cum febre & potu multe aque aut sine febre & fit egritudo antiqua aut non antiqua. Tumor fit aut ex vetositate grossa melacolica vel ex ventositate frigida & subtili. ¶ Oppila-

Opilatio splenis. Solutio cõtinuitatis. Sig. corruptionis splenis ex calidi. Sig. ex frigidita. Sig. apa. Sig. calo. Sig. duri. splenis

tio fit ex retentione grossi sanguinis vel ex complexionis corruptione. Solutio continuitatis fit autex percussione vel casu vel vulnere ab extra venientibus. Signũ corruptionis complexionis est ex caliditate perceptio accidentiũ caloris vt febris sitis & perceptio caloris in tactu splenis. Signũ eius ex frigiditate est contrario modo p̃dictorꝝ. Signũ apatis est qa faciliter cadit sub tactu & occultata apparet, nec requirit aliud signum nisi cũ apa fuerit in principio, & signũ eius tunc est frigiditas tactus in loco tpe & remissio pceptionis caloris & sitis. Signũ caloris est contrariũ huius. Signũ duriciei splenis cũ febre est qa patet sensui in sinistro latere cũ duro apate & qñ imprimit manu nõ sentit dolorem & possibile est supuenire in hora fortis impressionis eructuatoẽm aut rugitũ, & si tumor ẽ ex fumo grosso erit tactus eius frigidus & durus Si vero ex fumo subtili & calore erit contrariũ huius. Signũ oppilationis est pceptio alicuius p̃dictarꝝ egritudinũ. s. apatis aut duriciei, aut vẽtositatis, aut corruptõis cõplexionis. Signũ solutionis continuitatis est q̃ infirmus refert & qđ ex eo sequit. Signũ debilitatis attractiuę virtutis est diuisio colerę nig. & eius diffusio p totum corpus, vnde sequit yctericia nigra vl morphea vel lepra & silia. Signũ debilitatis retentiuę virtutis est euacuatio co. ni. per fluxũ ventris vel per vomitũ scđm declinatoẽm humoris ac eius quantitatem, & possibile est confirmari hmõi accidentia ex vigore expulsiuæ virtutis. Signũ debilitatis digestiuæ est qm̃ secunt hmõi accidentia in corpe scđm naturã humoris, nam si declinat ad acetositatem sequit ex hoc virtus appetendi cibũ quia humor effundit ad os stomachi, si vero vritur sequit ex ea tristicia & molestia, & possibile est sequi ægritudinem multã aut lepram & hmõi accidentia. Signũ vigoris expulsiuę est defectus appetitus cibi ex promptitudine sui descensus ad intestina & raritate suę declinationis ad os stomachi. Curatio corruptionis complexionis splenis scias q̃ passiones splenis similant passionibus epatis & similiter medicina proxima est illi, verũtamen oportet medicinas quibus curat splen esse fortiores in virtute quia nutrimentũ splenis grossius est Qꝫ ergo accidit ei ex corruptõe complexionis curat epar. s. calefacere frigiditatem & infrigidare caliditatem similiter de cæteris q̃litatibus. Curatio eius ex duro apate antiquo est administrare fortes medicinas ad educendũ colerã nig. sicut sunt laxatiua quę nominant alhacharag in quibus ingredit epithim. agaricũ sticados pulegiũ monta. prassiũ centaurea cortices radic. capparis absinthiũ & similia, postea bibat aquã de-

Sig. oppilationis. Sig. solu. cõtinuitatis. Sig. debilitatis attractiuæ virtutis. Sig. debilitatis retentiuę. Sig. debilitatis digestiuę. Sig. vig. expulsiuę. Cura corruptionis cõplexi. splenis. Cura ex duro apa. antiquo

coctionis feminũ & sirupũ de radicibus & secaniabin de melle cũ seminibus & sirupũ de yreos & sirupũ de mentastro cũ aliqua confectionum vt confectione reubar. vel lacte vel amusię, & sirupũ de yreos & tyriacã quatuor specierum, vel trociscos de reubar. vel trociscos de capparis scđm hanc descriptionem. Descriptio trociscorꝝ de capparis conferentiũ grossitudini splenis & ydropisi accidẽti de ipa. ℞. vśne rubeę pulegij montani cortic. radicũ cappar. seminis radic. nasturcij sinapis yreos añ. partes equales terant & cribellent & conficiant cũ succo apij, & fiant trocisci quorꝝ quilibet sit ponderis. ʒ. ij & accipiat ex illis vnũ cum secaniabin de semini bus vel secaniabin squillitico, & confert hoc accipere quolibet mane ante cibũ. ʒ. i. in vino forti & conferũt ficus infusę in aceto & moraba de capparis cũ aceto & melle. Et emplastret splen cum pecijs infusis in aceto decoctionis rutę bau rach mentastri sicci & melliloti, & si accipiat sal qđ congregat in loco littoribus fluuiũ zahara almelah, & emplastret cũ eo splen exsiccat ipm & dissoluit eius apa ¶ Ex his aũt q̃ ego expertꝰ sum est q̃ accipiat radix albardi. i. iunci recentis sicuti est & teratur & emplastret cũ eo splen qm̃ dissoluit duriciem & apa, & idem operat si comburit & bibat ex sui cinere. ʒ. ij. quolibet die. Modus emplastri dissoluentis apa accipiat bdellij armoniaci añ. ʒ. x. & infundat in aceto donec dissoluat. postea accipiat alsirag quarta pars lib. cære. ʒ. i. coadunent oĩa super ignem, & accipiat mirrę & croci añ. ʒ. v. terant & misceantur cũ reliquis medicinis donec fiat ad modum marcham. i. vngenti duri & extendatur de eo super folijs bletę & sæpe spleni superponat Curatio eius ex apate calido est cũ flebotomia venę basilicę manus sinistrę vel venę quę est super manu inter digitos qui dicunt alranczar, & bibat aquã decoctõis solatri endiuię fen. haldha, Foliorꝝ haldha est succus cuiusdam speciei tamarisci, Carpha est alia species eius carphę & apposito in ipsis aliquid aceti bibat de toto lib. ſ. cum infrascriptis trociscis. Modus trociscorꝝ conferentiũ dolori splenis qñ est cum calore a febri & forti tinctura vrinę.

Trocisci de capparis. Zahara almelah. Emplast.

¶ De duricie splenis. Cap. II.

Duricies splenis potest esse cũ febre & sine febre antiqua & nõ antiq̃. Signũ frigiditatis est frigiditas tactus diuturnitas sui tpis paucitas caloris & sitis. Signũ caloris est contrariũ huius. Curatio apatis duri antiqui est cũ laxatiuis quę dicunt bachrag. i. decoctionis in qbus intrat epithim agaricum sticados pol. montanũ prassiũ centaurea cortex radicis capparis absinth. & similia, & bibat sirupũ

Cura ex apate calido. Duricies Sig. frigi. Sig. cali.

de seminibus & sirupū de yreos & mentastro cū confectione reub. vel lacte, vel amurusia, vel tyriaca q̄tuor specierū, vel cū trociscis de reub. vel trociscis de capparis cū secaniabin de seminibus vel secaniabin squillit. & bibat omni die ante comestionem. ʒ.i. vini fortis & confert ei comestio ficuum infusarꝫ in aceto & moraba de capparis de aceto & melle, & emplastret splen cū ruta baurac mentastro sicco melliloto & zahara almelah bullitis in aceto, hoc.n. dissoluit apa Et ego q̄dem ꝓbaui emplastrū de radice bardi q̄m dissoluit illud, & similiter si bibant de suo cinere. ʒ.ij. q̄libet die. Emplastrū dissoluens apa ℞. bdellij armōiaci an̄. ʒ.i. & dissoluat̄ in aceto & accipiat̄ lib. i. olei de sirag ꝙ est oleū sisamorꝫ & cæræ. ʒ.i. & misceat̄ totū super igne, postea accipiat̄ de mirra & croco an̄. ʒ.v. & fiat ex illis emplastrū & sepe supponat̄ spleni. Curatio eius ex calore est cū flebotomia venæ basilicæ sinistræ manus aut venæ quæ est inter duos digitos super manu, & bibat succū solatri endiuiæ feniculi alchelef. i. salicis & foliorꝫ carphe. i. tamarisci cū modico aceto & bibat ex toto lib. s. cū istis. ℞. batarꝫ alachel. i. cantarici & baccarꝫ alsasced an̄. ʒ.x. seminis endiuiæ & portulacæ an̄. ʒ.v. accipiat ex eis. ʒ.iiij. cū secaniabin zuccario Curatio duriciei q̄n̄ est cū febre cū trociscis de berberis vel cū trociscis de ro. cū secaniabin, & emplastret̄ splen cū ruta cocta & aceto. Curatio eius sine feb. est sicut curatio apatis duri & emplet̄ cū armoniaco aut cū nora. i. calici aut cū sulph. & similibus sicut diximus in suo loco in opatione emplastrorꝫ & cibaria dulcia nutrimenta grossa, & si hæc nō sufficiūt oportet cauterizari vt determinatur in cirurgia.

Emplast. — Cura ex caliditate — Carphe — Cura duriciei cū febre — Cura sine febre — Nora

¶ Sequit̄ de tumore splenis. Cap. III.

Tumor fit ex ventositatibus grossis colerae nig. vt fumositatibus subtilibus. Signum eius est apa durū sub sinistro latere, & q̄n̄ premit̄ manu non sentit dolorem, & possibile est sequi ex forti p̄ssione manus eructuationem aut rugitū, & si fuerit ex grosso fumo erit eius tact⁹ frigidior & durior, ex fumo vero subtili contrario mō exit. Curatio eius ex fumo grosso est cum puluere nasturcij. ℞. nasturcij albi. ʒ.xxx. terat̄ & distemperet̄ cū aceto forti & fiant trocisci & exsiccent̄ in fumo deiñ accipiat granorꝫ alsecd. ʒ.x. fructus tamarisci ʒ.v. scolopend. ʒ.vij. terant̄ hæc & misceant̄ cū p̄dictis trocis. & fiat ex oībus puluis de q̄ accipiat. ʒ.iij. cū secaniabin, & emplastret̄ splen cū furfure aneto infusis in aceto, & confert ei vltimū iuuamentū appositio ventosarꝫ sup splene absq; scarificatōe & igne. Curatio eius ex fumo subtili est ꝙ fricet̄ manibus cū oleo camomillæ paulatī post balneū / & sicū hoc nō curat̄ curet̄ cū decoctōe radicū secaniabin & similibus.

Tumoris gn̄atio — Signum — Cura — Alsecd — Cura ex fumo subtili

¶ De oppilatione splenis. Cap. IIII.

Oppilatio fit ex retentōe grossi sanguīs in meatibus splenis aut ex apate & duricie vel ex grossis ventositatibus vl̄ ex corruptōe complexionis. Signū indicatiuū eius est manifestatio alicuius p̄dictarꝫ passionū, & curatio eius est per remotōem causæ & bibat ex confectōe spicæ. Modus eius. ℞. spicæ aristol. rot. an̄. ʒ.iij. armoniaci cassiælig. an̄. ʒ.iiij. radic. capparis costi amari an̄. ʒ.x. croci. ʒ.ij. terant̄ & conficiant̄ cū melle despumato & sumat de eo ʒ.iij. cum aqua decoctionis foliorꝫ capparꝫ vel aqua decoctionis absinthij vel aqua decoctionis foliorum carphe.

Opilatio nis splenis cura

¶ De solutōe continui curatio. Ca. V.

Solutio cōtinui fit ex ꝑcussione vel casu vl̄ vulnere ab extra venientib⁹. Curatio eius est cū eo ꝙ confortat splenem vel vulnus consolidat cū vngento vel emplastro vt in suo loco determinat̄ & incipiat a flebotomia & bibat electuariū de ros. factū cum reubarb. ʒ.iiij. cum aliquo sirupporum.

Solutiōis cōtinui cura

¶ De debilitate virtutis splenis. Cap. VI.

Signū debilitatis virtutis attractiuæ est diffusio co. ni. ad corpus ex qua sequit̄ yctericia nig. morfea lepra & siliа. Signū debilitatis retentiuæ virtutis est effusio co. ni. per secessum vel vomitū scd'm declinatōem humoris Nam si declinat ad acetositatem effundit̄ ad os stomachi & roborat appetitū cibi, Si vero aduritur gn̄abit tristiciā & suspiria aut pmixtionē rationis aut leprā & siliа. Signū v̄o debilitatis expulsiuæ virtutis est defectus appetitus cibi per modicā effusionem co. ni. ad os stomachi. Curatio totius huius est vt in suo loco determinabit̄.

Debilita. v̄tutis attractiuæ splenis — Sig. debilitatis retētiuæ — Sig. debilitatis expulsiuæ — Cura

¶ TRACTATUS. XX. DE ÆGRITUDINIBUS renum continens capitula. xvij.

¶ Capit. I. De passionū renum enumeratione quæ sunt. xxv. scilicet

Mutatio complexionis ipsorꝫ apata, aldubayla, duricies, scabies, vlcera, grossæ ventositates, lapis oppilatio, vrinæ guttatio, macies renum, debilitas ipsorꝫ, fluxus sanguinis ex ipsis fluxus putredinis, minctura pilorꝫ & debilitas virtutis eorū & quæ ab extra veniūt vt ꝑcussio & vulnus & q̄ ex p̄dictis passionibus cōsecunt̄ vt defectus coitus & effusio semis macies corpis yctericia ydropisis & siliа

¶ Sequitur de corruptione complexionis. Caplm. II.

Corruptio complexionis fit cū humore & sine humore. Signū caloris est vstio spermatis eiusq; paucitas & tenuitas,

corruptio cōplexionis renū — Sig. cali.

Sig. frig. paucitas pinguedis & rubedo vel citrinitas vrine. Signũ frigiditatis est priuatio appetitus coitus debilitas spinalis dorsi & loci qui dicit' alcatan & est locus constrictionis sarabular & debilitas coxar quemadmodum accidit senibus & vrina alba. Curatio eius ex calore est cũ potu lactis asine vel capre cũ guma dragaganti vel arabi. & comedat portulacã attriplicem lact. cucur. & similia, & emplastrent' renes cũ oleribus frigidis & clisterizent' cũ ptisana ordei & oleo viol. & oleo sisamino cum aqua cal. vel clisterizentur cũ succis herbar frigidar & muscilagine psilij, & si fuerit calor cum humore flebotometur vena cauille pedis, & laxetur natura cũ hijs que competunt sibi. Curatio eius ex frigiditate est ꝙ clisterizent' cum oleis calidis mollientibus sicut oleo camomille aneti vel oleo caputie, vel oleo alkeda, aut oleo sisamino, aut butyro vaccino cũ succo blete aut cũ succo apij & feniculi, aut mentastri & similium, & emplastretur cũ camomilla centaurea & mentastro coctis in aqua & alijs emplastris calidis, & exerceat laborem & euitet cibi plenitudinem & vtat' hijs que vrinam prouocant & faciat euacuationem flegmatis.

Cura ex calo.

Cura ex frigidita.

¶ De apostemate. Caplm. III.

Apatis re nũgnatio

GEnerant' apostemata ex humore calido & ex humore frigido & generat' in ipsa substantia renũ, aut in panniculo continente eos, aut in concauitate ipsor, aut in meatibus vrine. Signũ eius qñ est in substantia renũ dolor & grauitas, & possibile est peruenire dolorem ad meatus vrine & vesicã ita ꝙ dolet virga coniuncta in suo collo & nõ potest pcipere aduentũ doloris ad has partes semp sed quandoq per interpolata tpa, & possibile est dolere cũ eis venas & frigescunt extremitates & maxime crura & genua & pedes & vrina reddit' in principio aqſa postea vero rubea, Et qñ est apostema in dextro rene sentit' grauedo in dextro latere post dorsum ppe epar, quia superior est aliquantulũ sinistro rene & vicinatur epati, & qñ est in sinistro rene sentitur dolor sub dorso a sinistris iunctura spinal. est enim hic inferior dextro rene. Signũ apatis existentis in pãniculo fortis dolor vt nõ possit ambulare nec stare & quando sternutat vel mouet' inuadit eum molestia vt faciat eum vociferare & nõ potest sibi facile dormire super ventrem sed plurimũ quietis eius est quando iacet super dorsum. Signũ caloris est sitis & febris fortis & dolor & rubedo vrine. Signũ frigiditatis est grauedo & remissio doloris & febris & albedo vrine. Curatio calidi apatis est apud sui principiũ si fuerit ex abundantia sanguinis & concedũt ei virtus & ætas & tempus ꝙ flebotomet' vena alach vel basilica & bibat aquã ordei, electuariũ frigidorum seminũ & succũ citrullor & cucurb. & psiliũ lotum cũ oleo ros. & zuccaro tabarzed vel succũ solatri, vel succũ endiuiæ vel feniculi coctos & colatos lib. ʒ. ex omnibus postꝙ dissoluta fuerit in ipsis. ʒ. i. cassief. ʒ. i. quarta olei viol. Et si natura constipata fuerit clisterizent' cũ floribus viol. & ordeo mundato & semine altee sebesten & oleo viol. & si nõ consentit natura ad hoc bibat ex violis siccis. ʒ. x. cum lib. ʒ. succi lebleb & ʒ. ʒ. olei viol. & abstineat a coitu & equitatione & labore & cibis calidis precipue a melle & omni genere dulcedinis sicut alhalu & vtatur cibis lenibus & humidis. Et si rexerit ipsum. vi. diebus cum hoc regimento & alleuiata fuerit febris & egritudo nõ est sanata Sit tunc studiũ tuum dissoluere apostema cum medicamine infrascripto, qđ est ꝙ accipiat' lana & infundat' in oleo aneti vel camomillæ & coquat' altea vel fenugr. & similia, aut emplastretur apa cum farina cocta cũ aqua & melle & cũ hoc erit maturatio apatis, & si natura excesserit in solutione bibat psiliũ assatũ cum aliq sirupor stipticor sicut rob de mirta & rob de citonijs. Curatio apatis frigidi est ꝙ bibat de oleo amigd. cum aqua decoctionis fenug. vel cũ aqua decoctionis ficuũ & similiũ & cũ medicinis maturantibus, & emplastretur locus apatis cũ fenug. & folio cauliũ & semine lini & similibus & faciat vomitũ, & accipiat de medulla cassiæf. dissoluta cũ sirupo ficuũ vel cũ aqua mell. & confert ei sirupus de melle cũ aromatibus/ & sedeat in aqua calida & maxime in aqua decoctionis camomille similiter melliloti mentastri & similia. Et si minorat' quantitas vrine accipiat de rebus que prouocant vrinã cum suauitate nõ aũt cũ medicinis fortis acuitatis. Apostemata tamen renũ faciliter indurant' si non curantur & permanent a dextro latere donec dissoluatur corpus, & cũ aqua decoctionis cicerũ & almagenat & apij & feniculi rute ysopi mente & similium.

Sig. ex substãtia renum

Sig. ex pãniculo

Sig. cali.

Sig. frig.

Cura apatis calidi

Cura frig. apatis

¶ De dubayla sequit'. Cap. IIII.

Dubayla causa

DVbayla est apostema calidũ in quo cõgregat' humor putridus & nõ potest euadere ab vno istor triũ, quia aut dissoluit aut congregat' in ipsa putredo & efficit' dubayla aut indurat' & reddũt apa durũ. Signũ eius est vehementia doloris lumbor cũ febre & molestia vna vice post aliam & quando iacet super dorsum sentit. q. rem suspensam in superiori rene, & qñ confirmatur febris & sentit

Signa

molestiam & fortem inflammationem, & vrina est acuta valde perfectũ est apostema, & cũ maturatum fuerit & apertũ deficient ei accidentia hec. Signum boni apatis albedo putredinis & eius claritas & mundities & temperantia sue spissitudinis absq; foetore. Signum apostematis non boni est contrarium huius. Signum bone euacuationis est quoniã si euacuatio putredinis est ad vesicam est magis vicina sanitati, & facilis fit ei tolerantia ipsius. Et ego iam vidi in quo durificatum dubayla in renibus & apertum est & exiuit multum putredo cũ facilitate & sanatus est, post tempus vero iterũ congregata est in eo hmõi putredo & ea emissa per vrinam sanatus est. Adueniebat ei hoc per circuitus tpm ipso existente sano corpe, & quãdo fit euacuatio eius ad intestina erit eius tolerantia difficiliter, & si euacuatur ad loca vacua erit eius euacuatio peior, & si permanet putredo in renibus erit magis difficiliter propter qd' requirit euacuatio eius operatõem manus. Curatio aldubayla oportet in principio coadunare naturam omni modo ingeniatõis vt apostema maturetur intus & extra, & hoc fit cũ emplastrent cũ farina simile & radice blete vel decoctõe cũ aqua & melle, & si vis fortius hoc permisceat cũ eis absinthiũ vel radix lilij asmagoni vl'hueg & similia, & si non aperitur tunc administretur clistere calidum & supponat loco panni infusi in aqua decoctõis camomille mellilodi centauree mentast. & similiũ, & post apertionem apatis curet cum medicinis euacuantibus putredinem & expellentibus eam cum vrina sicut cum decoctione fen. apij & similium.

Sig. boni apatis
Sig. non boni
Si. bone euacuationis
Cura

¶ De duricie. Capitulum. V.

Duricies

DVricies est apa qd' fit ex colera nigra cãcosa, aut resultabit duricies ex vsu medicinarum calidar; in principio curationis apatis. Signũ eius priuatio sensus doloris sentit tñ fortem grauedinem. q. rem suspensam in superiori rene cũ iacet & sentit vehementia grauedinis in posterioribus a parte lumbor; & sequit eum ad hoc debilitas cruriũ & amissio sensus locor; qui dicit alhacuũ & sunt radices coxarũ & ydropisis & reddit vrina pauca subtilis & indigesta. Curatio eius qui vult pteruire in sui curatione est q emplastret cũ pluribus rebus dissolutiuis sicut vngento de sepis & diaquilon & emplastris hũidis & clisterijs lenibus & bibat id q deponit vrinã cum suauitate.

Signum
Cura

¶ Sequit nũc de vlceribus renũ. Ca. VI.

Vlcerum renũ generatio

FIunt vlcera aut ex pcedenti apate aut dubayla aut ex abstractione humor; calidor; facientiũ vlcera in renibus sua acuitate & quando attrahit ad vesicam similiter fiunt in ea vlcera. Et differentia inter vlcera renũ & vlcera vesice est quoniã quando est vlcus in renibus sentit dolor in lumbis, aut erit humor putridus grossus mixtus cũ vrina, & possibile est esse in ipsa parua frustra carnis & carnosa fila & emissio vrine est facilis. Quando vero est vlcus in vesica sentit dolor in pectine & exitus vrine est difficilis & descendit putredo in fũdo vasis statim cũ mingit in aqua reperiunt squame & humores & vrina est foetida, & possibile est esse vlcera in meatibus vrine. Cuius signa sũt squame apparentes in vrina absq; foetore, & sentitur dolor in vesica fortiter in renibus aut remissius in meatibus vrine mediocriter. Et curatio eius est qm oportet curare vlcera in pncipio qñ generant in renibus qm si inueterant nõ suscipiunt curationem nisi cũ molestia doloris, & curatur cũ flebotomia vene basilice vt decidatur humor, & si nõ sufficit flebotomet safena, & postea bibat q mundificet vrinã sicut aquam mellis & iulep tpatos cum aqua, & confert ad hoc q prouocat vrinã faciliter & mundificat vlcus sicut est semen melonis & citrulli & altee & bibat eam cũ aqua mellis & q est fortius est aqua decoctõis apij & fen. & squinanti Emplastret locus cum folijs ros. & lenibus & fructus mirte & puluere molendini & oleo rosa. etiam qñ mundificatũ est vlcus curetur cũ eo q coadunat & cõsolidat vt est iste puluis. Puluis ad vlcera renũ & vesice. ℞. seminis citro. cucu. melonis cucur. oĩm excorticatar; semis papaueris albi & nigri gumi amigda. gumi arabi. amidi seminis portulace seminis malue & altee lotorũ reubarb. añ. ʒ. v. spodij. ʒ. vij. boli arme. ʒ. x. fructus pini maioris camomille montanae añ. ʒ. iij. radic. liquir. zuccari tabarzed psilij añ ʒ. xx. terant oĩa preter psiliũ & misceant & accipiat ex eo. ʒ. v. cum rob vuar; vel iulep vel cũ lacte asine qd' est melius, & caueat a rebus acutis & salsis & a coitu & vniuersis motibus, nõ eñ obturant & sigillant vlcera renum nisi cum quiete & comedat quicqd coadunat & exsiccat sicut fercula sumacia & granatia & ex fructib' aut poma citonia fistice passule & auellane.

Differẽtie vlcera renũ ab vlceribꝰ vesice
Signa
Cura
Puluis

¶ Sequit nunc de scabie renũ. Ca. VII.

GEneratur scabies ex humore acuto vel salso. Signũ est eius vstio vrine & exitus renum. q. furfurũ cum ea & corporis macies. Et curatio eius est cũ flebotomia vene saphene & appositione ventosar; in fine spinalis dorsi sub loco renum, deinde bibat musci laginem psilij vel seminis citonior; cũ lacte mulierum & oleo ros. & alia omnia fiant que dicta sunt in vstione vrine.

Scabies renum gñatio
Signum
Cura

¶ De ventositate renũ. Ca. VIII.

Signũ — Signum ostendens ventositates grossas & quia nõ apparent cũ eis signa lapidis nec signa colicę/& fit extensio absq febre & siti & percipit tumor in renibus cum tactu manus

Cura — Curatio eius est q administretur cum aqua decoctionis subtiliũ seminũ sicut semis aneti apij feniculi & similiũ cum oleo amigd. amarar & oleo aneti & oleo camomillę/& emplastret cũ pulegio monta. mentastro aneto folijs lauri & similibus, & bibat. ℥. iij. olei balsami cũ duabus ℥. aquę decoctionis apij.

¶ De lapide renum. Capit. IX.

Lapi. re. gñatio — Lapis generat vt in pluribus in viris perfectis in renibus, in pueris in vesica, sed raro contingit generari in mulieribus, & scias quoniã dolor colicus & lapidis cõmunicantur ad inuicem, vnde oportet te scire differentiam.

Differt dolor co. a dolore renali — Est aũt differentia inter dolorem colicum & dolorem renum qm̃ dolor colon transfertur per ventrem a dextris & sinistris & ante & retro est fortior q̃ dolor renum & subito insurgit, dolor vero renum stat fixus in eodem loco, & possibile est extendi per corpus vsq ad pellem ventris quę dicitur merac vsq ad testiculos, & incitat in ipso vomitus, ꝓpter illud q ad uenit intestinis & stomacho ex dolore & vrina redditur alba cum arenulis vt plurimũ & semper post ipsum retentio vrinę/& ꝓpter cõmunicationem doloris accidit retentio ventris & amittitur motus pedis qui est ex parte renis & sentitur dolor in coxa. Dolor aũt colon transfertur per ventrem a dextris & sinistris & ante & retro superius & inferius & est fortior dolore renũ, & accidit dolor colon subito dolor aũt renum paulatim insurgit.

Si. ꝓpria lapidũ renum — Signa ꝓpria lapidis renum fortis dolor lumbor & eius fixio in loco vno nõ se transferens de suo loco & similatur punctioni lanceę intolerabiliter cũ constipatione naturę & incitatur eius appetitus expellere superfluitates vna vice post aliam, & cum ꝓuocat ad exitum non potest educere aliquid, & quando ꝑficitur dolor in suo statu accidit ei vomitus & sincopis & amissio sensus pedũ & manuũ, & q inter eius signa propriũ est manifestatio arenæ in vrina.

Cura tpe. doloris — Curatio eius in tempe doloris est q bibat medicinã ad vomendũ in sui principio & nõ sit in hoc negligens & nil remaneat in stomacho, deinde fiat clistere, postea ingrediat balneũ aquę calidę in qua cocta sint camomilla mellilotũ folia cauliũ fenugręc. altea malua semen lini aneti coniunctim vel per se, & si fuerit ibi febris ponatur in aqua psiliũ flores viol. portulac. lact. & nenufar coniunctim aut separatim, & sit aqua temperatę caliditatis vt in ea delectetur infirmus & eam toleret & diu permaneat in ipsa, & cũ exierit ab aqua fricent leniter cauda & lumbi cum oleo camomillæ & aneti & kerua & quodcũq ipsorũ inuenerit & bibat vna vice post aliam q prouocet vrinã & mũdificet lapidem, & si nõ valet id bibat aliud, & si fiat illud in balneo erit melius, & si est in ipso repletio & est rubei coloris & fuerit regimen eius cũ hijs quę generant sanguinem flebotomet vena basilica partis doloris, & ꝑcipe insimo q saltet cum vno pede & descendat per scalas de vno gradu ad alium & ascendat super aliquã bestiam & faciat eam currere & postea redeat ad balneũ, & si nõ descenderit lapis emplastrent lumbi pulegio monta. recenti vel cũ semine caulis & cortic. cappa. tritis, vel vngatur cum ceroto facto ex cera alba & olei balsami, vel cum oleo laterũ vel cũ oleo anetino vel oleo amigdal. de quocunq ipsor inuenerit, & si cõfirmatus fuerit dolor ita q dubitatur de difficili sincopi sumat ex electuarijs offuscatiuis sensuum sicut est filoniũ, aut emplastret cum cortic. mandrag. aut papaueris aut iusquiamo aut opio cum farina frumenti vel emplastretur cũ reliquis emplastris.

Clistere — ¶ Clistere ad dolorem lapidis dissoluens ventositates & sedans dolorem. ℞. muscilagĩs fenug. & alteę olei aneti & camomillę & sisamini & pinguedinis gallinę añ. ℥. i. clisterizent cum hijs tepide, Et si nõ respondet natura cũ hoc & non exierint ventositates accipiatur serapini oppopanaci & asę añ. ℥. i. dissoluatur totũ cum vino & clisterizentur cum eo.

Potus — ¶ Modus medicaminis q bibitur in hora doloris. ℞. amigd. amarar excortic. ℥. v. seminis apij ℥. i. & ʒ. & bibat id cum. ℥. i. vini cocti dulc. & si indiget fortiori hoc & est sine febre accipiat de hoc electuario. ℞. granor almaha seb. ℥. iij. croci. ℥. i. & ʒ. aristologię tres partes & teratur totum & conficiat cum melle despumato & sumat de eo. ℥. iiij. cum vino forti, hoc eñ frangit lapidem renũ.

Electua. lapi. frangẽtium — ¶ Aliud electuariũ ad frangendum lapidem renũ. ℞. sar. seminis radic. granorum sol. añ. partes equales terant & conficiantur cũ oleo iesmino & accipiat ex eo ad modum auellanę cum bono vino. ¶ Q aũt cõmouet lapidem de suo loco post administrationem rerum mollificantiũ & exitũ ab aqua calida est appositio ventosar cum igne sine scarificatõe/ & debet esse appositio earũ translatiue per omnia latera paulatim modo inferius modo superius & si alleuiat dolor & lapis expellitur bene quidem, sin aũt non administrent ea quę frangunt lapidem cũ virtute, & fortius inter alia ad frangendũ lapidem est medicina quę dicit calab dicunt synonima q est miliũ solis vt supra & est medicina quę reperitur in India, & lapis qui

dicitur agar, & est lapis iudaicus, & hagar romanum, & lapis qui inuenit in spongia marina & vitrū vstum & puluerizatū, & cinis vstionis scorpionum & sanguis hyrcoꝝ postq̄ accipit & exsiccatur & exprimit & teritur, & accipiat de eis. ʒ. iij. cū moraba ros. quę dicit glangobin & auicula, cuius color est inter colorem citrinū & cinericiū habens in alis duas pennas deauratas & subtile rostrū & in cauda albę guttę. i. alba puncta quā frequenter cōmouet & est volatus paruus, habet em̄ hæc auicula mirabilem virtutem in frangendo lapidem renū, & vesicæ quando comedit aut bibitur ex suo cinere, Et modus eius est q̄ accipiat & iuguletur & saliat & comedat aut comburat & bibatur ex sui cinere, & oportet considerare circa patientem lapidem q̄m possibile est subsistere aliam ægritudinem vt apostema vel ventositates, misceat ergo medicina sc̄d'm q̄ videbitur.

Auiculę caudę tremule mirabilis ꝓprietas

¶De cautela a passione lapidis renum. Capitulum. X.

Cautela a passione lapidis consistit in euitatione viscosoꝝ ciboꝝ vt casei sua proprietate panis azimi & alhalua. i. cibaria dulcedinis & humoris crudi & in vsu seminum mundificantiū renes sicut secaniabin de seminibus, hoc em̄ frangit lapidem cū suauitate/ & euitet diu iacere super dorso & fortem cincturę strictionem & fatigationem dorsi, & faciat vomitū post repletionem ciborū, & vtatur balneo ante aduentū doloris diebus plurimis, & subtiliet eius regimen. Hijs enim conseruatis non deueniet ad fortem dolorem quando super uenerit ægritudo.

Cautela p̄seruatiua

¶Sequitur nunc de oppilatione renum. Capitulum. XI.

Oppilatio fit ex grosso sanguine vel ex humore frigido & grosso, aut lapide aut apate, aut ventositatibus. Curatur aūt cum hijs quæ dicta sunt a nobis. Recessus aūt oppilationis fit per remotionem causæ facientis illam.

Oppilationis renū causa
Cura

¶De fluxu vrinę qui dicit derab albul & dicitur autem diabetes. Cap. XII.

Fluxus vrinę fit ex debilitate retentiuę virtutis & vigore expulsiuę. Causa vero debilitatis huius virtutis est calor transgrediens temperamentū cum humore vel sine humore. Signū est eius continua sitis & nō humectat os egri nisi apud fortem appetitū ad aquā & statim recedit donec exsiccat os suū & nō bibit de ea in multa quantitate & cū bibit eam frigidam sentit eam calidam in hora post & statim minget eam sicut est alba. f. & subtilem absq̄ vlla transmutatione. Et quādo hęc ęgritudo prolongatur extenuat & exsiccat corpus, & si nō curatur in principio ęgritudinis ducetur ad ptisim. Curatio eius est q̄ iaceat in locis frigidis roratis quibus prostrent herbæ frigidę vt sumac & virga pastoris plantago folia ros. & similia & iaceat in cubili frigido, & ingrediat omni die ter in aquam frigidam, & emplastret finis dorsi cum folio mixto cū aceto & dauchal cū aqua ros. & multiplicat dormitionem, & bibat detrociscis diabetis cū succo granatoꝝ acetosoꝝ aut cū rob de citonijs vel de mirta, & bibat iulep cū camphora & boio arme. & bibat succū folioꝝ vitis cū aceto & succo portulacę/ & bibat aquā infusionis tamarind. & sirupū alcūterę/ Et sint cibi eius fercula sumacia & hacocomina, & bibat ptisanā ordei, vel cū oleo amigd. vel ptisanā de amido cū zuccaro & oleo viol. vel oleo sisamino, & teneat in ore suo de pillulis auferentibus sitim ex hijs quę dicta sunt in ęgritudinib⁹ pectoris & alijs locis vt teneat in ore suo vna vice post aliā haustra macel almachzal & res acetosas & q̄ est fortius hoc vt emplastret renes cū medicinis frigidis stipticis sicut semperuiua solat. folijs lactucę lentibus & sandalis, & fiat clistere cū succis harum herbarum & albumine ouoꝝ & lacte vaccino acetoso, Et caueat a cibis calidis & salsis & ab his q̄ vrinā & sudorē ꝓuocant, & possibile est sequi ad hanc ægritudinem diabetem sitim & nō vstionem. Et signū eius est quia mingit vrinā spissam, & possibile est esse in ea sanguinem & recedit sanguis cum fuerint in vrina multę resolutōes, & ipossibile condempsari super ipsam ad modū spumę maris & hoc in hora crisis terminationis, & possibile est esse illud ex amplitudine transitus vrinę vnde contingit corpori macies & plurime contingit sc̄d'm paroxismos. Et cura eius est cū flebotomia ante paroxismū & administratōe aliorum quę diximus, Q̄ꝫ contingit de hac ægritudine per viam crisis nullatenus curetur nisi valde excesserit.

Diabetis causa
Signa
Cura
Dauchal

¶De macie renum. Cap. XIII.

Macies renum fit ex calore sine humore. Signū est eius dolor spinalis dorsi cū macie corporis & defectus deside rij coitus, multitudo vrinæ, eiusq̄ albedo in cuius superficie est nebula aurea. Curatio eius est cū regimine impinguante corpus & dilatatione ciborū & clisterijs pinguibus & comestione medullaꝝ cum zuccaro & cū hijs quę diximus in tractatu de impinguando macilentum melius aūt inter oīa quibus curat hec passio est infrascripti clisterij administratio qualibet die tercia. Clistere ad impinguandū renes & corpus addendū in desideriū coitus expertū, acci-

Maciei renū gnātio
Signa
Cura
Clistere ipinguatiuum

piatur gallina pinguis & iuuenis & diuidat in frustra & coquatur in olla cũ lib. ſ. aque decoctionis cicerũ & farine ſimile & ſepi renũ añ. ʒ. iij. medulle nucũ amigd. & fisticar. añ. ʒ. i. coquatur totũ bene donec caro galline ab oſſibus ſoluat & coletur de pinguedine & apponat in ea penidij. ʒ. ij. & cliſterizent cum eo qualibet die tercia. Bonum aũt in curatione maciei renũ eſt vti oleo & cliſterizari cum eo.

¶ De debilitate renum. Cap. XIIII.

Renũ debilitatis due cauſe

Debilitas renũ fit duabus de cauſis, aut ex debilitate virtutis digeſtiue quando pigreſcit mũdificare ſanguinem & cõtingit ex amplitudine tranſitus per quã mundificat vrina & hec eſt de debilitate retentiue / aut fit ex apertione venar. orificij ani. Signũ prime eſt quia vrina aſſimilat aque loture carnis recentis cũ dolore ſpinalis dorſi & defectu deſiderij coitus, & poſſibile eſt emittere ſanguinem cũ vrina in tpe ſanitatis & errauit in hoc medicus. Eſt aũt differentia inter eas qm̃ quando eſt ex virtute expulſiue per viam mundificatõis & expulſionis nature fit paroxiſmus & percipit cũ eo iuuamentũ & nõ ſentit dolorem neq; debilitatem. Qñ vero pueniit ex debilitate renũ & ecõtrario ſe habent & exterminat cũ eo corpus in pceſſu temporis. Curatio eius cũ quiete & flebotomia baſilice vene ſi apparet plenitudo partis doloris, & ſi nõ ſentit dolorem fortem flebotomet a dextra parte, & bibat q; decidit ſanguinem vt ſanguinem draco. balauſt. & kakabre & ſimilia ſicut ſcripſimus in curatione ſputi ſanguinis, & emplaſtret locus qui dicit alcatam cũ acacia ſand. ramic mixtis cũ aceto & oleo ro. & comedat alcerirere citonia azaur lentes & riſum, & caueat ab omni q; deponit vrinam & pcipue a coitu. Curatio aũt ſcdæ eſt dimittere operationem ipſi nature / qñ vero pueniit ex fluxu ſanguinis emorroydar. diximus iam curationem eius in ſuo loco.

Signa

Cura prime

alcerirere

Cura ſecũde cauſæ

¶ De effuſione ſanguinis a renibus. Capitulum. XV

Sãguis fluxus a renibus cauſa

Hæc passio raro contingit. & signũ eius indicatiuũ est saltus virgę eiusq; extensio cũ dolore acuto in vasis seminis & hęc passio interimit patientem. Signũ passionis mortalis est inflatio ventris & sudor frigidus, & possibile est hoc accidere mulieribus sed raro Curatio eius est cũ flebotomia basilicę vel saphenę & bibat aquã ordei & succũ granatoꝝ dulciũ & sirupũ viol. Et fiat euacuatio cũ hijs quę euacuant cũ suauitate sicut sunt succo leb leb & decoctione viol. & cassiæ f. & similiũ, vel fiat ei clistere lene & vngatur virga cũ rebus frigidis. s. cũ solatro & lentibus excorticatis, & vngatur cũ cerusa & aceto & aqua ros. & caueat a potu vini & a dormitione super dorso, Et si dolor continuauerit supponať sanguisugę virgæ Si vero accidit ei saltus ex ventositate frigida curetur cũ contrario eius qđ diximus, & accipiať id ex hijs que dicta sunt in suo loco.

Sig. saltꝰ / Sig. saltꝰ mortalis / Cura

¶ De effusione seminis præter voluntatem. Caplm. IX.

Effusio seminis inuoluntaria accidit aut ex debilitate retentiuę virtutis vasoꝝ seminis & hoc est absq; desiderio coitus, aut ex ægritudine facta in vasis seminis in modum spasmationis quemadmodũ accidit in epilensia & effundiť expulsiua virtus ad expellendum semẽ, & hoc fit cũ desiderio coitus, aut fit ex abundantia seminis, aut ex sui acumine, aut ex subtilitate vel ex frequẽti cogitatõe & prompta imaginatione & tractare cũ mulieribus & p̄cipue qñ hoc continuauerit, aut accidit ex amplitudine vasorũ seminis, & hoc erit ex humiditate vel frigiditate vel ex ambabus simul. Signũ eius ex debilitate contentiuę virtutis est exitus seminis albi & indigesti. Signũ eius ex ægritudine facta in vasis seminis est qa sequiť epilensia & ęgritudo q̃ dř alhamna cũ appetitu coitus. Signũ eius ex multitudine est malitia albedinis seminis & eius spissitudo quia incitatur cũ parua imaginatõe, & si reliquerit vsum coitus post ꝙ vsus eo fuerit multiplicať semen & fluit p̄ter ꝙ sentiat debilitatem ex hoc. Signũ eius ex sui

Effusiõis seis inuoluntarię / Sig. ex debilita. cõtentiuę virtutis / Sig. ex ęgritudie i vasis se. / Sig. ex multitu. / Sig. ex sui acuitate

acuitate est subtilitas seminis & citrinitas coloris & quia precessit vsus calidorum & acutorum ciborum & labor & exercitiũ. Signũ eius ex frequenti coitus imaginatione est ꝙ ex hoc sequit̃. Signũ eius ex amplitudine vasorũ continentiũ semen est quia plurime accidit hoc senibus & corporibus humidis & quia corpus debilitat̃ ex hoc. Curatio effusionis seminis ex debilitate contentiuę virtutis est cũ flebotomia si plenitudo est in corpore, & caueat a farmacia & medicinis deponentibus vrinã & regatur subtili regimine. Curatio eius ex abundantia seminis est ꝙ abstineat patiens a multitudine ciborum & euacuet semen quandocunq̃ poterit & vtatur ruta & alijs & bibat vinũ vetus subtile, & vtat̃ isto puluere. Et modus eius est. ℞. balaust. seminis lactu. portul. seminis canap. qd' dicit̃ sahaduag ãñ. ℥.iij. & ʒ. alcanas & rutę seminis plantagis ãñ. ℥.i. & ʒ. teratur totũ & misceatur & bibat ex eo. ℥.i. & ʒ. ante cibum cum aqua frigida. Alius puluis conferens ad hoc. ℞. radicũ cannarum siccarũ mentastri montani iusquiami seminis lactucę semĩs rutę seminis agni casti rosꝫ. ãñ. partes equales teratur totũ & accipiat ex eo ℥.ij. cum aqua frigida & epithimet̃ liniatur dorsum cum ceroto facto ex oleo rosꝫ. permixto & conquassato cũ aqua frigida & succo coriand. & succo portula. & lactu. & solatri, & confert ad hoc ꝙ ligent̃ laminę plumbeę super dorsum & confert prostratio herbarum frigidarum in domo & maxime pentafilon, & confert ad hoc vsus sahadag. i. canapis & glandiũ siccarum & charobarum. Curatio eius ex acuitate & subtilitate seminis est ꝙ vtatur cibis frigidis vt lactu. lentibus excorticatis & oĩbus gñibus robub frigidis sicut rob de granatis & rob de mirta & rob de agresta & rob de rubeis & rob acetositatis citri. Curatio eius ex multa imaginatione & tractatione mulierum & tactu conuersatione ipsarum est ꝙ abstineat ab hmõi. & vtat̃ ieiunijs & labore q̃m refrenabit̃ incitatio. Curatio eius ex amplitudine semĩs meatuũ est vt accidit feminibus ꝙ vtatur omni ꝙ excitat cũ subtilitate caloris, sicut comedere grana alfeced & canapis & rutam siccam ciminũ & similia & ꝙ emplastretur dorsum cum hijs que diximus.

Sig. ex frequẽti coitus imaginatione

Cura ex debilita. cõtẽtiuæ virtutis

Cura ex semi sabũdantia

Puluis

Puluis alius

Cura ex acuitate & subtilitate seminis

Cura ex multa imagina.

Cura ex amplitudĩe seminis meatuũ

¶ De effusione seminis in somno. Ca. X

Effusio seminis in somno accidit ex abundantia seminis vel ex visione speciosę mulieris in die & conseruatione ipsius in imaginatione & cũ dormierit simulat̃ ei in somno agere cum ea aut ei qui vsus est coitu & postea abstinet ex defectu mulieris quia est in partib⁹ vbi nõ reperiunt̃, vel quia est heremo longis & fidei, aut ꝓpter immunditie honestatẽ ꝓpter ꝙ expellit natura ꝙ ei graue est in hora somni, & plurime supuenit hoc apud somni ꝓfundationem super dorso. Curatio eius est ꝙ nõ iaceat supine & liniant̃ coxæ & virga cũ rebus frigidis vt portu. iusquiamo solatro lactu. coriand. humido & similibus. Et sint cibi eius portul. lactu. cucur. citrol. mell. alcara pruna celsi & lentes, & iaceat sub culcitris frigidis & liniatur virga cũ camphora opio, & prosternent̃ in terra p̃dictę herbę frigidę vt diximus. Q᷑ aũt iuuat ad hoc sui ꝓprietate & ego pluries sum expertus est ꝙ tangat cũ sinistro pede virgam ter cũ voluerit dormire & nunq̃ polluet̃ in somno.

Effusio. seis ĩ somno causæ

Cura

Supstitio

¶ De defectu coitus. Cap. XI.

Defectus coitus fit ex duabus causis principalibus. s. aut ex defectu desiderij, aut ex grauitate motus membri. Defectus vero desiderij fit aut ex debilitate corporis & cibi paucitate, aut ex corporis robore & cibi multitudine. Quãdo vero ex robore corporis & multitudine cibi fit aut ex paucitate seminis & eius priuatione, aut ex sui congelatõe vel ex membri siccitate vel frigiditate, aut ex diuturna abstinentia coitus, aut ex aliqua causa animali vt tristicia & suspirijs, & vsu castitatis vel excessu delectationis ad illam quam diligit, aut excessu odij. Paucitas vero seminis & eius priuatio fit aut ex siccitate aut ex frigiditate aut ex ambabus simul. Grauitas motus membri prouenit ex causis iam dictis in suo loco. Signũ defectus coeundi ex debilitate corporis est siccitas corporis eiusq̃ debilitas, citrinitas coloris, paucus cibus cum malitia digestionis. Signũ eius ex paucitate seminis & ex siccitate est modicus sui exitus in hora coit⁹. Signũ eius ex frigiditate est multus eius exitus in hora coitus sed cũ difficultate. Signũ ei⁹ ex siccitate & frigiditate simul est paucitas semĩs & eius exitus difficultas & paucitas carnis & sanguis. Signũ eius ex cõgelatõe semĩs & suę paucitate mordicatõis est casu desiderij veneris & exitus seminis in hora coitus spissus condempsatus & multus. Signum eius ex diuturna coitus abstinentia & ex tristicijs & ex suspirijs & timoris est ꝙ patiens refert & ꝙ ex huiusmodi manifestat̃. Signa plenitudinis & indigentię coitus sunt ꝑceptio grauitatis dorsi & coxarũ & fortem dolorem testiculorum calorem & pruritũ in locis genitalibus, & guttatio spermatis eiusq̃ multa effusio & malitia dispositionis & sequitur eum dedignatio cibi & grauitas motus & pigricia operandi, & possibile apparere aliquibus fantasias inter oculos & capitis vertiginem, & cum exercuerit coitũ & euacuatum fuerit semen coitus omnia huiusmodi accidentia recedunt.

Defectus coit⁹ dua b⁹ fit de causis

Si. ex debilitate corporis

Si. ex seis paucitate & ex siccitate

Sig. ex frigiditate

Sig. ex siccitate & frigidita.

Si. ex cõgelatione seminis

Sig. ex lõga coitus abstinentia

Sig. plenitudinis & indigestĩ. coitus

Sig. iuuamenti coitus

¶ De signis iuuamenti coitus. Cap. XII

Signa iuuamenti coitus cum est oportunus sunt ꝙ existat quis sanus in suis membris principalibus. s. cerebro corde & epate & complexio testiculoꝝ suoꝝ calida & humida, & confert ei in cuius corpe & testiculis congregata est quantitas flegmatis nõ in excessu & qđ sit virtus taliũ flegmaticoꝝ fortis & ei in cuius corpe oritur vapor fumosus medicaminis & ex iuuamentis ipsius est ꝙ frangit erectionem & sedat alpatata & iram, & confert ei in ꝗ abundat colera nigra & melancolia que est ꝑmixtio rationis & fatuitatis & restituit intellectum & dissoluit vehementiã delectionis diligentis & confert pollutioni somni nocturne/ & alleuiat superfluitates corpis & parat corpus ad vegetationem & confert morsui canis rabidi.

¶ De nocumento coitus. Cap. XIII.

Quibus coitus nocet

Nocet coitus debili corpi & membris principalibus & in cuius complexione testiculoꝝ abundat frigiditas & siccitas ei qui continuo vsus est vino & qui vsus est labore & difficilibus artibus & qui passus est ægritudines in tpe sui augmenti, & cui accidit post coitũ molestia & perterritus, aut rigor vel casus virtutis, aut si fuerat ex conualescentibus ab ægritudine vel febricitantibus, & cui accidit post ipsum odor fœtidus in suo corpore & patiente tumorem ventris cũ sonitu, & qui debilis est neruis naturaliter vel accidentaliter & exercere ipsũ post longã vigiliã, aut post flebotomiã vel balneũ, vel post excessum euacuationis.

¶ Sequitur de rebus coadiuuantibus coitum. Cap. XIIII

Res coitũ ꝓmouens

Res coadiuuantes coitũ sunt cibus & potus cũ æqualitate & frequens cogitatio in ipso, & aspectus mulieris dilecte & maxime nude excluso corde a tristicijs & suspirijs, & ꝓuocatio ad leticias & cantica & narratio parabolaꝝ & fabulaꝝ, & risus & tactus mulieris & suctio eius lingue & morsus eius manus & tactus sexus ipsius.

¶ De horis eligendis ad coitũ. Cap. XV

Tempus coitꝰ magis electũ

Tempora eligenda & bona ad coitũ sunt ꝙ nõ fiat in hora multe plenitudinis nõ multe inanitionis, & ꝙ non sit valde calidus, nec valde frigidus, nec hũidus nec siccus, Et si errauerit in opere coitus erit eius error minor cũ fuerit calidus ꝙ̃ frigidus, & repletus minor ꝙ̃ euacuatus, & humidus minor ꝙ̃ siccus, & exercere ipsum ante somnũ minus errabit ꝙ̃ post somnũ, Tempus vero veris est optimũ tẽporũ ad exercendũ ipsum & maxime cupientibus generare filios, Hyems vero contrario modo se habet. Et interrogatus quidam sapiens de tempore coitus dixit qñ cupis debilitare suũ corpus tunc est tempus vtile.

Sapiẽtis dictum

Dispõ coitus hõesta

Dispositio bona in ipso exercitio coitus & que vsitata est apud oẽs homines est agere cũ muliere iacente sup dorso & extensis cruribus, reliquę vero dispositiones sunt male.

Cibi simplices cõferentes

Cibi simplices conferentes coitui sũt omnis cibus calidus & humidus cũ ęqualitate vt cicera & lac recentes carnes paruoꝝ animaliũ vitella ouoꝝ paruoꝝ cocta in aqua media coctione testiculi galloꝝ & passerũ & earum cerebra, vuę, ficus, nuces, amigdalę, grana pini lupini fabę rapę pastinacę & sparagi.

Cibi cõpositi

Ex cibis autem compositis sunt ferculũ qđ dicit̃ alhabays i. pulmentũ de frumento cũ lacte & fercula carnium cocta in aqua quę dicitur aspida bagit & fercula columbaꝝ gallinaꝝ pinguiũ & vinum bonũ limphatũ & similia.

Medicĩę simplices

Medicinę simplices iuuantes coitũ sunt alascancor & pręcipue eius vmbelicus secacul radix herbę quę nominat̃ testiculi vulpis semen sparagi & anisi zinzi. cella alueral. i. cepaꝝ dactili semen alratha semen pastinacę hortulanę albanam alhazafir semen vrticę & albrudi gubã heben galanga arsenũ radix lilij albi radix calotia. i. radix herbę quę comedit̃ vltra mare frixa vel elixata calida grana alcachnag. i. solatri maioris & similia.

Medicĩę cõpositæ

Medicinę vero cõpositę sunt moraba de sacacul & moraba nucũ, ac electuariũ de aniso & electuariũ de medullis fructuũ & alię siles cõpositões scriptę in suo loco.

Cura defectus coitus ex debilitate corpis

Curatio defectus coitus ex debilitate corporis est confortare corpus cũ vsu ciboꝝ & electuarioꝝ ꝑdictoꝝ & abundare illis vsu vini odoriferi & somno & quiescere a coitu & a labore corporali & animali quousqꝫ redeat corpus ad suũ statũ sanitatis, deinde exerceat se leticia & cantis & labore tempato administret̃ hoc clistere.

Clistere

Clistere addens in coitũ & calefaciens corpus, accipiatur caput vnius arietis aniculi & eius testiculi & de radice suę caudę cicerum & frumenti contusoꝝ añ. pugillum. i. pastinacarum recentiũ in suo tempore rapaꝝ añ. frustra. v. ad modũ digitoꝝ, congregentur omnia in olla noua & apponatur ibi multum de aqua vt omnia sint bene cooperta & collocetur olla in medio furni & cooperta bene donec bene coquantur, postea vero educat̃ & coletur de pinguedine eius. ʒ. i. & de iure lib. ʒ. olei nuc. ʒ. ʒ, misceat̃ totũ bene & clisterizent̃ cum eo in hora dormitõis & dormiat sup ipsum & hoc faciat vna septimana in vno mense in eius principio medio & in fine, & caueat ab omni qđ laborem infert & alleuietur a potu aquę frigidę & bibat vinum & multiplicet somnũ quoniam est mirabile & vtatur bono pane mundo cum infrascripto ferculo. Modus ferculi nutriens cor

Ferculum in coitu addens

pus & addens in coitu & impinguans, accipiantur pulli cornicũ nutriti cũ ciceribus & fabis & lubia & faseolis, & incidant & abluant & ponantur in olla cum ciceribus contusis & cepis incisis & pinguedine triũ pullorũ cornicum coquatur in aqua, postea aromatizent cũ sale zinzib. darsen pipere & aniso, & si diligit dulce ponatur in olla parum zuccari & effundat brodium sup micas panis de simila cũ modico salis est enim optimũ, & accipiat omni die de electuario medulle fructuum. Modus electuarij medullarũ fructuũ addẽtis in coitu. ℞. amigd. excorticata℞ dul. auellana℞ nucũ fructus pini grano℞ alczelem granũ alcacal. i. lapidis pregnantis humiditatis intus granũ ꝙ sonat & granorum alcazin añ. partem. i. zinzi. piperis longi nermosſech. i. folium añ. quartã partem penidij quantũ sufficiat ad congregandũ omnia, & accipiat ex eo omni die mane & sero ad modum ciceris. Modus trocisc. breuis ad addendũ in coitu, accipiatur ex ciceribus quantũuis in aqua quousqꝫ tumescat. deinde fricent in patella cũ butyro vaccino suauiter vt nõ uratur, deinde terantur & cribellent & accipiatur de farina ipsorũ. 3. i. fructus pini mundi. 3. ij. conficiant totũ cum melle despumato, postea coquat donec inspissent, & proiciatur in eo dum est calidum de mastic. & darsen tritis & permisceatur bene, & fiant troc. & accipiat ex illis ante cibum ab vna. 3. vsqꝫ ad. v. iuuat enim vltime.

Electuarium medullarum fructuum

Trocisci

Cura ex defectu & paucitate seis

Curatio eius ex defectu & paucitate seminis qñ fuerit hoc cum corporis robore & siccitate vasorũ seminis est ingredi balneũ & submergi in aqua tepida & abundare cibis humidis & oleribus & generibus lactis & vino multo limphato & vsu piscium recentiũ assato℞ cũ cepe crudo & gallinis & pullis columbinis pinguibus & comestione dactilo℞ in lacte infuso℞ & potu vini dulcis & vitellis ouorũ cocto℞ media coctione vsu cibario℞ pinguium descripto℞ & similiũ.

Cura ex frigidita.

Curatio defectus coitus ex frigiditate est ꝙ accipiat moraba de zinzibere & de pipere longo & electuariorum de aniso & similia quę dicta sunt in suo loco.

Cura ex frigidita. & siccitate simul

Curatio eius ex frigiditate & siccitate simul est totum id ꝙ diximus in cibis grossis calidis & inflatiuis vt olera carnes pingues cum cepis & fercula quę dicunt albarnis i. pulmentũ de frumento & cerebra comesta cũ zinzibere & pipere & ex proprietate cerebra passerum & electuariorum de seminibus & secacul & pastinacas cicera & fabas & similia.

Cura ex tranquillitate

Curatio eius ex tranquillitate seminis eiusqꝫ congelatione est cum omni quę calefaciunt semen. s. cum electuarijs & clisterijs & vnctionibus & epithimatibus.

Cura ex lõgo tempore

Curatio eius ex longo tempore coitus abstinentię est redire ad eum paulatim & accipere id ꝙ confert ei & ex hijs quę diximus.

Cura ex tristicijs aialib9

Curatio eius ex tristicijs animalibus est qđ excludat hoc ab anima cum leticia & cantis & hijs quę confortant cor. s. fumigijs aromatibus in odore & potu.

Cura ex odore mulieris

Curatio eius ex odore mulieris est qđ permutetur ad aliam.

Cura accidentiũ ab extra venientiũ

Curatio vero per accidentiũ ab extra venientiũ accipiatur ex suo loco in cirurgia.

❡ TRACTATVS. XXIII. DE TESticulorum ægritudinibus, continet Capitula Sedecim.

❡ De ęgritudinum testiculorum enumeratione. Cap. I.

De ægritudinibus testiculo℞ quę sunt xv. s. mutatio complexionis, apata, vlcera, emorroydę, scissura, corrosio, inflatio, grauitas motus, spasmatio, eminentia alterius testiculo℞, pruritus & ægritudo quæ nominatur aledia & eius species & quę ab extra eueniunt vt solutio continuitatis.

❡ De malicia complexionis. Cap. II

Malę cõplexionis causa

Malicia complexionis fit cum humore & sine humore vt diximus in plurib9 locis hoc libro,

Cura

Et curatio eius est vincere contrariũ cum suo contrario. s. calidũ cum frigido, & frigidum cũ calido, & hũmidũ cum sicco, & siccũ cum humido, & sic de reliquis.

❡ De apostemate testiculo℞. Cap. III.

Apatũ testiculo℞ modus

Apostemata fiunt in pelle testiculo℞ extra aut in substantia testiculo℞ intus, & omnia erunt aut sanguinea, aut colerica, aut flegmatica, aut apostemata dura & nigra, aut apostemata ex percussione aut cõtusione.

Sig. apatis sanguinis

Signũ apostematis sanguinis est rubedo apatis & fortis eius pulsatio.

Sig. apa. colerici

Signũ calidi apatis colerici est citrinitas coloris eius fortis dolor febris & sitis.

Sig. duri apatis

Signũ duri apostematis est grossities & durities fuscus color priuatio doloris & qui in longo generaĩ.

Sig. apa. intra testiculo℞ substantiã.

Signũ apostematis inter testiculo℞ substantiã est quia sensu videtur cũ sanitate cutis exterioris.

Cura apatis sanguinei

Curatio apatis sanguinei est cũ flebotomia venę cauillę pedis quę dicitur safena aut venę basilicę vel cũ appositione ventosa℞ super dorsum deinde vero vngat in principio apatis cum eo ꝙ diuertat humorẽ & confortet membrũ. s. ꝙ accipiatur bolũ armenum & alcefal vel tutia vel acapria vel sandalum rubeũ, de quocũqꝫ ipsorũ inuenerit & terantur & distemperent cum succo solatri vel semperuiuę vel cũ aqua rof. vel accipiat folia vsag. i. rubi cõis & comburant & distemperentur cinis eorũ cum oleo & supponaĩ loco apatis, & si nõ diuertit apa per hoc cureĩ cum eo

ꝙ exsiccat videlicet qđ supponat ei farina ordei dissipata cũ aqua & melle, & emplastrent cũ dia quilon donec maturet apa, & cũ maturũ fuerit apa & cõgregata in eo putredo curet cũ vngento alnacli dissoluto cũ oleo ros. Curatio apatis colerici est ꝙ euacuet colera ru. cũ infusione mirabol. & sifibus & epithimet cum eo ꝙ diuertit humorem in principio sicut diximus. Et si confirmatus est dolor & incitatũ est apa emplastretur cũ farina ordei & vitello oui assati & oleo ros. & modico succo endiuię vel succo solatri vel succo coriandri humidi vel succo iusqa. & tunc quiescit dolor, aut emplastret cũ farina fabarũ excorticatarũ cocta cũ aqua & oleo ro. Modus epithimatis conferentis omni apati calido in quacũq; parte corpis fuerit. ℞. radicis altee recentis & folior̃ husaq humidor̃ & coquatur aliquantulũ, postea pistent in mortario donec fiat ad modũ vngenti, postea accipiat psiliũ & infundat in aqua donec fiat viscosum, deiñ misceat totũ cum albumine oui & modico olei ros. & cũ eo vngant apa, & si congregata fuerit putredo in apate curet cũ hijs quę diximus. Curatio apatis ex flegmate est cũ euacuatõe flegmatis, postea accipiant passulę sine nucleis & ciminum, & terant in aqua & supponat apati, & accipiatur stercus caprinũ & terat & cribellet & fiat ex eo ad modũ farinatę super ignem & supponat apati, vel accipiat farina lupinor̃ & conficiatur cũ oleo ros. & emplastret. Vngentũ ad apa virgę ex grossis humoribus. ℞. fenug. farinę fabar̃ farinę cicerũ camomillę añ. ʒ. vi. olibani myrrhę rubeę cimini crameni añ. ʒ. i. terantur & cribellent & conficiant cũ sepo renũ caprarũ & cera & oleo de kerua, vel distempent cum vitellis ouorũ & medulla crurium bouis & sirag & vngat cũ eo virga qm̃ est mirabile. Curatio duror̃ apatum colerę ni. est cũ euacuatione co. ni. in principio & cauere ab omni qđ generat colerã ni. postea supponat apati hoc vngentũ. ℞. cęrę citrinę. ʒ. vi. sepi renũ caprarũ pinguedinis gallinę & anseris & farinę fenugr. & seminis lini radicis altee tritę añ. ʒ. i. &. ʒ. cõficiatur totũ cũ oleo sirag & emplastret apa, vel emplastret cũ vngento & sifibus. Hee qdẽ medicinę opantur in his apatibus in loco & tpe.

Cura colerici · *Epithima* · *Cura ex flegmate* · *Vnguẽtũ* · *Cura durorũ apatum* · *Vnguẽtũ*

¶ De vlceribus. Cap. IIII.

Vlcera fiunt etiã aut ex hũoribus calidis & siccis, aut ex humoribus frigidis vt diximus in vlceribus virgę. Signũ vlcerũ calidor̃ & siccor̃ ẽ eorũ siccitas & paucitas putredinis. Signũ frigidor̃ & humidor̃ est econtrario eius qđ diximus. Curatio vlcerũ siccor̃ est ꝙ supponat ei cerotũ factũ de oleo ros. & si hoc nõ sufficit supponat hijs vngentũ sericon vel vngentũ egiptiacũ quousq; mundificetur corruptio, postea curetur cum vngento nigro quousq; sanetur.

Vlcerum testi. causę · *Si frig. et hũidor̃* · *Cura siccorum*

¶ De emorroydibus. Cap. V.

Emorroydę sunt ꝓfundę pustulę, & possibile est eas penetrare de vna parte ad alteram ad se inuicem. Et curatio ipsar̃ est cũ lanijs intinctis medicamine egiptiaco corrosiuo quousq; recedat corruptio, postea vero teretur cũ vngento alnacli. Puluis conferens malis vlceribus & emorroidibus factis in testiculis & carne addita. ℞. squamarũ æris plumbi vsti sarcocollę añ. ʒ. i. spumę maris. ʒ. iij. terant & cribellentur & permisceant & aspergant de eo super pustulis quoniam exsiccat emorroydas.

Emorroydæ Cura · *Puluis*

¶ De pruritu sequitur. Cap. VI.

Pruritus fit aut ex humore flegmatico salso, aut ex humore colerico. Signũ flegmatis est corrosio cũ albedine testiculor̃ & squamę albę super eis & debilitas caloris. Signum colere rub. est fortis calor & corrosio cũ incendio. Curatio primi est ꝙ accipiat cerusæ ʒ. viij. sulphuris citrini baurac & salis añ. ʒ. i. terantur & cribellent & conficiant paulatim cũ succo apij & forti aceto, & liniatur cũ ea virga & testiculi & vbicunq; fuerit corrosio, & fiat hoc in balneo post sudationem. Alij quoq; admiscent in ipso olei ros. ʒ. v. & est vltimi iuuamenti. Curatio eius ex colera ru. est ꝙ liniat cũ hoc linimento. Linimentũ conferens corrosioni testiculor̃ ex colera ru. & maxime qñ fuerit in ea sanguis acutus & est vltime bonũ. ℞. medullę cruriũ bouis. ʒ. ʒ. olei ros. ʒ. i. cerusę. ʒ. vi. cęrę albę acacię lotę seminis ros. añ. ʒ. ij. fiat ex hijs vngentũ & vngatur cũ eo. Q; si pruritus augmentat in testiculis & nõ iuuant in eo medicinę nõ oportet multũ fatigare in ipso qm̃ egritudo ꝑuenit vt fiat in loco illo baras vel corruptio, & tunc oportet ꝙ mundificet corpus, postea cauterizetur locus pruritus.

Testiculor̃ pruritus causa. si flegmatis · *Si co. ru.* · *Cura flegmatis* · *Cura coleræ ru.* · *linimẽtũ*

¶ De scissura. Cap. VII.

Causa faciens scissurã & prurítũ eadem est vngentũ vltimi iuuamenti scissurę & prurítui. ℞. mastic. estarir. v. medullæ cruriũ bouis cæræ albę olei ros. añ. ʒ. xviij. pinguedinis anatis. ʒ. xij. terat mastix & misceat cũ oleo ros. & fiat vngentũ & vngat cũ eo, vel accipiatur guma pini & misceat cũ oleo ro. & vitello oui assati & cum hijs quę dicemus de medicina cum adiutorio dei.

Vnguẽtũ vltimũ in scissura et pruritu

¶ De tumore testiculor̃. Cap. VIII

Tumor testiculor̃ fit aut ex ydropisi, aut ex crepatura absq; passione epatis, sed accidit ei tumor tantũ: fit aũt aut ex ventositatibus calidis & subtilibus, aut ex ventositа-

Tumoris testiculorum causa

Si.ex subtili vapore Si.fumi frigidi et grossi

tibus frigidis & grossis. Signũ tumoris ex subtili vapore est qa sentit loco subtilem calorem & qñ premitur digito intrat faciliter & postea cito redit. Signũ fumi frigidi & grossi est quia nõ sentit in loco calorem & qñ premit̃ digitus nõ de facili ingredit̃ nec cito redit & locus est albus.

Cura ex subtili fumo Cura ex fumo grosso

Curatio tumoris ex subtili fumo est ꝙ vngatur locus cũ aloe & memitha, terant̃ & conficiant̃ cum aceto & recedet inflatio, vel supponat̃ ei farina fabarũ cũ milchateg.i.rapa. Curatio eius ex fumo grosso est ꝙ accipiat̃ prassiũ humidũ & teratur & frigant̃ cũ sepo aut pinguedine, & superponat̃ tumori, vel accipiant̃ passule sine nucleis ciminũ fabe excorticate & cocte añ.partem.i.teratur totũ cũ oleo ros. & emplastret̃ cũ eo locus inflationis, & si hoc non sufficit ad remouendũ eam sumat patiens ex cõpositione pillularũ bdellij, aut accipiat ex electuarijs calidis dissolutiuis ventositatũ sicut est electuarium de aniso & electuarium de cimino & electuarium de sechaznaya.

¶De grauitate motus testiculorũ. Ca. IX.

grauitatis mot⁹ testiculorũ cã Cura

GRauitas motus testiculorũ fit ex humiditate distempata madefaciente cordas cõtinentes ipsos. Curatio eius est ꝙ coquant̃ galle mista & capita granatorũ cum vino & supponat̃ loco, & administret̃ hic puluis Puluis ad grauedinem motus testiculorũ. ℞. radicis lilij ceruse acacie succi taratit corticũ fructus pini olibani añ. ℥. iiij. gallarũ. xli. nũero terantur omnia bene & aspergant̃ sup testiculos postq̃ abluti fuerint cum vino veteri.

¶De spasmo testiculorũ. Cap. X.

Spasmi testiculorũ modus Cura

SPasmus testiculorũ fit aut ex malicia complexionis frigide, aut ex malicia complexionis calide & sicce, aut ex apate generato in ipsis, aut ex opatione manus. Et curatio eius est ꝙ vngatur cũ oleis mundificatiuis & oleo sisamino vel viol. & pinguedine galline & oleo de kyri & similibus & supponat eis cerotũ factũ de sirag, postq̃ abluitur cũ aqua ca. in qua cocta sint fenug. mellilotũ viole & altea, & tunc redibunt testiculi ad suum statum.

¶De supeminentia alterius testiculi. Ca. XI

Supeminentie alterius testiculi cã Cura

SVpereminentia alterius testiculi accidit ex cõgelatione naturaliũ spiritualiũ & ipsorũ defectu ab opatione manuali. Et curatio eius est ꝙ ingrediatur patiens balneũ sex diebus continuis, deinde intromittat̃ virge arundo subtilis & concaua de argento & insuffletur fortit̃ cum ore donec infletur vesica & per hoc descendet testiculus tunc.

¶TRACTATVS. XXIIII. DE CREpatura, duo comprehendens capitula.

¶De crepatura. Capitulum. I.

crepatura sex de causis fit

CRepatura est repletio vesice & noĩatur caledra vl' aluala & fit sex de causis ex aq̃ & vẽtositatibus & intestinis & sepo qd cooperit ventrem ex carne & ex inflatõe venarũ cruriũ, qñ prouenit ex aqua & ventositatibus & intestinis & sepo fit ex humiditatibus q̃ madefaciunt & imprimunt meatus euntes ad intestina, & hoc plurime accidit pueris ꝑpter eorũ humiditatem & nimiũ fletũ, aut ex incisione panniculi extensi super ventrem & descendentis ad intestina, & accidit hoc ex multis causis, aut ex graui pondere eleuato & maxime sup plenitudinem, aut ex forti tussi, aut ex fortib⁹ vociferationibus, vel ex coitu super saturitate, aut ex saltu vel percussione.

Si. crepature aq̃se

Signũ crepature aquose est grauitas testiculorũ & fortis inflatio cum paucitate vrine & ingrossatur valde, & qñ accipit̃ spina vel acus & impingitur inflatio donec occultatur intus & extrahatur cũ suauitate & tũc incipiet aqua exire, & si nõ exibit aqua sed sanguis signũ est ꝙ ægritudo non est causa aque.

Sig. ex ventositatib⁹ Sig. ex intestinis ex sepo Sig. ex carne

Signũ eius ex ventositatibus est eorũ leuitas, & qñ vis eos conuertere de facili conuertunt̃ cũ sonitu. Signũ eius ex intestinis ex sepo est quia qñ ꝑmitur cũ manu & vis eos conuertere ad suũ locũ cum difficultate conuertunt̃ absq̃ sonitu nisi forte fuerint ventositates in intestinis. Signũ eius ex carne est quia sensu percipit̃ & qñ pungitur cum acu cum difficultate subintrat & egreditur tantum sanguis niger.

¶De curatõe specierũ crepature. Ca. II.

Curatiõis crepature modus

EGo nunq̃ vidi inter medicinas quas opatus⁹ & expertus sum, nec in hijs que scripserunt & narrauerũt nobiles & exaltati & acuti viri in arte medicine aliquem suffecisse in curatione hmõi egritudinis, postq̃ peruenit ad suũ statũ nisi cũ ferro & opatione manuali, vt determinauimus in suo loco & hoc periculo maximo, Sed cum fuerit crepatura modica & in corporibus que sunt in tpe vegetationis vt puerorũ curant̃ cum hijs que post hec dicem⁹ Qñ aũt hæc ægritudo constiterit in viris & perfectum in annis studiũ curationis & sollicitudinis ipsorum sit in longo tpe, iaceat patiens & conuertat̃ sepum aut intestinũ ad suũ locum si possibile est, deinde ligentur bene & sapienter & ꝓhibeatur ab omni motu forti & excessu & ꝓprie eius motu coitus & forti tussi & vociferationibus & plenitudine cibi & potus & maxime ab his q̃ restringũt ventrem & a cibis grossis & inflatiuis & gñibus leguminis & hũidis fructibus & nullo modo post saturatõem cibi moueatur, postea vero continuet iacere sup dorsũ

Et quando oportet eum surgere nō surgat subito, sed postq̄ posuerit manū suā super lectū & ipsum apud interius representet, & vtatur cibis lenientibus ventrem & speciebus dissoluentibus ventositates & electuarijs calidis vt electuario de seminibus & electuario de piperibus & sechaznaya & athanasia, & confectione de lacta & sirupo radicū & tyriaca alfaroc & similibus, & compositionibus pillularū de serapino & pillularū de bdellio & similibus. Curatio vero crepature quādo fuerit recens in puero paruo est q̄ abluatur locus cum aqua maris vel cū aqua salsa, vel accipiant̄ cortices granatorū aut galle & coquatur in aqua aut in vino pontico & omni tempore abluatur cū eo locus & ligetur locus crepature post conuersionem q̄ descendit de intestinis vel de panniculo pingui qui dicitur alcarab cū plumbo concauo, sapienter facto cum bono ligamine qd' notum est apud plures homines, & ponatur super ligaturam pix liquefacta & extensa super pannū vel colla de corijs vel colla de alsemech liquefactum & extensum super panno & loco superponatur, & nō soluatur ligatura nisi semel post. x. dies & sic. x in. x. dies & postea reducatur emplastrū si declinauerit ab eo, & sit puer patiens iacens super lecto. xxx. aut. xl. diebus & p̄seruetur ab omnibus que diximus a labore. s. plenitudine & reliquis motibus, & cū hoc regimine possibile est curari, & si hoc nō sufficit impossibile est curari sine cauterio & operatione manus vt dicturi sumus in suo loco. Emplastrū ad crepaturam factam ex ventositatibus aut ex descensu intestinorum ad testiculos. ℞. mastic. olibani colla corij sarcocolle an̄. partem. i. terantur medicine p̄ter colla corij que infundant̄ in vino quousq̄ dissoluatur & conficiant̄ medicine trite cū illo vino bene & emplastretur locus superponatur emplastro totum, & quando exsiccatum fuerit emplastrū ligetur cum ligatura que diximus vel cum plumbo.

Cura crepature ventris in puero paruo

Emplast.

¶ TRACTATVS. XXV. DE MATRICIS morbis, in duas diuiditur sectiones. quarum prima in se continet. xix. capitula.

¶ De egritudinum matricis enumeratione. Capitulum. I.

De egritudinibus matricū mulierū que sunt. xlvi. s. malicia complexionis, calidum apostema, duricies matricis, apa durū, & apostema qd' dicitur alsartan. i. cancer exitus matricis extra, declinatio eius, inuersio eius, tumor, vlcera que dicunt̄ aldubayla, corrosio, emorroyde scissura, apa qd' dicit̄ alcabal effusio humorū, odor fœtidus, grauitas mot⁹ passio molaris, oppilatio, priuatio, conceptus, sterilitas, abortio embrionis interius embrionis in vtero, accn̄tia cōtingentia p̄gnantib⁹ sincopis signa p̄gnatōis, signa masculorū, signa fœminarum, difficultas partus regimen circa tp̄s pariendi, retentio exitus secundine, suffocatio matricis, effusio seminis, desiderium coitus, retentio menstruorū, cautela ab errore medici in producendo menstrua, excessus fluxus sanguinis, alracha qd' est oppilatio vulue, venter qui est additio carnis in vulua ita q̄ in aliquibus crescit valde. Et quidam antiqui dixerūt q̄ hm̄oi carnem intantū est possibile crescere ita q̄ aliqui spermatizant cum ea vt mares & agunt cū alijs mulieribus, & passio que dicitur alcab, & est etiam caro addita in vulua, & passio que dicit̄ alcanthi, & generatio embrionis mortui, et cōceptus super conceptū & vlcus superueniens in tempore partus.

¶ Sequitur de malicia complexionis. Capitulum. II.

Malicia complexionis fit cum humore vel sine humore, & si malicia complexionis est modica stude rectificare cōplexionem cum eius contrario sicut dictum est & excedit ita q̄ causatur ex ea priuatio conceptus vel alie ægritudines.

Mala cōplexio Cura

¶ De apostemate matricis. Cap. III.

Calidū apostema generat̄ in matrice pluribus ex causis, aut ex retentione menstruorū, aut ex abundantia seminis, aut ex forti frigore vel inflatione, aut ex aborsione embrionis, aut ex frequenti coitu, aut ex difficultate partus, aut ex intromissione nascalis vel aliarū medicinarū quibus vsa fuerit mulier, aut ex medicatione abstersiuis, aut ex p̄cussione matricis, aut ex humoribus effusis a corpore. Signum calidi apostematis vniuersaliter sūt febris acuta sicut febris ap̄atis cerebri que dicitur birsen dolor capitis & musculi oculi, grauitates oculorū grauitas, grauitas motus brachiorū & digitorū, corruptio stomachi, inuersio oris matricis, & pulsus est paruus & frequens, & si fuerit ap̄a calidū remissum nō erit fortis dolor matricis, sed si fuerit magnū erit dolor fortis. Et si senserit mulier dolorem per totū corpus matricis significat̄ cum ap̄a & occupat ipsam, & q̄n sentit dolorem in aliqua parte ipsius significat̄ q̄ apostema est in illa parte doloris. Signū apostematis existentis in posterioribus matricis est p̄ceptio doloris in dorso & retentio nature ex hoc q̄ accidit strictura intestinorū. Signū apostematis in anteriori parte matricis est p̄ceptio doloris in fine ventris & in pectine & guttatio vrine aut eius retentio ex eo q̄ aduenit strictu-

Calidi ap̄atis matricis cā

Sig. cali. ap̄atis

Si. ap̄atis i posteriori parte

Si. i anteriori p̄te

ra vesice. Et si fuerit apa in lateribus matricis at
trahūtur loca que sunt inter eas & ventrem &
sentitur grauitas in cruribus. Signū apatis in fi-
Sig. i fine matricis
ne matricis est quia sentit dolorem in vmbilico,
& possibile est sentiri apa cum tactu manus. Si
gnum apatis circa os matricis est quia dolor sen
Sig. circa os matricis
titur circa anū, & qn̄ immittitur digitus in ma-
tricem sentitur grossities & duricies apatis. Cu
Cura calidi apatis
ratio calidi apatis est in principio cū flebotomia
vene basilice partis doloris aut safene pedis, Et
Pessariū
iam scripserunt sapientes ꝙ ista flebotomia ma
gis confert in hac passione, & detur ei aqua or-
dei & succū solatri vel cathanag. i. solatri maio-
ris cocti & purificati lib. 5. in qua dissoluatur
medulla cassief. aut decoctione iuiubarū, & epi
thimetur matrix cū oleo qđ diuertit humores
s. cum portulaca solatro & semperuiua & simi
libus, & post diem. v. emplastretur cū farina or
dei & semine lini & fenugr. cū aqua & melle in
qua coquatur papauer & modicū olei cōmunis
& oportet mulierem in quolibet tpe curationis
sedere in aqua decoctionis fenug. & seminis li-
ni, Et si calor est fortis fiat liciniū ex pinguedine
galline cū albumine oui & oleo ros. & liniatur
locus doloris cū vngento diaquilon cū duplo
sui olei ros. preterea misceatur cum eis succus
plantaginis & endiuie; Et si dolor fuerit fortis
accipiatur de opio sicut granū lentis, & dissol-
uatur cū lacte mulieris & aqua decoctionis fe-
nugr. vel muscilagine seminis citonior, & fiat
ex hijs nascale qđ est suppositoriū cum lana pes
sarium. i. clistere bonū. Ad apa calidū in matrice
& vesica ex quo resultat calor & fortis dolor.
℞. muscilaginis seminis psilij succi virge pasto
ris & succi plantaginis & citruli & portul. &
semperuiue. Si omnes inueniunt aut aliqui ipo
rum & albu. ouor non assator añ. ʒ. i. aque
ordei. ʒ. ij. sief albi in quo ponunt opium. ʒ. ij.
misceatur totū & accipiatur ex eo. ʒ. iij. & fiat
clistere in matrice & instillet de eo in vesica qn̄
est in ea calidum apa vel fortis calor, & qn̄ fu-
erit maturum apa curetur cū suppositorijs al-
nadl quousq perficiatur eius sanatio.

¶ De duricie matricis. Cap. IIII.

Duriciei matricis causæ

Duricies matricis fit ad effusionem hu
moris ad matricem, aut ꝑpter partū,
aut ꝑpter apostema calidū iam sanatū
& remanente ibi cicatrice, vel ex ꝑcussione, vel
ex causa ignota, & plurime fit duricies circa lo-
cum qui est prope collum matricis, sed est mi-
nor duricies ꝙ ea que fit in passione cancri &
Signa
cum remissiori dolore ꝙ illius. Et signū eius est
declinatio matricis ad vnam partem scđm quan
titatem duriciei, & est durū in tactu cum graui-
tate & malicia motus cruriū & grauitate totius
corporis & pigricia operandi, & si non curatur
cū eo ꝙ oportet deueniet ad ydropisim. Cura-
Cura
tio eius in principio est cū flebotomia & laxati-
uo tempato, caueat tamen a forti laxatiuo, po-
stea vero administrent emplastra lenitiua qđ est
vt accipiat de vngento diaquilon. ʒ. i. & tantun
dem de oleo de lilio vel sirag nouo & admini-
stretur, vel accipiat de pinguedine galline vel a-
natis vel de medulla cruriū arietis vel bouis &
bdellio lini & croco & vitellū oui assati & ha-
car albesar oleū de lilio, & misceat totū cum vi-
no, & sedeat patiens in aqua decoctōis fenugr.
seminis lini camomille mellilo. & cimarū cau-
lium coniunctim vel per se, vel accipiantur folia
altee & terantur cū pinguedine anseris & gumi
al. amigd. auell. & apostemati superponat.

¶ De duro apate matricis. Cap. V.

Apatis duri i matrice modus

Hoc apa possibile est fieri in ore matri
cis, & possibile est fieri in ipsa matrice,
& est apa durum sicut lapis, & qn̄ est
in matrice appellauerūt aliqui antiqui illud mo
lam matricis, aliqui vero dicunt ꝙ est caro sine
forma que generatur in panniculo matricis, &
nascit ad modū embrionis, & ego quidem nō
vidi hoc sed audiui illud. Signū duri apatis est
Sig. duri apatis
quia mulier extenuat & confrangit corpus eius
& malus color & casus appetitus cibi, retentio
sanguīs menstrui, inflatio mamillar ita ꝙ esti-
matur esse pregnans aut pati ydropisim. Et dif
Differentia inflatio matricis ex apate ab hydropi.
ferentia quidem inter inflaturā huius apatis &
inflaturā ydropisis est qm̄ cum percutit venter
eius cū manu non resultat inde sonus sicut so-
nus inflature ydropisis timpanitis, & hec egri
tudo nō suscipit curatōem in perpetuū, & pos-
sibile est aliquas ipsarū habere fluxū menstruo-
rum. Et curatio eius est ꝙ iaceat mulier in do-
Cura
mo valde tenebrosa & nō moueat & teneat pe
des eleuatos in lecto & continuet ociū & quie-
tem vt non fluant humores & augmentet apa
sicut diximus, ab humiditatibus ꝓo ventris cu
retur sicut curatur passio ydropisis.

¶ De cancro matricis. Cap. VI.

Cācer matricis duobus fit modis

Apostema qđ dicitur cancer fit ex ma-
trice duobus modis, aut cū vlcere aut
sine vlcere. Signū eius est quia illud ꝙ
Sig. cācri circa os matricis
est circa os matricis est durū & nō lene & eius
color ab extra est sicut color fecis vini declinans
ad rubedinem, & possibile est declinare ad nigre
dinem, & sequitur cū hoc fortis dolor in ypo-
condrijs & sine dolore ventris & pectinis & spi
nalis dorsi, & potest ipsa mulier ipsum tangere
cum manu & applicare medicamen. Signū vlce
Si. vlceris
ris est effusio putredinis nigre & foetide, & pos
sibile est defluere ab eo aliquid aquosum albū
vel nigrum, & possibile est defluere ex eo sana

guinem, & vniuersaliter sunt eius signa sicut signa calidi apatis. Curatio eius antequam induretur est sicut curatio duri apatis tantum, sed si inueteratur nunquam suscipit curationem. Curatur autem sicut curatio passionis molaris cum infusione dactilorum coctorum in vino & vitell' ouorum & farina ordei torrefacti & papauere & opio cum coriandro humido & virga pastoris & endiuia & hoc superponatur ei in principio, postea vero liniatur cum cera & oleo ro. & oleo de mirta cum dactilis coctis in vino. Antiqui vero concordauerunt conferre iuuamentum sua proprietate apati cancroso feces residentes in fundo caldariorum balnei. Si accipiantur & assentur & terentur & conficiantur cum oleo ros. donec efficiatur ad modum vngenti & emplastretur locus cum eo. Et confert etiam apostemati cancroso matricis quod fricetur lamina plumbi in mortario plumbeo cum succo portulace vel lactuce vel cum succo psilij donec nigrescat succus & misceatur cum eo oleum ros. & vngatur cum eo quoniam est magni iuuamenti, & confert etiam hoc scissure matricis.

Cura non inueterati

Medicamen proprietate conferens

¶ De exitu matricis. Cap. VII.

EXitus matricis & eius translatio accidit ex multis causis, aut enim ex casu mulieris de loco alto propter quod scinduntur pelliculę / aut ex percussione facta matrici / aut ex abundantia humorum / aut ex frequenti sessione in locis frigidis / aut submersione in aquam frigidam / aut ex extractione / aut ex strictura partus embrionis mortui / aut ex forti tristicia & passionibus animę / aut ex abstinentia cibi ex quo debilitatur corpus & etiam matrix. Et accidit hęc passio mulieribus nuptis quę recesserunt a iuuentute & cedunt ad diminutionem. Signum exitus matricis est enim tactus & perceptio eius cum manu & est mollis in medio & dolor est fortis cum febre. Curatio eius est cum clistere ad educendum stercus & vrinam, postea vero precipiatur mulieri quod iaceat super dorsum, & sit locus lecti apud nates supereminens, & coniungat genua & separet crura, postmodum vero accipiatur suppositorium de coto ad modum oris matricis & cooperiatur cum peca panni lini subtilis & infundatur in succo alcort vel taratit mixto cum vino pontico, & intromittatur nascale in matricem & impellatur matrix intus & quantumcunque descendit & exit & reuertatur intus cum suauitate & non cum violentia quousque reintret totum illud quod extra erat & aperiatur ab extra os matricis cum spongia maris infusa in aceto & aqua & iaceat mulier super eius dorsum coniunctis cruribus adinuicem, deinde superponantur ventosę cum igne prope vmbilicum & lateribus panniculi ventris, & odoret bona aromata & dimittatur lana in matrice vsque ad tercium diem, postea vero sedeat in vino nigro pontico tepido aliquantulum, vel in aqua decoctionis mirte corticum granatorum squinanti ciperi & similium rerum stipticarum / & emplastretur de foris in fine ventris cum emplastro facto ex lupinis & dactilis & farina ordei assati & lentibus & corticibus granatorum cum secaniabin vsque ad tercium diem, & curatur cum hoc vsque ad perfectionem sanationis, si vero hęc non sufficiunt oportet auferri cum manuali operatione.

Matricis exitus pter causae

Si. exitus matricis

Cura

¶ De inuersione matricis. Cap. VIII

INuersio matricis fit aut ex vlcere preceden ti aut ex calido apostemate lapideo. Et curatio eius est quod sedeat mulier in aqua decoctionis fenugr. altee melliloti & camomillę vel in aqua & oleo mixtis & bene conquassatis & intromittantur in matricem suppositoria multa, & si ęgritudo antiquatur oportet fumigari cum aromatibus desubter, & intromittatur matrici lana inuoluta in ysopo humida & nitro & gumi pini.

Matricis inuersionis causa

Cura

¶ De declinatione matricis. Cap. IX.

POssibile est quando que declinare matricem a dextris vel a sinistris & superius vel inferius, & quando declinat matrix ad aliquam istarum partium non potest ingredi semen ad profundum matricis & prohibetur conceptus. Signum declinationis est quia cum intromittitur digitus intus in matricem inuenitur matrix in parte ad quam declinauit & non inuenitur recta. Et curatio eius est quod sedeat mulier in aqua medicinarum mollificatiuarum / vel intromittatur matrici vngentum de pinguedinibus, & postea intromittatur digitus in matricem & conuertat eam ad proprium locum aut superponantur ventosę contra partem declinationis vt attrahatur matrix & reducatur ad locum suum, postea vero sedeat mulier in vino decoctionis medicinarum stipticarum.

Declinationis matricis modus

Sig. declinationis

Cura

¶ De inflatione matricis. Cap. X

INflatio matricis accidit multis ex causis, aut ex frigiditate, aut ex casu, aut ex difficultate partus, aut ex oppilatione oris matricis, aut ex sanguine coagulato oppilante os matricis, & possibile est esse inflationem in collo matricis, & possibile est eam esse prope locum mollem corpis matricis, & possibile est eam esse in ore matricis. Signum inflationis est quia apparet apostema in pectine vel in fine ventris cum ventositate egrediente ex ore matricis, & dolor proueniens ad panniculum diuidens inter pectus & ventrem, & proueniens ad orifi

Inflationis matricis causę

Signum

cium stomachi, & locum qui nominatur arbiti & est iunctura que est inter coxam & ventrem, & possibile est transferri ventositatem de loco ad locum, & si percutiat locus cũ manu resultabit sonus vt timpani. Curatio eius est cum fleboto- mia primo & vngatur matrix cũ oleo rute & sedeat in aqua decoctõis rute mentastri cassie lignee macis cimini apij & camomille & suspen- datur ventosa cũ igne super pectine, & si totũ hoc nõ sufficit laxetur mulier cũ yera magna, & intingat obstetrix digitũ suũ in oleis calidis & intromittat eum matrici & mundificat san- guinem coagulatũ qui est ibi administretur hoc suppositoriũ. Modus suppositorij matricis in- flationi conferentis. R. ficuũ siccarum .3.i. & .5. ci- mini .3.iij. baurac .3.i. fiat ex hijs nascale & in- fundatur in lacte calido & matrici intromittatur.

Cura

Suppositorium.

¶ De vlceribus matricis. Cap. XI.

Vlcera generantur in matrice pluribus ex causis, aut cũ effusione calidi humo- ris vel exitura que aperitur, vel ex apo- stemate quod dicitur dubayla, vel potu medicinae acute, vel ex abortu embrionis, aut ex embrio- ne mortuo in vtero & putrefacto, & fit hmõi vlcus aut in ore matricis aut in collo eius. Signũ vlceris est effusio humoris, dolor & pulsatio in matrice cum forti mordicatione, & quando est vlcus in ore matricis possibile est manifesta- re ad oculũ post apertionem matricis cum in- strumento toto quod aperit os matricis, & quando vlcus est in fundo matricis tunc signũ eius est quia fluunt ex eo humores nisi fuerit vlcus putridum cum corrosione, & erit color humoris niger, signat calidũ apostema si fuerit modici caloris. Curatio putridi vlceris cũ cali- do apostemate est cũ administratione medici- narum quas diximus in calido apate, & si vlcus est sordidũ oportet mundificare cũ aqua ordei & mellis aut cum vngento basilicon & sirupo mell. Et si volueris magis mundificare ipsum accipiatur prassiũ cũ farina orobi cum melle & intromittatur matrici & emplastretur cum eis de fo- ris. Vngentũ conferens sua proprietate accipiatur de bono croco & teratur cũ lacte mulieris, po- stea misceatur cũ cera & oleo ros. & pinguedi- ne anseris, & intingatur cũ eo lana & matrici in- tromittatur. Et si cũ hoc fuerit corrosio & vstio & foris dolor effundatur in matricem succum plantaginis & solatri & succũ endiuie. In princi- pio vero egritudinis administrentur ea sola, in fine vero misceatur cũ eis vinũ ponticũ aut ace- tum. Et si corrosio est in fine apatis effundatur in matricem aqua decoctõis corticũ granatorum cũ carne sua ros. foliorum alcilac malorum citoniorum squinanti cimarũ alhuseg & sumac coniunctim

Vlcera matricis pluribus ex causis generantur

Sig. vlceris

Cura vlceris putridi cũ calido apate

aut per se, & fiat suppositoriũ ex alumine iam. acac. taratit ex licio vel ex storace liquida intin- cta oleo comuni, & ingrediatur balneũ & sup- ponatur ab extra vngentũ ad regenerandũ car- nem & consolidandum vlcus in fine ventris & pectine. Curatio vero vlceris cũ putredine que sunt a causa embrionis mortui in vtero mu- lieris nõ curatur nisi cum extractione ipsius, & hoc cum operatione manuali.

Cura vlceris ex embrione mortuo

¶ De apostemate. Capitulum. XII.

Aldubayla est apostema in quo est liquor acutus comedens quod est in eius circuitu. Et eius species sunt tres, quia quedam sunt que transmutant, alie vero in parte trans- mutantur & in parte nõ. Signũ dubayle est fe- bris inflãmatio rigor & molestia donec matu- retur, postea vero recedunt accidentia. Curatio eius est cũ eo quod maturet sicut cũ fenugr. semine lini ficubus & similibus donec aperiatur, postea vero curetur cum curatione vlcerum.

aldubayla tres sũt species

Signum

Cura

¶ De corrosione matricis. Cap. XIII.

Corrosio est vlcus sordidũ comedens quod in circuitu eius est & fluit ex eo humor putridus & liquor acutus subtilis foeti- dus, & nõ cessat sic esse quousque remollit os & corrũpit illud. Curatio eius est cũ hijs que dixi- mus in vlcere putrido & que diximus in suo loco

corrosiõis matricis descriptio

Cura

¶ De emorroydibus. Cap. XIIII.

Emorroyde que dicuntur albasir est infla- tio venarum / & possibile est non inflari, & quando inflantur fluit ex eis sanguis mul- tus, quando vero nõ inflantur stillantur vuis ni- gris. Signum emorroydarum matricis est fluxus sanguinis ex eis citrinitas coloris faciei & corru- ptio stomachi. Emorroydarum vero alie sunt fa- ciles, alie vero difficiles & male, alie vero sunt multarum venarum. Signũ emorroydarum malarum est exitus sanguinis ad modũ fecis vini cũ forti dolore, quasi stimuletur acu. Signũ emorroydarum nõ malarum est quia sunt paucarum venarum & san- guis qui fluit ex eis declinat ad rubedinem sine dolore. Signũ earum que sunt in orificio ma- tricis est quod iubeatur obstetricem aperire matricem quoniã nõ latebit eam emorroyde / si vero ma- nifestatur scias eam esse in profundo matricis. Differẽtia vero inter sanguinem emorroydarum & sanguinem menstruũ est quia sanguis men- struus continuat in se & non desinit quousque mundificetur mulier. Sanguis vero emorroy- darũ quandoque fluit & quandoque desinit, pro- pterea ex fluxu sanguinis menstrui nõ maceratur corpus mulieris nec ei color corrumpitur. Ex flu- xu vero emorroydarum maceratur corpus mu- lieris & corrumpitur color eius & fluit sanguis cum forti dolore. Sciendum tamen est quod hmõi

Emoroydarũ albasir modus

Signum

Sig. emoroydarũ malarũ

Sig. non malarum

Sig. que sũt i orificio matricis

Differentia sanguis emoroidarum & sanguinis mẽstrui

Cura

Cura

strumentis spiritus est cũ attractione illius sanguinis per oppilationem ventosarũ super cruribus desuper calcaribus, vel cum flebotomia saphenę, deinde laxare naturam cum medicinis predictis. Curatio eius ex frigiditate & sanguinis spissitudine est cum medicinis subtilibus & nutriatur cum aqua cicerum nigrorum atq; alborum cum aneto cimino & oleo cõmuni & cibis similibus in suo loco descriptis, & abstineat a cibis stipticis & acetosis frigidis & grossis, & vtatur medicinis sanguinem menstruum deponentibus imprimis facilibus, postea mediocribus, & vltimo fortibus si necesse fuerit. Medicinę simplices faciles sunt aqua decoctionis faseolorum & cicerum nigrorum & alborum fenugræci, decoctio feniculi scariolę apij cauliũ anisi aneti mellilotí camomillę sparagi & eius radic. & similia vel simpliciter vel composite. Mediocres vero medicinę sunt mentastrum fluuiale ciminum sticad'. ameos hase. id est. saturegia cuscute flores squinanti spica absinthiũ petrosilium lilium amaragon armel casa darsen & armon. leuistic. Alij dicunt q; est semen arundinis que dicitur ferulam tasam darsen amonium leuisticum. Fortes vero medicinę sunt rubea iuniperi mentastrũ siluestre mascatamasir hartanicha luf elleborum nigrum castor. opopanacum serapinũ myrrha mastix gentiana colloquintida condisum carphe balsam. xilobalsa. & opobals. pœonia & gahada & similia simpliciter vel composite. Compositę vero medicinę sunt sicut electuarium quod dicitur aba alla, id est, donum dei, tyriaca alfaroc compositio sechaznaya & similia, electuarium lacte, electuarium cucumerꝝ, electuarium reubarbarꝝ yera logodi. theodoricõ tyriaca quatuor specierum & similes compositiones & electuaria in suo loco descripta. Hora vero magis laudabilis in potu huiusmodi medicinarũ est in exitu a balneo. Medicamen ad prouocandum sanguinem menstrui detur in potu mulieri. ʒ. ß. castore. omni die cum. ʒ. ij. succi mentastri fluuialis vel bibat ʒ. ij. corticum cassię lignee cum aqua decoctionis rubeę, vel fiat ex eo nascale cum lana, vel accipiatur nigella mentastri æqualiter & terantur & cribellentur & conficiantur cum bono vino odorifero, & fiat ex eis nascale, vel accipiatur castor. & musc. añ. iiij. grana ordei & terantur & misceantur cum oleo de ben bono & administretur in lana & fiat nascale, est enim optimũ Et vtatur in horis interpollationis medicinarũ emplastris in matrice & vmbilico cum aqua decoctionis camomillę aneti mellilotí maioranæ rutę corticũ cassię lignee anisi mentastri & radicum lilij coniunctim vel separatim, & præcipiatur ei exercere motum temperatum / & intrare balneum & fricari in eo cum oleis calidis & subtiliare cibum sicut diximus, Et ex hijs quę deponunt menstruũ est suctio ventosarum super vmbilico absq; scarificatõe. Curatio eius ex causa siccitatis est quod diximus qđ impinguetur corpus, & intromittatur olea ca. in matricem & pinguedines auium & gallinarum & anserum & similium. Curatio eius a causa humiditatis & a multa pinguedine vel carne mulieris est cum hijs quę diminuunt grossitiem corporis sicut est & continuus & subtiles cibi & calida clisteria & emplastra & nascalia & omne q; extenuat corpus ex hijs quę diximus in suo loco. Curatio eius causa oppilationis oris matricis ex apostemate vel humore indigesto vel vlceribus est cum hijs quę p̃diximus & quę dicta sunt in cirurgia. Curatio eius ex causa lactis mulieris est cum appositione ventosarum in cruribus & cum his quę deponunt menstruũ cum facilitate. Curatio eius causa tristicię & timoris subito superuenientium mulieri est cum hijs quę auferunt tristiciam & timorem cũ suis contrarijs scilicet cum gaudio & gratulatione, postea vero administretur quod simile est huic medicamini. Modus trociscorũ de myrrha deponentium menstrua cum potentia. ℞. myrrhę rubeę. ʒ. iij. lupinorum. ʒ. v. foliorũ rutę cicerum mentastri siluestris pulegij regalis rubeę asæ serapini opopanaci añ. ʒ. ij. misceantur & bibat ex eis vnum cum aqua decoctionis iuniperi. Est enim medicina ad deponendum menstruum ita q; abortire facit embrionem sua potentia quãdo eam assiduauerit & suspendit sub cruribus, aut flebotomet saphena pedis & supponantur ventosę pectini sine scarificatione, & si non exierit sanguis tunc accipiatur de semine caulium & de semine nasturcij añ. ʒ. ij. & terantur & conficiantur cum kitram, & fiat inde nascale & infundatur in succo mentastri vel cidaminis, vel accipiantur scamoneę colloquintid. hazaz hasau sisimb. partes ęquales terantur & conficiantur cum kitran & fiat nascale, & non decet administrari has medicinas quas vltimo scripsimus, nisi post defectũ administrationis & iuuamenti curationis, & oportet cauere ab eis mulierem debilem corpe naturaliter aut accidentaliter & ægrotantem visceribus aut aliam ægritudinem patientem, & tunc nõ deuiabit.

Marginalia (left column): Cura ex frigidita. — Medicinę simplices faciles — Medicinę mediocr. — Fortes medicinę — Cõpositę medicinę — Medica. mẽstrui prouocatiuũ.

Marginalia (right column): Cura ex siccitate — Cura ex hũiditate et a m[u]lta piguedie — Cura ex oppilatione matri. — Cura ex lacte mulieris — Cura ex tristicia & timore — Trocisci de mirra

¶ Sequitur nunc de venientibus prope aduentum menstrui
Capitulum. XVI

Accñtia circa vel ante men struorum eruptionē cōtigētia

SVperueniunt mulieribus prope aduentū menstruorꝫ suorum per duos dies vel tres dies dolores in vmbilico, pigricia & grauitas corporis, & quibusdam accidit dolor fortis sicut dolor parturientis donec fluxerit sanguis menstrui naturaliter aut accidentaliter, hoc autem ex grossitudine sanguinis, Si fuerit niger, aut flegmaticus viscosus, aut ex duro apostemate facto in huiusmodi meatibus, & cum intendit sanguis exire non inuenit transitum & impellit eum potentia virtutis expulsiuę suo modo naturali & distrahuntur venę fortiter, & sequitur ex hoc fortis dolor quousqꝫ sanetur, vel moueatur sanguis & euacuentur ex eo venę & tunc quiescit dolor, & sanatur huiusmodi accidens quando est recens, Qꝫ autem inueteratum est ex apostemate non curatur. Cura predictorum accidentium est quod ingrediatur ante illud per dies tres mulier balneū omni die, & exerceat temperatum laborem & subtiliet cibum suum, & accipiat ante aduentum menstrui tribus vel quatuor diebus electuariū lactę maius vel tyriacam alfaroc cum decoctione radicum aut cum ista decoctione. Decoctio subtilians humores & aperiens oppilationem & deponens menstruum, frangens lapidem & ampliat meatus. ℞. aneti camomillę squinanti maioranę cassię lignęę costi spicę darsen melliloti añ. ʒ. xi. nigellę seminis apij feniculi añ. ʒ. v ciperi cardamomi abrotani hasse coloquintidę añ. ʒ. iiij. & .s. caulium porri bletę rutę mentastri añ. M. i. contundantur & infundantur omnia in olla plena aqua & coquantur & colentur, & accipiat mulier de illa aqua colata omni die. ℥. iij. per se vel cum. ʒ. iij. dialacte, vel accipiat de ea. ʒ. iiij. & .s. & dissoluat de yera pigra ʒ. ij. & electuarij theodoricon. ʒ. i. quoniam deponit sanguinem menstrualem cum celeritate, & aufert dolores vel congrega omnes prædictas medicinas, & bulliant in vase quod dicitur tunica & submittatur vas vestimentis dum feruet vt ascendat vapor & intret matricem. Cura tio vero doloris ex apostemate est cum appositione emplastrorum mollientiū super dorsum & vmbilicum & fiat clistere cum pinguedinibus & oleis humidis frequenter, & sumat medicinas molles cum oleo amigdalarum dulciū, vel cum oleo sisamino, Et si curatur cum hoc mulier possibile est esse dolores facilioris curationis.

Cura pdictorū accidētium

Decoctio

Cura doloris ex apāte

¶ De cautela medici quod non decipiatur a mulieribus in ꝓuocatione menstrui ne destruatur conceptus.

Capitulum. XVII

Cautela viēda in negando ipgnationem.

COntingit pluries accedere ad medicum aliquos malignos & sceleratos quibus nulla ratio neqꝫ lex inest & cum habeat aliquis eorum ancillam grauidam fornicatione timens de precio ancillę ne minuatur querit cōsilium a medicis quomodo valeat procurare menstruū vt per hoc faciat eam abortire. Et tūc sagax medicus inquirens famā & vitam illius quia adulter & lasciuæ est vitę & quia intendit necare embrionem & vendere ancillam cauebit sibi super hoc ne corruat in peccatum, aut quęcūqꝫ alia mulier adulterio lapsa & grauida sub simulatione menstruorꝫ suorū depositionis petit a medico consilium conceptus vteri destruendi vnde tui interest cauere huiusmodi ne corruas in peccatum in hoc sæculo & futuro, ipse enim non timet te in hoc scelus præcipitare & preserua os tuum vt non festines pandere tuum consilium talibus quousqꝫ inquiras causas accidentiū pregnationis cum hijs quę diximus quousqꝫ perficiatur terminus motionis embrionis quod est quatuor mensium, deinde percunctare hoc cum discreta obstetrice & docta vt si verificatum fuerit penes te decessisse menstruū preter causam pregnationis tunc attende in sui curatione cum securitate.

¶ De fluxu menstrui indebito.

Capitulum. XVIII

Supfluitatis menstrui causæ

EXcessus fluxus menstrui causa est intrinseca & extrinseca. Intrinseca est ex apertione orificij venarum & earum scissione, aut ex corporis plenitudine sanguinis multitudine in venis, aut ex sanguinis acuitate vel salsedine mordicante & debilitante venas ita qꝫ ipm non retinet, aut ex partus difficultate, aut ex aborsu embrionis, aut ex emorroydibus vel vlcere vel corrosione. Causa vero extrinseca est post antiquum vlcus, aut ex casu vel percussione, aut ex potu rei venenosę. Signum eius ex apertione venarum est exitus sanguinis puri absqꝫ dolore. Signum eius ex plenitudine corporis & sanguinis multitudine est corpus & perceptio iuuamenti in sui exitu & quia non offenditur ex eo nisi quando excesserit. Signum eius ex acuitate sanguinis eiusqꝫ salsedine est quod patet hoc per colorem sanguinis, & quia non potuit matrix retinere ipsum propter sui acumen. Signum eius ex emorroydibus existentibus in matrice est quia exit sanguis non in paroxismis menstrualibus & absqꝫ corporis plenitudine. Signum eius ex vlcere est quia exit cum sanguine subtilis putredo. Signum eius ex corrosione est quia exit sanguis niger cum forti

Sig. ex venarū apertione

Si. ex plenitudine sanguinis

Sig. ex sanguinis acuitate

Sig. ex emorroydibus in matrice

Sig. ex vlcere

Si. ex corrosione — *Si. ex difficultate partus* — *Si. hūoris superabūdantis*

dolore. Signum eius ex partus difficultate vel embrionis aborsu vel potu rei mortiferæ est ꝙ accidit ex hoc & mulier manifestat. Signa humorum superabundantium sanguinis sunt cum exit sanguis reperiuntur in eo humores abundantes siue flegma siue colera rubea siue colera nigra, & verificatio huius rei est ꝙ iubeatur mulier accipere peciam panni lini subtilis mundam & candidam, & intromittat eam in vuluam interius ita ꝙ cooperiatur os matricis & retineat sanguinem & dimittatur ibi nocte vna mane vero accipiatur pecia illa & ad vmbram exsiccetur, postea vero consideret super ea quoniam si eius color declinat ad aquositatem ad colorem putredinis scias hoc esse ex flegmate, Si vero pecia est rubea, signum plenitudinis corporis ex sanguine, Si vero tendit ad citrinitatem scias illud esse per coleram rubeam, Si vero ad nigredinem vel viriditatem fit hoc ex colera nigra.

Accñtia sup fluxum sequentia

Accidentia quoqꝫ sequentia mulieres ex excessu fluxu sanguinis sūt pulsus cordis, grauitas corporis, defectus desiderij cibi, dolor dorsi & capitis, citrinitas faciei, inflatio pedum & malarum rerum appetitus, debilis digestio cibi in stomacho, & quando diu permansit acquirit corruptionem complexionis epatis ita vt perueniat ad ydropisim & alias malas egritudines.

Cura ex orificiorꝫ venarum aptione

Curatio eius ex apertione orificiorum venarum fit cum medicinis stipticis vt gallæ acacię terra sigillata bolo armeno alumine iameno & similibus per se aut coniunctim.

Cura ex sanguis supabūdātia

Curatio eius ex superabundantia sanguinis in venis est qđ consideretur vtrū sit sanguis mixtus cū aliquo humore vel nō, nam si fuerit mixtus sanguis cum aliquo humore & sanguis videtur rubeus & purus flebotometur mulier de vena basilica vel de vena asiles superius, Si vero sanguis fuerit mixtus cū colera rubea laxetur mulier cum aliqua decoctionū quę laxant coleram rubeam, Si vero miscetur sanguis cum flegmate aut colera nigra euacuetur cum hijs quę conueniunt eis exstirpare de corpore, Si vero abundant cum sanguine humores aquosi non solum oportet eos euacuare & exstirpare a corpore sed eos etiam calefacere vt non dissoluat corpus eius iam est & transiuit modū æqualitatis & declinat ad frigiditatem, & si post hoc permanserit fluxus sanguinis oportet ligari extremitates mulieris forti ligatione & maxime sub ascellis, postea vero bibat ea quę constringunt sanguinem cum potentia vt est iste puluis qui dicitur fusus.

Puluis sanguinis cōstrictiuus

Puluis ad constringendum sanguinem cum virtute. ℞. sedenegi, id est, lap. ematicis melabatrum sanguinis draconis kakabre coralli aluminis iameni balaustię boli armeni terrę sigillatę seminis portulacę partes ęquales teratur totum & cribelletur & accipiat ex eo mulier. ʒ. ij. cum aqua decoctionis sumac vel cum aqua in qua infusum est cohel contusum vel cum succo plantaginis, & administretur nascale cum cineribus persicis humidę vstę mixtis cum aceto & aqua & melle simili modo fit cū arbore pini.

Nascale constrictiuum

Aliud nascale ad constringendū sanguinem. ℞. gallarum imperforatarum aluminis iameni acacię & farinę thuris æquales partes terantur & cribellentur & conficiantur cum succo mirtę humidę & vuluę intromittatur.

Aliud nascale

Aliud nascale. ℞. baurach aluminis gallarum & olibani ęqualiter terantur & cribellentur & conficiantur & intromittatur.

Cura ex acuitate sanguinis

Curatio eius ex acuitate sanguinis est ꝙ sedeat & extinguatur eius acumen cum hijs quę infrigidant & constringunt vt emplastratione rob de mirta vel rob de citonijs vel de agresta & similibus Et sit cibus eius portulaca & lactucę & fit ex eis salitis vt proiciatur eis parum de aceto & succus coriandri humidi & coriandrū siccum & sumac. Vel cibetur cum ferculis de portulaca & tria & riso & albechay, & comedat ex fructibus granata dulcia & acetosa alias quę dicitur muxa & poma mura & azarur & alualac citonia pira & similia quę sedant sanguīs acumen Et si non cessauerit fluxus sanguinis post illud regimen administrentur predictę fortes medicinę ad constringendum ipsum, & superponantur ventosæ mammillis & tunc decidetur fluxus.

Cura ex ptu & aborsu

Curatio eius ex partu & aborsu embrionis est cum rebus stipticis aromaticis vt castor. gallia succo mirtę filonio & similibus, & si cum his non deciditur administrentur quę diximus.

Cura ex emoroydibus

Curatio eius ex causa emorroydarum est cum hijs quę prediximus in curatione emorroydarum ani.

Cura ex vlcere & corrosiōe

Curatio eius ex vlcere vel corrosione est cum vngento de cerusa & vngento de litargiro, fiant ex eis licinia cum oleo rosato & curetur curatione vlcerum, & si fuerit plenitudo in corpore flebotometur mulier in superioribus corporis.

Cura ex casu vel pcussione

Curatio eius ex percussione vel casu est cum hijs quę conferunt membro & sanant vulnus.

Cura ex potu rei venenosę

Curatio eius ex potu rei venenosę est ꝙ considere proprietas illius rei venenosę, & curetur cum suo contrario, & assidue bibat mulier de bolo armeno vel bolo romano, & si cum hoc non sanatur administretur reliqua medicina quę predicta est.

Nascale forte

Modus nascalis fortis ad decidendū sanguinem. ℞. myrrhę acacię lauda. limaturę ferri boli ar. succi barbę yrcinę añ. i. croci camph. opij añ. ʒ. ϶. teranť &

misceant̄ cū succo acetositatis citri, & fiat ex eis nascale, & si nō fuerit sanguis decisus cum hijs que diximus, administrent̄ eis emplastra de foris, & fiat clistere in matrice cū succo arnoglosse sola quantitate. vi. 3. & misceatur cū oleo aliqd stiptico℞ vt gallarū vitrioli balaustię corticum granatorū & similiū. Et nos quidem scripsimus de hmōi medicinis resistentibus fluxū sanguinis menstrui in pluribus locis.

¶ De passione alrasta. i. oppilatio sexus. Capitulum. XIX

oppilatio sex⁹ mulieris duobus fit modis

Oppilatio sexus mulieris contingit duobus modis. s. naturaliter & accidentaliter. Naturalis est qn̄ nascitur mulier sexu imperforata, accidentalis est qn̄ accidit precedenti vulnere vel apate, & fit hmōi oppilatio aut in ꝓfundo vulue, aut in superioribus eius, aut in locis que sunt inter hec, & fit aut per cōiunctōem aut per ligationem, & qn̄ fit per ligationē aut erit caro aut pellicule, & impedit hec passio coitū, & possibile est etiam retinere menstruū. Et signū huius est perceptio ad oculū & obstetricis, vel cū tactu digiti vel cū instrumento qd̓ dicitur alnul. Et curatio eius est ꝙ inuoluantur licinia panni linei in vngento mirte vel vngento sericon & pluribus diebus vulue intromittatur. Et si hmōi medicina corroserit pellicu lam vel carnem, intromittat̄ postea arundo plūbi perforata vsq̧ plures dies non auferatur, & agat vir cum ea post apertionem sexus & non claudatur sexus. Et si hec curatio nō sufficit requirit manus operationem quemadmodū scripsimus in suo loco. Albetan est additio carnis in loco sexus mulierū ita ꝙ in quibusdā intantum crescit vt cū ea coeunt & spermatizant ad modum mariū. Et curatio eius est qd̓ incidatur sicut scripsimus in cirurgia.

Signum Cura

Carnis additio Cura

¶ De alcab. Cap. XX.

Alcab cura

Alcab est etiam caro addita in vuluis mulierum, cuius curatio est quod incidatur vt determinatū est in suo loco.

¶ De aldanti. Capitulum. XXI.

Aldante mod⁹ & cura

Hæc passio fit in maribus & mulieribus in mulieribus fit vno mō, in maribus vero tribus modis, quia super locum sexus in pectine exeunt tria corpora quorum vnum est ad modum virgæ, reliqua vero vt testiculi. Et curatio ipsorum est cum incisione vt dicitur in suo loco.

¶ Sequitur nunc de fœtu mortuo, Capitulum. XXII.

Sig. fœt⁹ mortui Cura

Signū huius est priuatio motus eius in vtero tribus diebus. Curatio eius est administrare mulieri medicinas & nascalia que de ponunt menstruū cum virtute. s. ꝙ bibat mulier de succo abhael & succo centauree vł de succo mentastri fluuialis, vel bibat aquā decoctionis rubee, vel intromittatur vulue lana intincta oleo balsami hueg. i. accor. vel oleo sisimbrij vł oleo de ben, vel bibat hueg cum aqua tepida, vel accipiatur succus colloquintid. longe & humide in quantitate duodecim granorum ordei & cōmisceatur felli bouis & inuoluatur cum ea lana & matrici intromittatur, hoc enim educit secundinam & embrionem mortuū, & si cū hoc non exierit incidatur & educatur quemadmodum determinauimus in cirurgia.

¶ Sequitur nunc de conceptu super conceptum. Ca. XXIII.

Cautela cōceptus super conceptum

Oportet mulieres habentes viros & patientes menstruū in tempore pregnationis cauere a viris suis ne iterū concipiat quia primū conceptū necat secundus, & possibile est etiā scd̓m mori. Et curatio ipsarū est si moriuntur est vt educant̄ sicut diximus.

¶ De vulnere accidente ex corruptione virginitatis. Capłm. XXIIII.

vulnerū ex ṽginitatis corruptione modus & cura

Vulnus quod contingit ex corruptōe virginitatis quandoq̧ est paruū quādoq̧ contingit adherere ano. Et curatio eius in sui principio qd̓ laxetur, si vero inueteratum fuerit nō suscipit curationem & precipue quādo vulnus adheret ano. Et curatio eius est ꝙ accipiatur sanguis draconis scd̓m vulnus & conficiatur cum sanguine illius rei que suspensa est sub cauda bouis aut in collo eiusdem & ponatur in vulnere recens, & permittatur ibi die & nocte & consolidabitur vulnus, & est expertum, vel accipiatur de vngento alnacli. 3. v. & inuoluatur cum. 3. ϛ. sanguinis draconis & 3. i. olibani & superponatur vulneri & non auferatur ab eo die nocteq̧, Si vero vulnus fuerit magnum & amplū curetur curatione vulnerum cum colla que dicitur algede & pulueribus qui dicuntur ad aldoradac, & cum eadem medicina curatur vulnus qd̓ contingit ex partu Et nos quidem plura scripsimus in tractatu de decoratione mulierum.

¶ SEQVITVR TRACTATVS. XXVI de regimine puerorū & eorum languoribus, qui diuiditur in. xxx. cap.

¶ De enumeratione regiminis puero℞ & eorum languoribus. Cap. I.

Regimen pueri cum exit ex vtero tempus decens lactationis & cibationis ipsius. ¶ Electio nutricis examinatio lactis causæ paucitatis lactis quando superabundat, magnitudo capitis pueri,

inflatio eius, sternutatio, vigilie, epilensia, mater puerorum, humiditates fluentes ab auribus ipsorũ, & putredo & passiones oculorum ipsorũ dolor supueniens apud ortũ dentiũ, pustule cõtingentes in ore, vomitus, fluxus ventris, retentio nature, & passio que dicitur almagez, tussis, pruritus, pustule, animalia & vermes, exitus vmbilici, descensus intestini ad testiculos, lapis, grauitas motus qui dicit alastarcha & ipsorum corruptio & doctrina.

¶ De regimine pueri cũ exit de vtero. Ca. II

Regimen pueri cũ exit ex vtero est q̃ trũcetur vmbilicus per quatuor digitos de [?]o & ligetur fortiter cũ filo lane torto & ponatur desuper pecia panni in oleo cõmuni Alij quorum truncant & cauterizant locũ incisionis cũ igne & nõ indigetur ligatura, postea vero saliatur totũ corpus pueri cũ sale temperato modo p̃ter os & nasum vt dissoluat eius sordities postea abluatur cũ aqua tepida & mundificent eius nares & os & constringant eius aures cum suauitate, & aperiat orificiũ ani cũ minimo digito, & instilletur oculis parũ de oleo & intromittatur palato aliquid mellis, deinde vero fascietur & constringat cũ pannis tenuibus & mollibus, & preseruet a frigore, & cũ ceciderit eius vmbilicus post tres dies vel quatuor aspergatur desuper cinis alnedach. i. limatiarum vstarũ vel cinis vngule vituli vsti vel de calce testarum ouorum vstarum vsq̃ ad calcinationem. Et oportet obstetricem aptare & confirmare membro pueri vt coniungat coniungenda & dilatet dilatanda & extendere membra & trahere ipsa ad omnes partes & adequare & dirigere capita membrorũ & nasum, Et si sc̃dm modũ debitũ extenderit & assiduet ei fricatõem & inducat ad somnũ in mansione tpe caliditatis in qua nõ sit odor fœtidus, nec forte lumen cãdele aut alius magnus splendor, Post hec vero accipiat a nutrice & lactetur ab ea, & non est matre tribus diebus, & nõ intromittat aque calide nisi ante lactationem, & non statim post exitũ ab aqua lactetur ne forte incurrat alcama. i. humorem indigestũ, & administret ei de lacte in quantitate qua nõ attrahat venter & anhelitus qm̃ si sumpserit ex lacte vltra sue digestionis tolerantiam generabunt in suo ventre multe ventositates & sequitur grauitas & pigricia subuersio flatus & vomitus. Et qñ hmõi accidentia superuenerint ei p̃hibeatur a lactatione quousq̃ alleuiet stomachus, & addatur in sui dormitione & minus solito lactetur, & postmodũ redeat in sui consuetudinem, & lactetur bis aut ter in die & nõ pluries nisi digeratur in stomacho, & calefiat puer in aqua tpata & calore & dulciter in dormo temperati caloris & obscura, postea vero vngatur cũ oleis humidis, deinde lactetur super cubili recto & equali cuius capitali sit aliquantulum eleuato, & qñ cottidie fleuerit ducatur & moueatur cum suauitate. Locus aũt laudabilis ad ducendũ & mouendũ ipsum & dormiendo in ipso est vas qd' dicitur mahdio mapha suspensũ sapienter in altitudine domus, & moueat vas distrahendo & trahendo, qm̃ per hoc suscipiet delectationem & quiescit a fletu & dormiet. Scito tamen q̃ modicus fletus confert puero precipue anteq̃ sugat lac, dilatat em̃ eius stomachũ & membra distrahit, & possibile est quandoq̃ appetere puerũ frigus cum molestat a calore & appetere calorem cũ offendit a frigore, & possibile est eũ affligi a multis coopertorijs & fasciationibus quibus cooperit vel ab inepto cubili in quo positus est, aut a pulice vel pediculo cum mordicatione, p̃pter qd' oportet circa hoc habere sollicitudinem & oportet suspendi supra puerũ in hora sui ortus anteq̃ ponatur in terra lapidem qui dicit smaragdus, sua enim p̃prietate defendet ipsum ab epilensia & a passione que dicitur mater puerorũ. Tempus aũt magis laudabile in quo decet assuefacere puerũ in sumptione cibi est autumnus in tpe adequationis dierum noctibus, & p̃cipiat nutrici in principio q̃ diminuat de sui lactatione & paulatim assuefaciat eum vt nõ offendat a subita translatione & sit principiũ sue cibatõis panis masticatus cum ore nutricis & nõ multũ cogat ipsum ad lactationem propter panis repletionem sed lactet eum bis in vna nocte vel semel iuxta quod sibi constauerit panem esse digestum. Postea cibet ipsum pane remollito in aqua & melle aut lacte aut vino & potet ipsũ quandoq̃ aqua quandoq̃ vino temperato cũ aqua debite, & sit illud q̃ bibat positum in instrumento longi & stricti orificij vt sit eius potus per modum suctionis, & præseruetur ab omnibus carnibus, non enim stomachus eorũ potens est ad digerendum eas, & sit eius nutrimentum plurime alfianedag & farina frumenti alba cum oleo amigdalarũ & zuccaro & dactil. & oportet cibare eos paulatim & pluries in die. Inquit G. si contingat esse puerum longum & directe stature caue ipsum a saturitate & plenitudine ciborum quoniã si repletus consequitur eum multa dormitio grauitas & pigricia, & inflatur venter eius ventositatibus, & accidunt ei ex hoc passiones plurime quarũ est epilensia, mater puerorum & alias quas dicturi sumus, & oportet eos assuefacere sedere in terra postq̃ bene cõfirmatũ est suũ corp⁹ & solidata sũt sua mẽbra vt cõformet sup motu sessionis

Mahdio Mapha

Tẽp⁹ laudabilius ad assuefactionẽ pueri ad cibum

& oportet eum assuefacere paulatim ad motū ambulationis non permittatur multū plorare, Accidit enim ex hoc sibi mater puerorum epilensia, & possibile est contingere sibi ex forti fletu descensum intestini, & oportet eum placare cū cantis & delectabilibus vocibus, & sit eius nutrix pulchri coloris & amabilis apud ipsum & acceptabilis & p̄cipiatur ei q̄ non prouocet eum ad iram & tristiciam, & sit sollicita in aptatione sui lecti, & letificet eum omni modo letitię & associet alijs pueris & infantibus sibi consimilibus, & custodiat ipsum ab omni & subito strepitu vel terrore qui posset eum perterrere, & suauiter tractet eum cum eleuat & ponit ipsum ne corruat & frangantur eius membra.

Nutricis dispō eligenda

¶De nutricis dispositione. Cap. III.

Dispositio nutricis eligendę ad nutritionem pueri est q̄ sit iuuenis & ānosa & albi coloris mixti rubedini bonę & cōuenientis staturę, habens brachia & crura fortia bonorū morū vt nō de facili irascatur & nō sit infirma, & sit temperata in pinguedine sui corporis, & sint eius mammillę mediocres in magnitudine & paruitate planę & solidę & sint rostra mamillarū humida ampliorū meatuū & sit ampli pectoris & tempus sui partus nō multū propinquū nec multū distans. Et si fuerit nutrix quę peperit filiam erit melior atq̧ nobilior in puero q̄ illa quę peperit masculū, & si possibile est q̄ sit nutrix propinq̄ mater pueri erit hoc melius, & sit nutrix ex simili semini progenie & mulier discretionis & intellectus bonę doctrinę nobilitatis & misericordię, & oportet abstinere ab omni salso & acuto & rebus stipticis & saporibus intensæ caliditatis sicut porris cepis allijs erucis menta & basilicone, & ab opio maxime oportet nullo modo accedere, generat em̄ epilensiā pueris, & vtatur ex cibis frumentū & risum coctū & carnes coctas & teneras & bene elixatę in aqua, & vtatur vna vice post aliam de ferculis factis ex bonis & subtilibus rebus in sua complexione & paruis piscibus & extremitatibus gallinarū & auiū, & bibat vinū odoriferū ad dulcedinem declinans, & caueat omnino a coitu & menstrui prouocatione hoc enim potissime corrūpit lac, & oportet ipām a fame & repletione & laxatione & constrictione ventris cauere, & oportet temperate laborare, & caueat ne incurrat passionem alcachuia & indigestū humorem a vini crapula & in nullo excedat tpa mentū, & sit potus aquę ipsius in ea quantitate qua nō coaguletur lac, & fiat eiusdem transglutio a principio difficilis.

¶De bonis lactis nutricis estimatione. Capitulum. IIII.

Oportet lac esse boni saporis albi coloris, & boni odoris, mediocris substantię inter grossitudinem & tenuitatem, & inter multū & paucū, cuius vero conditōes contrarię hijs fuerint est malū, & cognoscit̄ quidem bonū a malo in eo qd' distillat̄ gutta vna super vngulam, qm̄ si adheret vngulę & nō fluet ex ea scias illud esse nobile, si vero cito aut tarde fluxerit malū est, experimentū aliud ad hoc distilletur de eo in illa re quę dicit̄ ceref qd' est coopertoriū piscis & reponat̄ in loco in quo non tangatur a puluere & permittat̄ vsq̧ in mane, postea vero videatur si aqua superat lac est malum, si vero equaliter se habuerit bonum & nobile est.

Lactis dispositio

Ceref

¶De causis paucitatis lactis. Cap. V.

paucitatis lactis causæ

Causę paucitatis lactis sunt aut ex paucitate nutrimenti, aut ex vsu ciborū acutorum vel siccorū, aut ex colera ru. vel flegmate vel colera nigra vel ex debilitate virtutis mutationis lac. Signū paucitatis lactis ex paucitate vel vsu acutorū vel siccorū cibor ū est quod mulier refert. Signū eius ex colera ru. est qa videtur in lacte aliqd de colera ru. aquosa cū saporis amaritudine. Signū flegmatis est quia videtur lac subtile aquosum & spumosū ex flegmate nam q̄ grosso nō fit lac nisi cum eo sit falsedo. Signum colerę ni. est quia color lactis tendit ad cœlestem & cito accrescit. Curatio eius ex paucitate cibi est cū ampliatione ciborū & multitudine ipsorū & corporis impinguatione. Curatio eius ex vsu acutorū ciborū est q̄ transferat se ad cibos humidos contrarios illis. Curatio eius ex colera ru. est q̄ laxetur colera rubea & vtatur ptisana ordei sapienter factū cū feniculo humido aut lacte caprarū cum farina algaris & oleo amigd. dulciū cum frumento fracto & vtatur pulmentis quę dicta sunt in tractatu de coitu, & comedat medullas citrolorum & cucurbi. coctas & pullos gallinarum & pisciculos. Curatio eius ex flegmate salso & colera nigra est cum ptisana ordei facta cū melle, & bibat succum feniculi cum melle & aqua decoctionis cicerum lac caprarum statim emulsum & butyrum vaccinum, vel accipiantur capita piscium salitorum & coquantur cum aqua aneti & comedat de ipsis, & assiduet comestionem caulis & feniculi coctorum, & nos quidem perfecte scripsim⁹ de huiusmodi plura in tractatu de coitu, Et si cum hijs non fluxerit lac accipiat̄ de frumento & teratur & distemperetur cum succo bletę vel cum pinguedine anseris liquefacta cum ea, & si indiget appositione ventosarum super mammillis, superponatur cuilibet mammillę vnam & attrahat forti attractione

Si. ex paucitate vel vsu acutorū ciborum

Sig. ex cole. ru.

Sig. ex flegmate

Si. co. ni.

Cura ex cibi paucitate

Cura ex acutorum vsu

Cura ex cole. ru.

Cura ex flegmate salso & co. nigra

sine scarificatione vna post aliam, & si lac fuerit forti spissitudine valde oportet subtiliare cibũ & precipue sibi fatigare corpus suũ moderate, & bibat secaniabin feniculi, Et si lac fuerit multæ tenuitatis adde in cibos fortes & grossos & in somnũ, & dimittat exercitiũ artiũ, & caueat omnino a sudore & balneo & bibat medicinas affluentes lac & assiduet bibere vinũ dulce. Ad restringendũ lac quando supabundat desinat a cibis generantibus ipsum, & vtatur contrarijs & accipiatur de cimino & agno casto partes equales terantur omnia in aqua dulci & exprimentur & colentur & pistentur & effundatur aqua super mamillas, vel accipiatur armonia cũ & dissoluatur & liniantur cũ eo mamille & vngantur. Et nos multa diximus conferentia hmoi in tractatu de coitu & in precedentibus.

Lactis restrictio

De diuersitate puerorum & etatum. Capitulum. VI.

Etates puerorũ quatuor sunt

Etas puerorũ diuidit in quatuor gradus, prima ætas est ipsorũ tempore q̃ oriuntur ex vtero, secunda tempus ortus dentiũ, tercia tempus ortus molariũ. Quarta vero cum incipiunt spermatizare. In primo gradu superuenit eis vomitus, fluxus ventris, vigilie, timor, tumor vmbilici, & humiditas aurium. In secunda vero accidũt tumor gingiuarũ febres, spasmus & fluxus ventris, & maxime si oriuntur dentes qui dicunt almab. In tercio vero accidunt eis apostemata gutturis, remissio iuncturarũ spinalis dorsi, difficultas anhelitus, lapis, animalia & vermes in ventre, & dura apostemata que dicunt alchangant. In quarto vero accidit eis flegma pdictorum accidentiũ & magis febres longe & fluxus sanguinis a naribus, & hoc testatur Ypocras in libro amphorismorũ & narrauit hec accidentia in qualibet etate & in aliqua ipsorum magis q̃ in alia vt determinauimus.

Sequit De alseafa. Cap. VII.

Alseafa passio & ei9 gñatio nis cã

Alseafa est passio specierũ pustularum que contingit fieri in capitibus puerorum, & possibile est cõphendere faciem cum capite vel faciem & nõ caput, Generatur aũt ex multitudine sanguinis puerorũ & humiditate cutis & complexione ipsorum. Signum huius passionis est quia sunt parue pustule ex quibus emanat liquor, & extendunt in capite vel facie, & sequitur ex hoc fortis corrosio & pruritus continuus pter qd' augmentatur fletus & molestia pueri & vigilia. Curatio eius est rectificare cibum nutricis primo, postea vero abradatur totũ caput cũ rasorio, & superponantur ei folia blete tantũ quoniã possibile est q̃ sugant ipsam totã putredinem & sanabit cum hoc sicut cum vngento, aut vngatur cum hoc linimento. Modus linimenti conferentis safaf eorũ in capitibus puerorũ. ℞. merdasengi cerusẽ añ. ʒ. v. lixiuij sarmentorum vitis, ʒ. ij. olei ros. & cõmunis añ. ℥. i. liquefiat cera cum oleo ro. & terant species & conficiant cũ duob9 vitell' ouorũ assatorũ donec perueniat ad modum vngenti & vngatur cũ eo caput vel locus quicunq3 in quo hec passio fuerit.

Signa

Cura

linimẽtũ

De alkaba. Cap. VIII.

Alkaba Signa

Alkaba est de genere harũ pustularũ, Et signũ ipsarũ est quando oriuntur squame ex pellicula & excoriatur cutis capitis cum pruritu & rasura & emanat ex ipsis liquor melli similis. Curatio ipsarũ est cum frequenti capitis lotione cũ succo maiorane vel mentastri vel succo centauree, postea vero liniatur cum hoc linimento. Linimentũ conferens iuuamentũ passioni alkaba. ℞. merdasengi cerusẽ boli armeni añ. ʒ. ij. sulphuris amigd. argenti viui añ. ʒ. i. & ʒ. mortificetur primo argentũ viuũ & apponatur super ipsum cætere medicine puluerizate & conficiant cum duabus partibus olei ros. & vna parte aceti, & liniatur cum eo caput mane & sero, postea ingrediatur balneũ, & hoc faciat quousq3 sanetur.

Cura

linimẽtũ

De magnitudine capitis puerorũ. Ca. IX.

Mod9 excedentis magnitudinis capitis

Possibile est in quibusdam pueris cũ exierint de vtero habere magnũ caput, & deinceps semper magnificat & exit ab equalitate. Et ego vidi puerũ cuius caput intantum creuit q̃ minime potuit illud ferre, & cũ incessanter cresceret mortuus est puer, & possibile est quando q3 exire cũ paruo capite. Fiat autem magnitudo capitis vel ex grosso vento generato in ossibus capitis & craneo, vel ex congregatione aque in ipso quibus interclusus est & nõ potentibus exire, & fit causa capitis magnitudinis. Signũ huius est quia videtur ad sensum. Curatio eius est q̃ fiat ei insufflatio narib9 que dicitur alsahoc cũ oleo amigdalarũ amararum vel cum oleo aneti, vel cum oleo bono deben, aut fiat insufflatio cum succo maiorane, & studeatur purgare corpus nutricis cũ yera, & precipiatur ei abstinere a cibo omni generante ventositatem & grossum humorem, & si dissolute sunt ventositates, pter hoc emplastret caput cũ olibano anzarut serapino & gumi ara, amigd. & similibus vel coniunctim vel separatim, Vel accipiantur limacie viue & terantur bene cum suis testis donec fiat ad modum vngenti, & misceatur cum hijs parum olibani & liniatur cũ eo caput totũ sicut in uolutione sudarij post rasuram capitis, hoc enim adherebit capiti & reducet ipsum ad moderantiã, deinceps vero in

Signum

Cura

sufflettur naribus de cerebro lupi vel eius felle cum modico myrrhę, & hoc faciat semel quolibet mense & sanabitur, & possibile est hoc idem conferre magnitudini capitis factę ex conclusione aquę in ipso, & si non confert nos iam scripsimus curationem eius in cirurgia.

¶ De paruitate capitis. Cap. X.

Paruitas capitis nō curatur

PAruitas capitis modū naturalem transgredientis cum qua natus est nō valet ingeniatio curationis.

¶ De tumore capitis. Cap. XI.

Tumoris capitis cā Signum

POssibile est accidere tumorem cū magnitudine capitis quę contingit ex ventositate pueri. Signū eius est quia color pueri efficitur viridis. Et eius curatio est qđ accipiat myrrha aloes lutum & crocum ęqualiter & terantur & distemperentur cū succo endiuię, & liniatur cū eo caput post eius rasuram, & hoc fiat pluribus diebus, postea vero insuffletur naribus de felle.

¶ De tumore ventris capitis. Ca. XII

Inflatio vētris capitis

ET si fuerit inflatio ventris cū magnitudine capitis & caro eius videtur liquefacta est signū certū esse illud ex aqua & ventositatibus puerorū similiter. Et curatio eius est ꝙ accipiantur de sisamis pugillus .i. & quinque auellanę & septem amigdalę & .ʒ.i. & .ϛ. feniculi & teratur totum & extrahatur inde oleum & insuffletur de eo naribus pueri in quantitate sextę partis .ʒ. vsq; ad quartam & vngatur cum eo caput, & de eo auribus instilletur & administretur ex eo puero in potu cum lacte mulieris & sanabitur. Sternutatio accidit pueris ex apostemate facto in cerebro & eius ventriculis. Signum eius est ꝓfundatio oculorū cum febre, Et curatio eius est ꝙ emplastret caput cerebrū cum portulaca & oleo ro. vel superponat rasura cucur. humidę vel folia nucis vel succus semperuiuę, mixta hęc omnia & bene cū oleo rosꝫ & farina ordei, aut liniatur caput cum vitellis ouorū cum oleo ro. distemperetur & fricetur corpus cū succo coriandri humidi. Et si sternutatio moratur sine interpollatione accipiat badarug siccum & puluerizetur & de eo naribus insufflatur.

Cura

Signum Cura

¶ De vigilijs pueri. Cap. XIII

Vigiliæ causa

VIgiliȩ accidunt pueris in anno primi gradus, & possibile est has sequi ex alia ęgritudine. Accidunt enim eis ex lacte nutricis. Curatio huius est ꝙ insuffletur naribus de oleo violꝫ permixto cū oleo de croco vel de oleo aneti mixto cū succo lactucę, & vngatur caput & frons cū aliquo istorū oleorum & rectificetur ei lac & administretur ei in potu sirupum de papauere cū zuccaro. Et si nō curatur cum hijs recipiat odorem violarū maioranę & papaueris & vngant timpora cū oleo de apio in quo apponat modicū croci.

Cura

¶ De puerorū epilensia. Ca. XIIII.

Epilensia fit duob9 modis

EPilensia contingit duobus modis, naturaliter & accidentaliter, naturalis est quādo nascitur cū ea puer, accidentalis vero quę postea sequitꝛ. Et signum accidentalis est quia post eius natiuitatem superuenit. Curatio naturalis est cum adhibitione regiminis vt nō offendatur a causa extrinseca, curatur aūt cum transferuntur de ętate adolescentis ad iuuentutem. Et curatio eius est translatio ad ętatem calidā & siccam, & si nō sanatur tūc nunq̄ ab eis separatur hęc passio vsq; ad mortem. Curatio aūt accidentalis est ꝙ adhibeatur studiū erga matricem vt detur in potu de yera ad mundificationem cerebri & corporis, & abstineat ab omni cibo generante humorem & flegmaticū indigestū & nō administretur de lacte puero nisi in ea q̄titate qua nō generatur in eo humor crudus & qđ cito digeratur & sit paucę humiditatis, & insuffletur naribus insufflationibus calidis & odoret asam & kitran vna hora post aliā & vngatur cum oleis calidis, & suspendat ei de ligno peonię. Et si suspenditur super ipsum lapis qui dicitur smaragdus in hora natiuitatis anteq̄ ponatur in terra nō accidit hęc passio, & administretur in potu puero, si ꝑmanet ægritudo post suam corporis roboratōem de tyriaca alfaroc scđm virtutem pueri. Et si hæc nō sufficiūt sibi accipe curatōem eius a loco suo in ꝑcedentibus perfecte ab eis quę de hmōi in pluribus locis huius libri reperitur.

Cura naturalis epilensiæ

Cura accidētalis

smaragdi ꝓprietas

¶ De matre puerorū. Cap. XV.

Matris puerorū signum

HÆc passio plurime accidit pueris in primo anno. Et signū huius est quia ipsorum fletus augmentatꝛ, & accidit eis timor in somno & vigiliæ calor additus. & exit ex ore ipsorū grauis odor, & secuntur eos hmōi accidentia diebus pluribus & postea cessant. Causa vero educens hanc passionem est malitia regiminis & superflua pueri nutritio ex lacte preter sui virtutem & digestionem. Curatio ipsorū est cum sollicitudine regiminis nutricis, & qđ parcat lac puero & qđ administretur parum omni die de electuario musci qđ dicitur dualmuscę .vij. partem .ʒ. cū lacte, & cōmuniter regatur curatione puerorum

Causa

Cura

¶ De liquore fluente ab auribus pueri. Capitulum. XVI

Cā liqris ab aurib9 fluentis

ACcidit in annis primi gradus qđ fluit ex auribus suis liquor, & illud est ex plurima cerebri humiditate & lactens qđ in tali tempore in fine humiditatis est, & qñ

congregatur hmōi humiditas expellit ipsam natura ad aures & loca que sunt circa eas. Curatio ipsorū est φ administrant licinia de bombace iunci & intromittat auri, & cū erit liciniū madefactū liquore educatur & aliud intromittatur & hoc frequenter facto possibile est curari. Sin aūt accipiatur de alumine iameni & dissoluto in vino infundatur in eo liciniū & auri suauiter intromittat, & hoc pluries facto exsiccabitur liquor, vel accipiat croc. & nitrum & terantur cum aqua & aceto & instilletur auri, & possibile est emanare ab aure albū liqrem lacti similiū estimabit esse putredinem nō est tamen & econuerso. Curatio est cū hijs que diximus.

¶ De putredine fluente ab aure Capitulum. XVII.

Putredīs ab aure fluentis cura

PVtredo generat vna auriū vel in vlcere, Et curatio eius est φ accipiat parum de melle & bulliat in aqua & de eo guttatim distilletur auri, hoc em̄ mundificabit eam a putredine, vel accipiant folia mirte & galle & bulliant in aceto & de eo auri instillet. Et nos quidem iam diximus de huiusmodi medicinis in precedentibus quod sufficit.

¶ De ægritudinibus oculorum puerorum. Cap. XVIII.

Egritudinū oculorū puerorū plura sunt gnā

FIunt in oculis puerorū plura genera ægritudinū, quorū est inflatio adhesio palpebrarū vt nō possunt aperiri, & hoc possibile est eis accidere ex rebus stipticis que ferunt mulieres in suis capitibus vt alchannam & similia, ppter qd redeunt humores capitis ad oclos & aures, & possibile est accidere eis ex fluxu calidorū seu frigidorū humorū, & accidit illis declinatio pupille, & est egritudo nuncupata alhol & est tortura, & possibile est illud accidere post natiuitatem aut nascitur cū eo. Curatio inflationis oportet videre si cum inflatione sit rubor in facie & oculis & calor in supercilijs oculorum, & tunc accipiatur licium & fief memithe & frondes rof. & liniantur cū eis oculi & circinat vsq ad supercilia omni die, & qn̄ exsiccata fuerit iterū liniatur quousq aperiat oculos. Quando vero accidit in oculis puerorū algarab vel passio que dicit alsefac, aut albugo, accipiatur eius curatio ex hijs que predicta sunt in passionibus oculorū, tunc accipiat licium myrrha croc. aloe & folia rof. & terant omnia & distemperent cū bono vino & liniant oculi cum hoc omni die donec aperiant & insufflent naribus parum ambre cum lacte mulieris cōmixte, & possibile est accidere in oculis post earū apertionem egritudinem dictā bacaalhain, vnde instilletur eis quolibet die de lacte mulieris per se vel cū modico croco. Curatio vero declinatōis pupille est cū eo qd p̄diximꝰ in passionibꝰ oculorū Qd est vt situet candela accensa in noctibꝰ versus puerū econtraria parte dum iacet in conula res diuersorū colorū vt eius oculus continue declinet ad aspectū illorū quousq tortura rectificet. Curatio vero aliarū passionū ipsis cōtingentiū reperietur in precedentibus.

Cura iflationis oculorum

Cura declinatiōis pupillæ

Cura aliarū passionum

¶ De doloribus pueri apud ortum dentiū. Cap. XIX.

Tēpus ortus dētiū puerorū

INsurgunt pueris dolores apud ortū dentiū videlicet a nono mense ipsorū natiuitatis & infra, horū aūt alij sunt quorū dentes oriuntur paulo post hoc, alij vero quorū oriunt paulo dentes ante hoc. Dixit G. φ quādo accelerat ortus dentiū fit ipsorū ortus facilis & cum pauco dolore & n̄speiores & imbecilliores fiēt dentes, Sed cū eorū ortus tarde fit ortus cū dolore & molestia fiūt tamen dentes fortes & robusti Et qn̄ fit eorū ortus in vere & in hora ascensus stelle que dicitur altyya nō erit cū eo fortis dolor, Si vero fit in tpe hyemis vigoratur dolor in ortu ipsorū gingiue libere cum fient a tumoribus, Si vero in estate oriuntur fiunt cū eo dolores plurimi & cōmuniter sequitur eos tumor gingiuarū & locorū que dicunt aluatin & superiori faciei, & sequitur eos pruritus aurium, & possibile est accidere eis obtalmias aut febres & fluxus ventris & retentōem eiusdem, & possibile est quibusdā eorū accidere passionem tremoris. Curatio ipsorū si fuerit tumor in gingiuis qd fricetur bene & suauiter digito cū oleo oliuarū loto vel cum oleo sirag, vel cū pinguedine galline, vel cum cerebro leporis, vel cū lacte canino cū melle in quo coctū sit aloes & gumi arab. & effundatur capiti aqua decoctionis camomille & aneti & emplastret locus cum emplastris resolutiuis φ si vigorat dolor post hoc in hora ortus ipsorū, accipiatur tunc alcāna butyrum & oleum de lilio misceatur cū eo locus liniatur cū butyro & medulla cruriū vacce, & cum incipiunt capita dentiū exire inuoluat caput pili & eius ceruix tantū cum bona lana & mūda, deinde vero effundat super ipsum aqua calida temperato modo vna vice post aliā & sit tpatus in suo cibo. Curatio aūt solutionis ventris eorū causa vtriusq est cum hijs que postea de solutione ventris dicemus.

Cura si fuerit tūor i gingiuis

Cura fluxus vētris cā vtriꝰq

¶ De pustulis puerorū. Ca. XX

Pustularū genera

HÆ pustule fiunt in eis in annis primi gradus ex lactis acumine & corruptione ipsius, Sunt aūt hmōi pustule aut fortis acuitatis aut debilis. Signa earū que fortis acuitatis sunt rubedo & fortis dolor & fluxus saliue ab eis, Signum debilis acuitatis est declinatio pustularū ad albedinem debilis dolor

Si. pustularū fortis acuitatis

Sig. debilis acu[itatis]

Cura pustularū acutarum

& multus fluxus humiditatis ab eis. Curatio pustularū acutarū est ꝙ rectificetur lac nutricis cū omni cibo frigido & humido, postea vero masticet nutrix lentes masticatione optima & intromittat de hijs in os pueri, vel accipiat parū de amido & misceatur cū aqua ros. vel cum aqua simplici & abluat cū eo os pueri, & mittat in os pueri de succo pomorū acetosorū vel de succo granatorū acetosorū vel citoniorū vel pirorum vel zaharur, de quocunqꝫ ipsorū inuenerit. Et si acumen valde forte fuerit misceatur cum hijs succus lactucę aut endiuię aut portulacę aut solatri & similiū.

Cura pustularum paucę acuitatis

Curatio pustularū paucę acuitatis declinantiū ad albedinem est ꝙ accipiatur mirtę & croc. añ. zuccari tabarzed partes duas terantur & aspergant̄ de eis in ore pueri. Et si fuerint pustulę nigrę aut putridę accipiatur ipsarum curatio ex precedentibus.

¶ De vomitu puerorū. Cap. XXI.

Vomit⁹ puerorū plures causæ

Vomitus contingit pueris in annis primi gradus pluribus de causis, aut ex multi lactis suctione preter eius stomachi tolerantiā cum nō aduertant nec estimare valeant quantitatem sibi conuenientem, aut ex multi lactis humiditate siue corruptione, & eius contrarietatis pueri complexioni vel ex cōgregatione lactis multitudinis eiusqꝫ humiditatis simul, facit etiā ad hoc qn̄ puer est hmōi stomachi debilis.

Cura ex abūdātia lactis

Curatio eius qn̄ est ex abundantia lactis sumptione est ꝙ restringat̄ ab eis vberantia & consideretur vomitus qm̄ si percipitur in ipso odor acetosus & sub vomitu est flegma album, tunc accipiat̄ sexta pars. ʒ. i. myrrę olibani & tercia pars. ʒ. rutę siccę puluerizent̄ optime & permisceatur cū aqua ros. & detur de eo in potu infanti, vel masticet nutrix parū cimini & sumac & intromittat de eo in os infantis, aut detur ei in potu de sirupo granatorū facto cum gallis & tantundem masticis, & teratur totū bene & conficiat̄ cum sirupo ros. zuccarīo & potet de eo puer anteꝗ̄ sumat lac, & emplastretur stomachus cū hoc epithimate. Epithima valens ad vomitū & saliuam fluentem ex ore infantiū

epithima

℞. mastic. aloes cassię ligneę absinthij romani gallarū olibani panis bis cocti añ. partem vnam terantur & cribellentur & conficiantur cum sirupo ro. & oleo nardino & liniatur stomachus cum eo quoniā est expertum.

Cura vomitus qn̄ nō fuerit acetosus

Curatio vomitus quando nō fuerit in eo odor acetosus & substantia vomitus transmutatur ad acuitatem, vel si fuerit in ipso citrinitas aliquid qđ detur ei in potu parū rob agrestę vel rob citoniorū vel rob malorum, vel detur ei in potu de infrascriptis

Trocisci

trociscis. Modus troc̄. conferentiū indignatōi stomachi & vomitui contingentibus pueris. ℞. ro. spodij añ. ʒ. iij. dragaganti gallę añ. ʒ. ij. seminis portulacę seminis acetosę añ. ʒ. i. & . ʃ. kakabre. ʒ. ʃ. terantur omnia & cribellentur & cōficiantur cum aqua ros. vel cū succo granatorū & fiant ex eis trocisci quorū quilibet sit ponderis. ʒ. vnius ex quibus detur vna puero cū iulep vel cum sirupo ros. & emplastretur stomachus cū hoc emplastro.

Emplast.

Modus emplastri conferentis vomitui & fluxui contingentis pueris. ℞. farinam ordei hudeg humidi corticū granatorū ęqualiter terantur & permisceant̄ & extendant̄ super peciam panni & stomacho miscetur, est enim expertum.

¶ De fluxu ventris. Cap. XXII

Flux⁹ vētris puerorū plures sunt causę

Accidit eis fluxus ventris pluribus ex causis, aut causa eorū dentiū ortus vt diximus, aut ex frigore cōtingente ipsis tempore ipsorū fasciationis, aut ex corruptione vt si fuerit citrinū aut flegmaticū.

Sig. colę rubeæ

Si. frigo. vel flegmatis

Signū colerę rubeę est citrinitas egestionis pueri eiusqꝫ acuitas & exitus celeritas. Signū frigoris vel flegmatis est egestionis albedo cum vicio tenasmon & tarditas egestionis, flegma enim cū sit grossū & viscosum non exit cū facilitate.

Cura ex cole. acuitate

Curatio eius ex acuitate colerę est ꝙ administret̄ in potu puero de sirupo ros. aut sirupo citoniorū vel granatorum facto cū menta & infundant̄ eis superiores cortices fisticarū in aqua illa & illa aqua detur, vel accipiatur fermentū bonū frumenti fermentati decenter & infundatur & dissoluat̄ in eo sexta pars. ʒ. spodij & tercia pars. ʒ. zucci & pōdus vnius. ʒ. charube croci & potu detur puero, aut accipiatur semen acetosæ & bene teratur & distemperetur cū albumine oui assati comedat illud puer in nocte, vel accipiat semen acetosæ & arillarū passularū assatarū añ. ʒ. iiij. glandiū & papaueris añ. ʒ. ij. zucc. ʒ. vi. teratur totum & cribelletur & administret̄ de eo puero scd'm eius tolerantiam & distemperetur totum cū rob de agresta aut de citonijs vel de sirupo ro. cum quocunqꝫ ipsorū inuenerit & cum hoc sanabitur, aut emplastretur stomachus cū emplastris constrictiuis, & est ꝙ accipiatur de sumac & infundatur in aqua & conficiat̄ cum aqua illa farina ordei vel farina milij & cum hoc emplastretur stomachus. Et si cum hijs non restringitur fluxus accipiatur acacię cerusę añ. ʒ. i. apij octauam partem. ʒ. i. fiat ex hijs lixiuium & inuolutum cum oleo ro. & intromittat̄ ano pueri.

Cura ex frigore vel flegmate

Curatio eius ex causa frigoris & flegmatis viscosi quando fuerit a vicio tenasmon qđ detur potu quolibet die puero pondus octauę partis. ʒ. gallę tritę cum sirupo de citonijs, aut detur ei in potu de electuario thuris octaua ps ʒ. quolibet die & emplastretur cum hoc empla

Emplast. restrigēs

stro. Modus emplastri cōstringentis vētrem & conferentis stomachis puerorum ægrotantibus, accipiatur de simila farinę & distemperet cum vino veteri vel croco & succo florum vitis teratur totū & conficiat bene cū simila, & venter pueri emplastretur, & si hoc nō suffecerit accipiatur cura eius perfecte a pluribus locis huius libri.

¶ De constrictione naturę puerorum. Capitulum. XXIII.

naturę restrictiōis in pueris cura

Contingit pueris in quibusdam naturæ constrictio, cuius curatio est quod administretur in potu nutrici modicū de cucumere alinino, & in sequenti die nutriat puerū, Aut accipiat nutrix de melle & coquat ipsum bene, & aspergat super ipsum aliquid mentastri, & faciat inde liciniū & discrete ipsum in anū pueri intromittat, vel accipiat media. 3. stercoris muris & teratur cū adipe renū yrci & fiat ex his liciniū paruū ad modū glandis & in anū pueri intromittat. Quod si contingerit pueris a duobus mensibus vsque ad septem quod nō sugunt neque euomunt, & natura ipsorum fuerit constipata & videtur alteratū corpus eorū erit causa huius calor permanens cum erit dum essent in materno vtero tūc accipiat partem. 3. sarcocoll. & detur in potu cum. 3. i. & . ʒ. olei nucū & nutriant cū lacte menthe, vel fiat eis clistere cum penna anseris vel siringa tenui cum quātitate. 3. quinque olei viol. & tunc lenietur natura eius. Signum huius est quando accidit puero fluxus & molestia & agitatio absque quiete. Curatio huius est quod liniatur venter cum aqua calida & oleo communi tantū, vel dissoluat in ea de cera citrina & administretur ei in potu cum lacte matris parū cimini assati & puluerizati, aut accipiant auellanę & terantur cū suis corticibus & calefiant, & tunc eis locus doloris emplastretur & hoc erit liberatio eius.

Sig. flux⁹ Cura

¶ De tussi accidente pueris. Ca. XXIIII.

Tussis pueroȝ cā

Tussis accidit pueris in annis primi gradus & fit in eis & eorū propinquitate caloris materni vteri & exitu eorum ad frigus aeris, vt tunc non sit in linguis eorum obturandi guttur, Incitatur ergo tussis ex aeris frigore cum ingreditur guttur & pectus. Et curatio ipsorum est cum medicinis facilibus delectabilibus. aut paretur cibus cum medicina & non curetur cū medicina horribili atque difficili quoniam contradicit natura ipsorum, accipiatur ergo de succo feniculi post eius purificationem & bullitionem & coquatur bona coctione & lambat ex hoc puer sero & mane. Itē accipe succū feni. & pmisceat cū lacte gentiricis eius, aut cū lacte cap nigre & lābat ex eo, Et si cū tussi fuerit grossities & siccitas infundant semina citoniorū in aqua calida, & extrahatur muscilago ipsorum & coquatur super ignem cū penidio & oleo amigdalarum & puero administretur, & si fuerit cum eo calor coquatur cum eo bene succus granatorū dulcium. Modus electuarij conferentis tussi quando fuerit puer anniculus & fuerit cū eo calor. ℞. seminis papaueris dragaganti aā. 3. ʒ. seminis citrolorū excorticatorum 3. ij. accipiatur totum & permisceatur cū aqua decoctionis sebesten & administretur in potu adolescenti. Aliud ad tussim adolescentum. ℞. passularū amotis nucleis & bulliant in cacia ferrea cauendo quod non vratur, postea deponatur ab igne & dimittatur infrigidari, deinde teratur & accipiatur ex ea pars. i. & de penidio pars vna & permisceatur simul & detur de eo puero comedere de mane & sero ad modū auellanę quoniam confert & est expertum. Lambit o quę dicitur lohoc conferens tussi frigidę, accipiat vna pars myrrhę & teratur & conficiatur bene cū modico melle & oleo viol. & lambat adolescens ex eo, Et si fuerit in pectore pueri multa humiditas accipiatur dragaganti galbani cassię ligneę aā. 3. i. & teratur totū & permisceat cum vitello oui assato & lambat de eo puer, & si accidit ei strictura anhelitus cum inflatione & putredine accipiat semen lini & teratur & cōficiatur & lambet ex eo. Et si fuerit in pectore multum flegmatis oportet prouocare sibi vomitum, & est quod abluat cum aqua calida, & liniatur caput eius cum melle mixto, postea vero intromittatur digitus in os eius & ducat eum sub lingua quousque vomat, & cum hoc euomat multum flegma & erit liberatus. Et si cum tussi patitur solutionem ventris oportet potare ipsum sirupum mirtinum cum ptisana ordeacea vel cum lacte cocto vel coquat cum charubis, & cibet cum eo puer, Et si hoc non sufficit capiat eius curationem ex pluribus locis huius libri.

Cura

Electua.

Aliud electuarium

Lohoc

¶ De pruritu & pustulis & vstione accidentibus in radicibus coxarum adolescentium causa vrinę acumine & eius salsedine. Capitulum. XXV.

Causę pustularum & vstionum

Possibile est accidere pueris genera pustularum & exituram in corporibus suis & accidentibus. Causę vero facientes huiusmodi sunt corruptio lactis eiusque malitia, & possibile est hoc accidere ex eo quod non digeritur lac in stomacho. Huiusmodi autem pustularum alię sunt albe, alię rubee, alię nigrę, alię magnę, alię paruę, & multę & paucę, & alię fortis & acuti doloris & mortiferę, & hoc indicat visus pustularum pueri. Et curatio ipsarum vniuersalis quod rectificetur lac nutricis & ponat

Cura

sub puero olla plena aqua calida in principio aparitōis pustularū vt attrahat humorem ad superficiem corporis, & administret in potu puero qd confortat ad expellendum humorem extra sicut decoctio dactilorū vel decoctio ficuū cum fen. vel sorbeat sorbitiones aque decoctionis ipsorum aut mellis, & quando exsiccati fuerint humores omnes ad exitum abluat puer cum aqua decoctionis ros. & foliorū mirtæ & similium & vngatur in hora exitus ipsius ab aqua cū oleo ros. Et si pustule fuerint sicce vngatur cum oleo sisamino vel viol. Si vero pustule fuerint humide cum multa putredine liniantur cum vngento facto ex cera & litargiro & oleo ros. Et si fuerit cum pustula pruritus & iam preterit puer sextum mensem abluatur cū aqua decoctionis violarū siccarū & ordei excorticati maluauisci & foliorum cucur. & similiū/ & non liniatur cum oleo, & bibat nutrix pueri succum fumiterre cum mirabol. tritis, & abstineat ab omni re salsa & dulci qd ex eis fit. Curatio vstionis accidentis eis ex acuitate vrine est ꝙ aspergatur super locum parum amidi post lotionem pueri cum aqua calida, vel aspergat super ipsum de spodio pulverizato, & conferunt ad hoc alchanam & folia ros. trita & mirta & farina ordei.

Cura vstionis ex vrine acuitate

¶ De animalibus & vermibus que generantur in corpore puerorum. Capitulum. XXVI.

Cura vermiū puerorum

Nos quidem iam p̄diximus huiusmodi cum ipsorum curatione in suo loco vnde oportet accipere curatōem ipsorum exinde cum hijs quibus emplastretur venter si nō possunt genera medicinarum. Modus linitionis ad educendum vermes ex corporibus puerorum. Accipe ciminū & teratur & cribelletur & distemperetur cum felle bouino humido, & liniatur vmbilicus cum eo & eius circuitus. Alia. ℞. lupini sicci nigelle & baccarū lauri partes equales terantur & conficiantur cū felle bouino humido & liniatur cum eo vmbilicus, educit aūt lumbricos longos ex ventribus puerorū aqua decoctionis sebesten si de eo biberit omni die. Similiter quoq; operatur oleū oliuarum cum sumpserit de eo puer iuxta sui facilitatem ieiuno stomacho, sicut etiam & amigd. amare si comedat ex ipsis quantitate mediocri.

¶ De exitu vmbilici. Ca. XXVII

Exit⁹ vmbilici cā

Accidit eis ex vicinitate temporis incisionis quemadmodum cæteris membris preterq; vmbilico acciderit quia fit in eis vulnus, & accidit eis hoc ex continuatione fletus & exclamationum aut forti tussi, contingit etiam ex casu vel percussione. Signum huius est quia patet ad sensum. Et curatio ipsorū est ꝙ accipiatur menta & teratur cū albumine oui & liniatur cum eo vmbilicus & superponat ei pecia panni veteris & cōminuant & conficiant cum bono vino & emplastretur super vmbilicum cum fascia ligata super ipsum, & si nō recipit iuuamentū cum p̄dictis & fuit in eo mollities cauterizetur locus mollitiei propter tenuitatem pellis pueri, & si indiget fortiori curatōe hac curetur cum medicinis predictis superius in passionibus crepature.

Signum

Cura

¶ De crepatura. Cap. XXVIII.

Emplast. crepature cōferens

Accidit pueris crepatura & possibile est illud accidere in testiculis ipsorum. Et nos quidem iam determinauimus hoc in supradictis. Modus emplastri conferentis ad hoc. ℞. aluminis iamen. ʒ. xxij. & . ʒ. gallarum ʒ. iij. terantur & conficiantur cū vino & liniant cum hoc vmbilicus & locus vesice/ & superponatur eis spongia marina infusa in aceto temperato & renouetur cū exsiccatur. Modus alterius emplastri breuis extendat super pecia panni de colla coriorū que dicitur yera, algelud, & superponat pecia loco crepature & dimittatur ibi quamdiu sibi adhereat, & cum ceciderit renouetur alia. Et similiter quoq; fieri potest cū pice masticis olibano & sarcocolla coniunctim aut separatim, & detineant pueri a fletu & multitudine motionū & agitationū corporis, & si cum hijs non curatur impossibile est eum curari absq; cauterizatione quemadmodū est.

Alterum Emplast.

¶ De lapide generato in vesicis puerorum. Cap. XXIX

Sig. lapi.

Signum eius est quoniā accidit puero retentio vrine & vehementia doloris, tenuitas vrine & eius claritas, & sentit pruritum in virga, & erigitur ex modica causa, & possibile est eum in erectione persistere in diuturno somno. Curatio eius est ꝙ balnietur puer omni die cum aqua calida & detur ei in potu succus endiuie & succus anisi & similium. Modus electuarij ad deponendum vrinam & frangendū lapidem. ℞. olibani masculini ciperi machlab excoriati partes equales teratur totū & conficiatur cum melle, dosis eius est ad modum auellanæ scd'm ætatem pueri ieiuno stomacho mane & sero. Modus medicaminis contra lapidem vesice & retentionem vrine/ accipiantur septem nuces recentes & teneræ & terantur optime cum suis corticibus, deinde accipiatur. M. i. porrorū non lotorū & exprimant sup vase vitreo & distemperentur & cōmisceant bene & coletur per pānum & administret in potu de eo puero circa somni horam septem diebus, & vngant genitalia & vesica pueri cū oleo sambucino bono qm

Cura

Electua. lapidis fractiuū

Aliud medicamen

est expertũ. Modus potionis ad deponendũ vrinam pueris, accipiat rutę siccę basiliconis fluuialis lactucę & citruli equaliter & coquant oĩa in aqua & colet & administret de colatura illa puero a sex. 3. vsq; ad. xxij. scd'm pueri virtutē.

potio vrinæ prouocatiua

¶ De passione alacharche. i. grauitas motus. Cap. XXX.

Accidit hęc passio pueris qñq; per totũ corpus qñq; in aliquo membrorũ suorum ita q; ꝓhibeat a sessione & ambulatione, & accidit eis hoc ex humore flegmatico viscoso membris contingente propter qđ grauatur motus ipsorũ. Contingit aũt hoc ex natura complexione vel ex vsu lactis flegmatici continue. Et curatio eius est qñ fuerit adolescens lactans q; nutriatur nutrix eius cũ omni re ad siccitatem tendēte seu frixis & assatis cũ almuri & oleo & ruta, & abstineat ab oĩni lacte & piscibus & grossis carnibus, & a potu vini valde limphati, sed vtatur vino modico limphato, & intromittat puerũ in balneũ ante lactatõem eius & vngat iũcturas eius cũ oleo nardino vel oleo costino vł oleo de castoreo aut oleo balsami, & administret ei in potu de hoc electuario. Modus electuarij qđ composuit G. puero cuidam paruo quem occupauerāt hmõi passiones quę dicunt alraamal & rasueg. i. paralisis. ℞. menta stri darsen ro. mastic. ameos fu, meu, ypericõ doronici zerabad gariof. añ. 3. i. & . ʒ. sand. lig. aloes añ. 3. i. musci. 3. ʒ. teratur totũ & cribellet & inuoluatur cũ duabus. 3. balsami & conficiatur cũ melle despumato & bibat de eo quolibet mane a quarta parte. 3. vsq; ad mediam, est eñ expertũ. Et emplastret spinale dorsi si motus grauitas fuerit per totũ corpus cum emplo de euforb. & est qđ accipiat. ℥. i. euforb. & fiat ex hijs emplastrũ cũ eo qđ sufficit de oleo, & si nõ liberatur cũ hijs quę diximus oportet locũ passionis cauterizari in quacunq; parte fuerit corporis.

Grauitatis motus puerorũ causa

Cura

Electua.

Emplast. de euforbio

¶ TRACTATVS. XXVII. DE SEnum regimine, habet capitula. x.

¶ De declaratõe regiminis senũ. Cap. I.

Descriptio regiminis senũ cõsistit in cõmemoratione complexionis ipsorũ. & regula qua humectant corpa eorũ & qui fructus conferunt eis & qui ciborũ eis nociui sunt, & de potibus & vino qui eos offendit & regula ipsorũ in balneo & linitionibus & fricatio & euacuatio de speciebus conferentibus ipsis, & regimine eorũ in coitu & in hijs qui eos lętificat, & de regimine perfecti senis vt transferatur a sua consuetudine, & de regimine ipsorũ in laxatiuo & in hijs quę suas humiditates exsiccent & de cibis eis conferentibus.

¶ Sequitur nunc descriptio complexionũ senũ. Cap. II.

Sciendũ est q; naturalis complexio senũ frigida est & sicca scd'm siccitatem membrorũ suorũ principaliũ & ipsorũ materialis hũiditas pditõem eorũ, nam cõplexio accidentalis est frigida & humida ex congregatõe frigidorũ humorũ in ipsis ꝓpter debilitatem naturalis caloris, eiusq; extinctionem atq; pditionem, & ꝓpter hanc causam factũ est regimen suũ valde difficile, qm̃ qñq; requirunt exsiccatiuũ regimen. qñq; resolutiuũ, qñq; vero calidũ & humidũ, & ꝓpter hoc in ipsorũ regimine oportet duplici procedere intentione vna quarũ est horum humorũ flegmaticorũ in suis corporibus congregatorũ mundificatio, Altera vero continua calefactio humectatio vt reparent per hoc calor & humiditas perdita & ꝓpter siccitatem dominantem in ipsis. Ipsorũ ergo regimen in his quę sua corpa calefaciunt & humectant ex cibis est panis mediocriter fermentatus & salitus pfectissime coctus factus ex simila frumēti albi & lenis nõ cribellati in quo confectũ sit parũ cimini & seminis fenic. & accipiet ex eo quantũ stomachus potens sit coquere & bene digerere, & oportet vnumquenq; senũ sibi quantitatem ꝓportionare scd'm id quo vsus est, & oportet esse principiũ cibi eius panem infusum in vino aut melle claro & albo despumato aut cũ oliuis hmõi eñ addit ad appetitũ ciborũ, deinde reficiatur cum carnibus elixatis in aqua. s. carnibus gallinarũ vel gallorũ & perdicũ & pullorũ fasianorum, vel reficiat cum succo carniũ extractorum distortione cuius carnes coctę sunt cũ vino & modico almuri & aromatibus, & ponantur in ipso frustra micę panis, vel reficiat cum aqua cicerũ parato cũ oleo oliuarũ aut amigd. dulc. & cepę albę & cimino cũ ouis gallinarum nõ omnino sorbiliter coctis, & cũ pullis columbarũ assatis vel coctis cũ aqua cicerũ & cepis albis cimino & pipere. Et dixerũt q; colũbi addũt in spũm vitalem & carnes coctę cũ cimino menta sparag. & rapis postq; permutat aqua. Et qdem iam scripsimus in tractatu ciborũ infirmorum & conualescentiũ & senũ & perfecte qđ sufficiens est. Qꝫ aũt humectat corpus senis & confortat stomachũ est q; dormiat oĩni nocte, & pcipue in tpibus frigoris cũ duabus puellis virginibus boni caloris & sanę cõplexionis naturalis odoris oris in lecto bene aptato cũ linteaminibus de coto & coopertorio de pellibus vulpium & alphazich.

Senũ cõplexio

Duplex regi senũ intētio

Alphazich

¶ De fructib⁹ eis cõferentib⁹. Ca. III.

Oportet eos ab omni gñe fructus abstinere exceptis vuis tñ maturis & dul-

cibus multę dulcedinis postq̃ moram traxerit in domo aliquibus diebus, & nō sumat eam cū arillis & corticibus suis, Ficus aūt bene mature conferentes sunt, in hyeme vero ficus siccę/& competunt eis pruna dulcia & sicca in melle cocta, & maxime hijs quorꝫ natura constringitur & valent eis amigd. dul. & vuę passę absq̃ arill' & ficus vero siccę cum albis nucibus in quibusdam temporibus fiunt eis vtiles.

¶ De cibis nō conferentibus. Cap. IIII.

ABstinere debent a placentulis factis ex farina similę & ex farina alba quę dicit̄ alhoari & placentulis azymis & ab oī qd' fit azymū, & caueat ab omni gn̄e lactis & casei & omnibus quę ex eis fiunt & similibus, & a grossis carnibus vniuersorꝫ animaliū, & a carnibus agnorū ꝑpter humiditatem ipsorū, & a piscibus magnorꝫ corporū, & ab omni qd' generat ventositates atq̃ oppilationes, & ab aceto & ab omnibus acetosis & ab aq̄ frigida multa, & maxime in hyeme aut post exercitiū & laborem & post balneum.

¶ De vino & eorꝫ cōpositione. Cap. V.

VInum ipsorꝫ oportet esse vetus subtilis substātię & citrini coloris, hoc em̄ calefacit sua membra deponunt vrinā & incitant calorem naturalem & eum roborāt iuuat digōni cibi, & humores subtiliat grossos Nec est eis conueniens vinū factum ex passulis melle & aromatibus vt spica darsen & mastic. & similib⁹, Vetus aūt vinū competit illis & ceruisia facta ex piscibus ficubus coctis, Reliqua vero vini genera offendunt eos & maxime nigrum & ponticum quoniam omnino malū & inconueniens est senibus.

¶ De balneo. Cap. VI.

BAlneū quoq̧ cōpetit eis in hyeme & ęstate & omni tpe, & oportet esse aquā balnei dulcem & tpatę caliditatis, & sit balneum vicinū mansioni eorū, & oportet eos fricari in balneo aut in aqua calida cum tpamento cū oleo, & vngatur corpus cū oleis calidis tpate & aromaticis cū oleo nardino vel de psilio vel de cherui, aut cū oleo nargens vel camomilę vel aneti & similibus, hęc enim olea faciunt calida corpa senū & corroborant calorem naturalem In ęstate vero oportet ꝑmisceri cū hijs oleū ro. & viol. aut oleū expressum ex īmaturis oliuis. ¶ Postq̃ surrexerit senex a loco & excitatōe a somno oportet fricari corpus & membra eius lenibus manibus, deinde vngat̄ cū oleo oliuarꝫ/ nam cū corpus ipsius nec potens sit appetere cibum fricatio ꝓuocat calorem vitalem eius & iuuat cibi resolutōem & eius ꝓcessum ꝑ membra festinanter, Et possibile est aliq̄s senes excitare in laborem post eorꝫ fricationem cū oleo oli. & hoc quidem iuxta virtutem vniuscuiusq̧ ipsorꝫ sunt eorū enim aliqui celeriter senescētes & virtute deficientes cū perueniunt ad ętatem quinq̧genariā. Alij vero sunt quibus nō manifestatur seniū nisi post annos quinquaginta. ¶ Qd' aūt competens est in conseruatione sanitatis est primo facere exercitiū & laborem, postea vero sumere cibū & potū, deinde somnū, postea coitū, verūtamen senes & cōualescens ab ægritudine & habentes stomachū frigidū & debilem digerendi cibū oportet exercere motū tpatum post cibū ita q̧ quidā medicorꝫ determinat hūc modum esse vsq̧ ad. xl. passus vel circa qd' descendat cibus ad fundū stomachi qd' est locus digestionis, Labor aūt competens eis est fatigatio lenta & suauis ambulatio super terrā planā & ęquali, Continuū em̄ ocium senis est causa congregationis frigidorꝫ humorꝫ in suo corpe & caloris naturalis extinctio multū quoq̧ fortis fatigatio mala est dissoluit enim calorem & infrigidat complexionem.

¶ De regimine ipsorꝫ in aromatibus. Ca. VII.

OPortet eos vti ex aromatibus quęcūq̧ sunt calida & subtilia vt muscū ambra & fūigiū cū nardo & ligno aloes optima in quibus apponitur multū de oleo ben & aqua infusionis calida & oleo cū aromatibus & similia quę scripsimus in suo loco.

¶ De coitu senum. Caplm. VIII

COitus scd'm opinionē oīm antiquorꝫ contrarius complexionibus siccis & plura alia eis nocent, & ꝑpter hoc oportet eos p̄seruare se ab eo quemadmodū pręseruari oportet ab aduersarijs homicidis quia nocitiuus est omnibus habentibus complexionem siccam sed magis nocet cōplexionib⁹ frigidis & siccis, Nec concedimus seni coitū nisi altero duorꝫ modorꝫ vel ad conseruatōem prolis vel illi qui multū exercuit illud a puericia & sequit̄ eū apd' abstinentiā ab eo dolor testiculorꝫ cum pruritu forti grauitas dorsi & strictura & imp̄ssio pulmonis. Decet aūt illi quem ex coitu consecunt̄ paulatim se ab eo subtrahere donec totaliter ipsum elongat, & caueat omnino ab his q̄ coitū incitant, Si potest se abstinere minime ab eo exerceat ipsum in principio noctis post ouorꝫ infusorum melle puro & claro.

¶ De regimine ipsorꝫ qete & ocio. Ca. IX.

NEcessariū est senibus p̄seruare cōtinuo in ocio & quiete tpata & euitare oīa quę dolorem inferant animę vt nō submittent tristationes & passiones animę sed semper permaneant in lęticia & exultatione animi, vt diligatur ab astantibus & seruitoribus, sit

Leticia senib⁹ magnopere confert

potus & administratio ipsorum ante ipsos cū diligentia & leticia, & finaliter dicimus quoniam oportet cunctis diebus vitę suę viuere cū leticia & exultatione, & quando est eis hoc possibile permanebunt & viuunt hoc modo pluribus diebus vitę suę capita seruitorū vt eorum seruitium non corruat in tedium cum hic deficiat eis quies, Et quando occurrit eis aliquis vir prudens & intelligens narrans illis sermones cōtinue philosophię & prouocans eos ad leticiā cū doctrinis sapientū & hystorijs eorū & hoc tunc eius nobilius & preciosius ab ipsorum intelligentibus auro plurimo & vase precioso, hic est tenor dicti G.

¶ De regimine perfecti senis de modo translationis eius a consuetudine præcedenti. Cap. X.

Seniū vniuersaliter dicit post 40. annos

Hominum alij sunt quibus festinat senium ante tempus debitum, alij vero quibus tardat, vniuersaliter aūt cum preterit .xl. annos dicuntur senes & tunc oportet eos a p̄habita consuetudine transferre & premunire ipsos qđ cum peruenerint ad terminum ętatis predictę non subiciant se forti labori & fatigationi, & nō sumant copiosos cibos nec cōsentiant flebotomari & accipere laxatiuum nisi apud grādem necessitatem, & nō debeat hoc a se subtrahere subito & semel hoc eis plura nocumenta induceret, nec hoc tantū attendendum est in senibus verū & in omnibus modis & consuetudinibus quibus & sani se gerunt. Q̄ꝫ aūt decens est & laudabile apud translationem vniuscuiusq; cōsuetudinis & modi est qđ fiat paulatim & nō repēte & semel Verbi grā quādo fiet nobis necesse transferre ad aliquem qui vsus est ocio consulemus ei exercere laborem paulatim & semper addere ipsum & quiescere vna die aut duabus interea, deinde vero redire ad ociū, postmodū vero ad exercitium fortius priori donec assuescat. Similiter quoq; & in alijs procedendum est & est quidem necesse ꝙ disponatᷓ cibatio senis in multis vicibus, nec stare debet longa hora sine cibo. Et si corpus eius fuerit valde debile sit eius refectio in multis vicibus quēadmodum hoc idem fit pueris, Si vero fortis virtutis fuerit sit eius refectio copiosa in diuersis vicibus non continuis, & decens est ꝙ fiat eius refectio tertia die in mane quippe reficiatᷓ pane in vino infuso aut in melle claro & despumato, in hora vero septima dici postq; exercuit laborem aut ingressus fuerit balneum ordinetur cibatio eius ex cibis lenientibus naturā, vt bletis maluis & similibus, postea vero reficiatur marinis piscibus circa montes degentibus assatis vel in aqua elixatis, deinde pauset per horam super cubili, & postea exerceat aliquantulum motū, circa vero horam vespertinam reficiatur carnibus auiū & similiū in aqua coctis, & bibat vinū citrinū aut predictū mel modica quātitate vt per hoc digeratᷓ cibus & deponatᷓ vrina. ¶ Oportet enim cuius natura constricta fuerit ex huiusmodi senibus clisterizari cum oleo oliuarum vel de eo ieiuno stomacho, Remollit enim humores & lenit, & sumat ante refectionem suam bletas lebleb & maluam & similia cum oleo oliuarum & almuri aut sumat oliuas salitas, Vltimo siquidem caueat laxare naturā suam cum acutis medicinis vt colloquintid. aloe & quod ex ipsis componitᷓ, tendat vero ad leniendū naturam cū cibis quibus vtitur & medicinis lenibus cum necesse fuerit, vel accipiatur de medulla cartami. ℥.i.&.ꝭ. teratur & dissoluatur cum aqua calida & coletur & ponetur in ipsa. ℥.i. penidij. & modicū olei amigd. aut olei sisamorū, & bibat hoc aut bibat ex guma vel hala alcatra in quantitate auellanę vel plus vel minus scđm facultatem virtutis eius, vel accipiatur ex electuario cartami facto cum ficubus aut ceruisia ficuū, vt descriptum est in pluribus locis huius libri. ¶ Contingit necessario eis in alijs tpibus vti cibis grossis generantibus oppilationem, vnde requirūt sumere post illud aliquod electuariorum calidoꝝ sicuti electuario de cimino vel de piperibus & similibus Si vero abundant in corporibus suis humores flegmatici & ex hoc fiunt eis, necesse est eis sumere medicinam, accipiant electuaria calida dissolutiua tyriacam alfaroc & salitam & metridatum, & electuarium piperum & similia aut sumat ex potibus calidis sicut secaniabin de melle, aut qđ fit cum squilla, aut sirupum de melle facto cū speciebus & alia hmōi electuaria & sirupos scriptos in suo loco, ducimus aūt ad finem regiminis senum iuxta id qđ sufficit cōpendioso modo ne magnificetur liber.

De senū medicatione

¶ TRACTATVS. XXVIII. DE PODAgre seu iuncturaꝝ dolore, habet ca. xij.

¶ De alnatras .i. podagra. Cap. I.

Passiones iuncturaꝝ sunt dolor pedis q̄ dicitur alnatras, dolor genuū, dolor coxarum, dolor scię, dolor narium, dolor dorsi, ęgritudo gibbositatis quę dicitᷓ alhalba, passio q̄ dicitᷓ aldualí, passio elefantina, passio nerui exeuntis quę dicitᷓ harac almedam

¶ De podagra. Capitulum. II.

Egritudo alnatras .i. podagra vni⁹ lod pedū quę sīr fit in manibus, & est fortis dolor & nocens absq; tolerantia q̄ꝫ hmōi accidētia cōsecuntᷓ ꝓpē, s. neruoꝝ exten=

sio eorumque perpulsatio & quia maturatur in eis apostema nec coadunatur in ipsis putredo sicuti in ceteris apostematibus quoniã congregatio putredinis nõ nisi in membris carnosis & copiosis sanguine contigit iuncture vero nude sunt carne vnde apostemata que in eis generantur aut resoluuntur in se aut indurantur ad modum lapidis. Generantur autem ex humoribus fluentibus per arterias vel venas nõ pulsatiles ad pedes sicut ad ceteras iuncturas fluunt, Et hij quidem humores sunt superfluitates secunde digestionis facte in epate, & superfluitates tercie digestionis que fit in venis & reliqui humores corporis faciunt ad hoc. Causa vero potentissima in generatione huius passionis & causa congregationis humorum in iuncturis est malitia regiminis in cibo & potu vt infra ostendemus. Sciendum est tamen quoniã non fluit alius humor putridus ad aliquod membrũ corporis nisi prius debilitatũ fuerit membrũ illud nisi fuerit cerebrũ vel auris vel oculus vel lingua vel stomacus vel epar vel aliqua iuncturarum, & quando fluit ad locum genu quod dicitur hic aluerach, & distrahitur & protenditur in crure & cũ pede dicitur haracalfasa, & quando fluit vrina ad alias iuncturas nominatus nomine illius iuncture. Debilitas autem manuũ & pedum ac reliquorũ membrorũ aut erit naturalis aut accidentalis. Naturalis est illa que a parentibus est hereditaria. Accidentalis vero que ab extra corpus euenit vt a percussione & similibus & verificatũ est nobis pluries causas debilitatis membrorum esse multitudo caloris & plurime humiditatis stupefacientis sensus ipsorũ naturaliter siue accidentaliter. Et dixit G. quod quilibet humoris fluxus prouenit ex eo quod membrũ fortis virtutis impellit ipsum ad membrum debile quod est quoniã facit membrũ recipere huiusmodi fluxibilitatem sibi impulsam, ita quod recipit eam & fit ei quasi sterquiliniũ ad recipiendũ sorditiem, Hec sunt videlicet virtus membri impellentis, debilitas membri recipientis in suo situ vt cũ fuerit sub membro impellente sibi & multitudo humorum. Dolor autem pedum primo incipit ab vna iuncturarum pedis, & quando prolongatur tempus eius currunt ad reliquas iuncturas pedis, & quando persistit in ipso apostema durificatur ad modũ lapidis & aperiuntur digiti, & fluunt ex ipsis res diuerse humide & sicce.

Modus podagræ

Ca fortissima podagræ

Doloris iũcturarũ causæ pulchræ Gal.

¶ De distinctione causarum alnatras. Capitulum. III.

Dicimus aũt quod cause generãtes alnatras & haras alnesa & dolorem scie sunt humores grossi flegmatici indigesti fit etiam ex abundantia sanguinis & ex colera rub. sed hoc contingit raro, & possibile est quidem miraculoso modo fieri ex mixtione vniuersorum humorum secundum id quod dilatantur per corpus. Et scripsit rursus sapiens quod causa generationis alnatras est assiduitas tristitie & cogitationum & sollicitudinis anime, & assiduitas equitandi equos & ab excessu saltus & cursus & suspensione pedum, & ex longa coram regibus & magnatibus assistentia & hijs similibus. Contingit etiam ex strictura calciamentorũ pedum, aut ex percussione, aut ex vehementi ligatura ex quibus omnibus debilitantur pedes & currunt ad eos humores superflui corporis, & fit inde podagra vt diximus. Fit etiam a casu ipsius membri proprie quod est quia possibile est nõ remanere in quolibet membrorum quando nutritur aliquod inconueniens superfluũ quod quidem expellit membrum ad cõcauitatem carnosam que in ipso est Et quando accidit sibi priuatio nutrimẽti vertit se ad aliam superfluitatem & nutritur ex ea & generatur inde predicta egritudo, & persistit nocumentũ in ipso membro & durities in iuncturis, Cuius curatio est difficilis, et possibile est fieri ab hereditate parentum vt diximus. Et G. quidem iam scripsit in expositione sui libri epidimiarum quod prima principia egritudinũ sunt duo, quoniam alia sunt ab hereditate parentũ, alia vero a propria cõplexione & dispositione vniuscuiusque corporum. Causa vero egritudinũ que fiũt a parentibus est quoniam non similantur filij suis patribus in toto corpore proprie sed in quibusdã remotis membris. Causatur ergo generatio passionũ in corpore a sua propria complexione & dispositione iuxta illud membrũ & eius dispositionem quod ceteris membris in vnoquoque corporum debilius existit. Signũ vero differentie quando humor & superfluitas existit in arterijs, & quando in venis nõ pulsatilibus est, quoniam cum visitat medicus membrũ patiens & sentit venas pulsantes pulsatione manifesta. Signũ est esse humorem in arterijs, quando quoque vero sentit pulsationem occultã valde tunc humor in venis existit nõ pulsatilibus. & possibile est ipsum ægrũ hoc ex se distinguere si bone distinctionis & puri sensus fuerit, quod est quoniam quando fuerit in arterijs sentit patiens tranquillitatem quã percipere poterat sua medicatione in tempore quod est intra attractionem venarũ pulsatiliũ ac earum distractionem. Si vero humor fuerit in venis nõ pulsatilibus dolor erit cõtinuus absque quiete & interpollatione augmentatur in hora cibi repletionis & alleuiatur in cibi alleuiatione. Melius autem huiusmodi predictorum est esse humorem in arterijs, quod est quoniã quando sumit cibũ quiescit aliquo modo, Et causa huius est quoniam humiditas cibi sedat & reprimit calorem naturalem.

Causæ podagræ sciatice & aliarũ iuncturarũ dolorum

Prima egritudinũ principia duo sunt

Cã ex parentibus

Sig. drĩæ quando humor est in arterijs & quando est in venis non pulsatilibus

Cause podagre vniuersales

Cause vero generatiuae alnatras vniuersaliter sunt hec/malicia regiminis in cibo & potu cū inordinate fuerit vt repletio multa & continuatio humoris crudi & indigesti & assiduitas inebrietatis vini veteris & fortis & maxime ieiuno stomacho potus aque frigide multe subito & maxime post laborem & post ingressum in balneū, & post coitū plura qes & ociū, & priuatio temperati laboris & exercitij, raritas euacuationis quia vsus est motu post cibū, ingressus in balneū post plenitudinem, coitus post plenitudinem, & vniuersaliter omnes cause generatiue malitie digestionis, Qd' aūt efficit generationem horū humorꝝ est in plurimū frigiditas complexionis corporis. Causarū vero potissima generationis podagre est frequentatio coitus, & ꝑpter hoc nō contingit hec passio pueris & adolescentibus & mulieribus, pueri nāqꝫ nequeunt agere cum mulieribus, mulieres vero nō fatigantur in tempore coitus quemadmodum & viri, & quia sua corpora singulis mundificantˀ mensibus fluxu menstrui sanguinis. Si vero accidit hæc passio pueris fit hoc ex plena humorꝝ congregatione in suis corporibus ex multis & diuersis cibis sumptis & raro ipsorum cautela a malis cibis & quia secuntur appetitū & maxime si nō exerceant laborem alicuius artis nec cibus digeritur in ipsis. Preseruatio aūt a dolore iuncturarū fit cum euitatione harum predictarum rerum, & cauendo a fatigatione illius iuncture dolorose cōtinuatione subtilis regiminis & vrine dispositione plurimūqꝫ languorꝝ articulorum curatio fit cum subtili regimine vt infra perfecte ostendemus. Differentia vero que est inter dolorem podagre venientem ex malicia complexionis cū humore & dolorem podagricum prouenientem ex sola malicia complexionis sine humore, est quoniam quādo sentit dolorem tantum preterqꝫ percipiat plenitudinem in venis & corpore tunc est ex mala complexione sola. Quando vero fuerit ex mala complexione cum humore sentit plenitudinem in venis & corpore. Signa iudicatiua huius est magnitudo pulsus respectu precedentis, grauitas totius corporis, membrorum extensio pigricia, tarditas motionū nō cum debilitate sed ad modum lapsitudinis, euulsio venarū in facie & in oculis & reliquo corpis, intensio rubedinis faciei, grauitas frontis & timporum & amissio cogitatōis, & defectus cibi appetitus, cum augmento quantitatis sanguinis, & quia patiens ante hoc vsus est quiete & ocio & neglexit laborem & euacuationem. Signum huius ægritudinis prouenientis ex flegmate est qm̄ sentit patiens modicū dolorem & fortem grauitatem in pedibus & extensionem cū multitudine, & color infirmi declinans est ad albedinem, & reperitur frigidus locus in tactu, & sedatˀ dolor apud calorem & incitatˀ cū frigidis, & est vrina eius alba & grossa, & cōtingit hoc maxime senibus & viris ocij & qetis vt ꝑlatis & magnatibꝰ in tpe frigoris & assidue vtentibus cibis hūidis. Signū ex causa sanguinis est rubedo pedū & remissio coloris & dolor remissior est dolore veniente ex causa colere ru. & fiant apa & inflatio maior ꝑpter humiditatem sanguinis, & vrina eius est rubea & grossa, pulsus vero freqūes & continuus grossus & plenus, & maxime cōtingūt hec postqꝫ alleuiatˀ & ꝑcipue vino grosso vtenti & incitatur in vere. Signū ex col. rub. est vehementia doloris aut eius continuatio cū vstione & mordicatione & inflāmatione pedū cū forti calore, & est color patientis rubeus ad citrinitatem declinans & tactus pedū est calidus & augmentatˀ dolor apud vsum rerū calidarꝫ & in tempore caloris, & sedatur apud vsum rerum frigidarꝫ & plurime contingit iuuenibus & in estate & ꝑprie calidis cibis & potibus vtentibus. Signū eius ex colera nigra est quia color declinat ad liuiditatem & nigredinem, & tactus eius est frigidus & sentit in eo grauitatem & amissionem motus & qn̄qꝫ dolorem & fit apa paruū, & accidit hoc ꝑcipue annosis & in tpe frigoris & nutritis cibis generantibus coleram nigram. Signum vero eius ex permixtione humorum nō est difficile discernere post cognitionem simplicium ex modis predictis. Et sciendū est ꝙ quicquid diximus de alnatras. s. ex causis ipsam offendentibus & signis eam ostendentibus, idem considerandum est de dolore iuncturarum manuum & pedum genuū & similium Curatio alnatras frigide quod consideretur si patiens fuerit debilis natura laxetur cum medicinis subtilibus sicut cum medicina cartami. Cuius modus est ꝙ accipiatur medulla cartami lib. i. & de baurac alhebarum. ℨ. x. teratur totū & conficiatur cum ceruisia de ficubus & bibat ex eo patiens omni die. ℥. i. vel plus vel minus scd'm virtutem, vel accipiatur de semine vrticæ ℨ. i. baurac quarta pars. ℨ. & bibat illud patiens cum aqua calida quoniam hoc mundificat ventrem. Et si patiens fuerit fortis & humor multus & grossus laxetur cum colloquintid. centaurˀ. aut compositione pillularum almatan, aut pillularum alceneban, aut pillularum alsirag, aut cum pillulis sirnegen. & laxetur pluries iuxta sui consuetudinem & patientis virtutem. ¶ Modus pillularum de hermodactilis conferentium dolori iuncturarum & podagræ ex humoribus grossis. Recipe

Marginal notes (left column): Coitꝰ ex podagre causis potissima — Preseruatio a iuncturarum dolore — Differūt dolor podagræ ex mala cōplexione materiali a nōmateriali — Sig. iudicatiua — Sig. ex flegmate

Marginal notes (right column): Sig. ex sanguine — Sig. ex cole. ru. — Sig. ex cole. ni. — Sig. ex hūoꝝ permixtiōe — Cura podagre frigidæ — Pillule de hermodactilis

aloes rubei hermodact. mirabolanorum citrinorum coloquint. turbith albi armoniaci serapini an. 3 iij. sarcocolle eufor. castor. opopan. seminis ar mel. seminis apij an. 3. v. croci. 3. ij. terant oia & conficiant cum succo feniculi, & fiant inde parue pillule & exsiccent ad vmbrã, & dosis eorum sit. 3. i. & . v. cum aqua calida vel. 3. ij. & . v post cautionem eius a malis cibis. Modus pulueris de quo bibendũ est in tpe vehementie doloris, alleuiat em illud & sedat, accipiat ex hermodact. & ex zuccaro partes equales terantur & cribellent & sumat ex eo. 3. iij, cum aqua frigida. Et nos quidem iam scripsimus plures cõpositiones de hmõi medicinis in suo loco, postea vero faciat vomitũ cum radice secaniabin al muri & sale. Qd' si cogeret ipsum necessitas ad medicinã fortioris mundificatõis ex eo qd' est in corpe multũ flegma grossũ & virtus fortis & diuersa oportet ꝓuocari vomitũ cũ nuce indica & similibus ex medicinis fortibus vomitus q̃ in suo loco describunt. Medicine ꝓuocantes vrinã eradicãt dolorem iuncturarũ & alnatres pfecte eradicatione, & nõ decet eos accipere nisi eos in quorũ corpibus multũ flegma crudũ & grossum & aquosum sunt, sed caueant ab eis quicũq; passi fuerint hanc passionem ex calida causa, & pcipiant manifestũ iuuamentũ ex disterijs ex coloquint. & centaur. & similibus.

Modus clisterij fortis. ℞. coloquintid. centaur. hasc camomille aneti arthemesie yne artetice an. partem vnã coquant omnia & colent de qua ℥. viij. accipiant & clisterizent cũ eis & oleo de kerua de psenti dactilo. Et nos scripsimus oĩa de hmõi plura in suo loco, & oportet quidem administrari patienti in diebus interpollationis de laxatiuis & vomitibus. alia alterantia cõplexionẽ sicut tyriaca alfaroc & flebotomia cũ sechaznaya vel elctũm vel electua. de cimino vel electu. de piperibus aut ex zinziber. & eorum que conferunt ei ad perfectũ iuuamentũ est yera colloquint. & similes que scripte sunt in suo loco, & bibat aquã decoctionis radicũ cũ oleo de kerua. Et qñ verificata fuerit perfecta mundificatio capitis emplastretur cũ emplastro lente caliditatis vt vitellis ouorum cum rob de vuis qd' dicitur sapa & medulla panis de simila qd' dicitur alfanud cũ croco & lacte mox mulso & succo cauliũ & ysopo & armel & folijs altee & similibus. Modus emplastri in principio ægritudinis administrandi & post euacuatõem ad confortandũ membrũ ab effusione humorum ℞. acacie aloes bazari sicci taratit & croci partes equales terantur & conficiant cum vino & emplastrent cum eo pedes. Modus alterius emplastri alterantis complexionem & sedantis dolorem emplastrent pedes cũ stor. & oleo sambucino, in declinatione aũt ægritudinis curetur cũ resolutiuis, competunt em valde qd' non petrificetur locus doloris & multiplicet virtutem resolutionis & eam administret quamdiu nõ procedit ad duriciem, sed cũ viderit ipsum durificatum amoueat resolutiuũ & administret mollificatiua quousq; remolliat, deinde redeat ad resolutiua & hoc modo erit possibile nõ remanere in membro residuũ qd' possit petrificari, & caueat administrare scd'm hunc modũ medicinas sedatiuas doloris nisi post fortem euacuationem & cibi subtilitatem vt diximus. Modus emplastri in declinatione egritudinis. ℞. farine fenug. camomille melliloti seminis lini harmel equaliter terantur totũ & permisceatur cũ vino veteri. Et si fuerit egritudo fortis frigiditatis & iunctura dolorosa vel pedes sunt frigidi tactus valde emplastretur cũ nitro piretro sirag & sinapi teratur totũ & conficiatur cũ eo. Modus emplastri prohibentis membrũ a petrificatione, accipiatur ex caseo veteri & forti & teratur cũ brodio cruriũ vacce vel vituli & emplastret cũ eo. Qd' aũt confert iuuamentũ podagricis ex frigida causa est q; sedeat patiens in oleo in quo cocti sint vulpes vel animal qd' dicitur albaha, & confert introitus in balneũ ieiuno stomacho & abstinentia a cibis grossis omnibus & ab aqua frigida & a crapula vini & coitu post repletionem & facere vniuersa que diximus.

¶ De duricie iuncturarum Capitulum. IIII.

Quando autem contingit duricies in iũcturis in pedibus curetur quandoq; cum resolutiuis, quãdoq; autem cum constrictiuis. Modus emplastri fortis dissolutionis. ℞. piretri aristolog. radicũ capparis lupini yreos stercoris columbini & nucum partes equales ficuũ siccarũ nigrarum ad pondus omnium teratur totũ cum oleo de kerua quousq; dissoluatur, postea dissoluetur & emplastretur cũ eo, Et plura nos scripsimus ex hijs in suo loco. Curatio alnatras que fit ex sanguine est q; flebotomet patiens a parte opposita egritudini, vt si fuerit dolor in dextro fiat flebotomia in vena basilica sinistri brachij aut in aliquibus ramis ipsius, sed cum inueterata fuerit egritudo extrahat ex sanguine eiusdem partis egritudinis, & si non sufficit flebotomia laxetur natura patientis cum eo quod sedat acuitatem & laxet coleram citrinam vt est q; accipiatur lib. i. iulep & infundantur in eo. 3. x. mirabola. citri, pulueriz atorum & cribellatorum & permaneant ibi die ac nocte, postea coletur & apposita in ipso. ℥. i. muscilaginis psilij, sumat ipsum

Marginalia: Puluis ex hermodactil. — Clistere forte — Emplast. — Aliud emplastrum — Aliud emplastrum — Mod' emplastri ꝓhibentis mẽbrũ a petrificatione — Cura duriciei iũcturarum — Emplast. dissolutiuum — Cura podagre ex sanguine

totum, vel accipiatur de medulla cassiefistulae & trangebin corasieni añ. ʒ. vi. dissoluatur in succo solatri cocti & depurati & sumat totum. Quod aūt vltimū confert iuuamentū in hoc est decoctio frigida hermodactil. Et modus eius

Potio

q accipiatur mirabol. citri. ʒ. xx. viol. foliorū ros. ru. añ. ʒ. vi. seminis endiuie. ʒ. iij. hermodactil. alborū. ʒ. ij. coquantur omnia in tribus lb. aque donec redeat ad terciā partem & coletur & ponat in eo de zuccaro albo. ʒ. x. & sumat.

Puluis expertus

Modus pulueris conferentis podagre calide & phibentis cursum humorū ad iuncturas & expertus. ℞. hermodactilorū alborū lentiū excorticatarū & ossium vstorū partes equales, zuccari albi ad pondus omniū puluerizent, & accipiat ex eo omni mane. ʒ. iij. Et cū certificatū fuerit penes te, qm̄ decisus est humor, emplastret cum emplastris confortatiuis & infrigidatiuis, vt succo solatri portulace semperuiue coriandro humido memithe cucur. lactuc. maluauisci endiuie iusquiamo humido folijs alhuseg sandal. folijs ro. fausel farina ordei camphora sicef memithe & apio si necessitas induxerit. Modus linitionis ad conferendū membrū est confe-

Linitio cōferens

rentiū magis q̄ infrigidatiuū. ℞. succi taratit acacie gallarū non maturarū sief memithe sandalorū foliorū ros. terantur equaliter omnia & distemperent cum aliquo succorū frigidorū & liniantur cū eo pedes, & si voluerit ipsam fortioris frigiditatis apponat in ipsa modicū camphore & opij. Modus trociscorū administrandorum in hora necessitatis & fortitudinis doloris nō vero administrandi sunt nisi post euacuationem. ℞. opij fortis & recentis. ʒ. x. cortic. mādragore. ʒ. v. terantur omnia & conficiant cum succo iusquiami nigri & aliarū herbarū frigidarum, & fiant ex ipsis trocisci & exsiccent & conseruentur, & quando indiget illis teratur vnus ipsorū cum aliquo succorū frigidorū & liniat cū eo membrū doloris & statim cessabit, & post recessum doloris abluatur membrū cum aqua calida. Et quando sedatū fuerit acumen egritudinis & tendit ad declinationem administrent epithimata resolutiua & confortatiua modo resolutiua modo confortatiua sicuti farina ordei semen lini camomille mellil. & maluauisci misceantur omnia post trituratoēm in mortario & supponat membro, vel superponat ei diaquilon aut cerotū factū cum oleo camomille aut sirag, & si perceperit fluxū humoris redeat ad medicinas confortatiuas quas diximus, & disponat infirmus cibum suū omne id q est aceto sitas stipticitas & frigiditas sicut cibaria ponticitatem habentia & granatia que sunt ex succo agreste & succo granatorū acetosorū. Curatio

Cura ex cole. ru.

alnatras ex colera rubea est laxare naturam in principio egritudinis cum decoctione mirabol. vel decoctione cassief. Decoctio conferens do-

Decoctio

lori iuncturarū prouenienti ex sanguine & colera rubea. ℞. succi granatorū acetosorū & expressorū cum pulpa eorū lib. s. & tantūdem iulep zuccarini & infundant in eo mirabol. citri. tritis & cribellatis. ʒ. v. die & nocte & colet & detur vel bibat ex sirupo prunorum. Modus

Sirup⁹ de prunis

sirupi de prunis sedantis calorem & laxantis coleram rub. & extinguentis sitim. Accipe ex prunis siccis pinguibus & laxatis in quantitate centum numero & infundant in aqua tribus diebus, postea exprimātur & colent & amota substantia horū prunorū renouent alij ad numerū prunorū & exponantur ad solem tribus diebus Alij cum aqua exprimant & colentur, & accipiat prima & secunda & apponatur. q. pondus sexte partis ipsius zuccari tabarzet & aspergatur super eo aliquid de aqua ros. coquat donec redeat ad modū sirupi, & bibat ex eo in tempore necessitatis ad leniendū naturam ad modū quo accipit iulep, & possibile est roborare hūc sirupū cum tamarindis & erit fortior ad infrigandum, & confert ad hoc aqua infusionis aloes cum succo endiuie. Et si nō sufficiat quod diximus administrent de alijs laxatiuis fortibus dictis in suo loco. Et quando verificata fuerit penes te decisio fluxus humoris a pedibus administrabis emplastra confortatiua que predicta sunt coniuncta vel separata. Modus empla-

Emplast.

stri conferentis apostemati ex colera ru. infundatur psiliū cum aceto & conquassetur bene & loco doloris superponat & infundant pecie pāni in succis herbarū frigidarū & superponatur membro inflammato calore vna vice post aliam pluries in die, & quando apā tendit ad declinationem administrent emplastra resolutiua cum ceroto & diaquilon & similibus. Curatio alna-

Cura ex cole. ni.

cras ex colera nigra est euacuatio cū laxatiuis & decoctionibus notis ad educendū coleram ni. & laxandum ipsam cum decoctione epithimi. Modus epithimi decoctōis completus ad edu-

Epithimi decoctio

cendum coleram nig. cū virtute. ℞. mirabol. nigrorum. ʒ. xx. polipo. sticad. añ. ʒ. v. sene. ʒ. vij. coquantur in tribus lib. aque donec redeat ad vnam lib. & ponant super ipsam de epithimo ʒ. x. & remoueatur ab igne & conseruet vsq ad incrastinū, postea vero exprimet & colet & apponatur ibi. ʒ. i. agar. & ʒ. iij. salis indi. & quarta pars. ʒ. elleb. nig. & quarta pars. ʒ. lapidis magnetis post sui triturationem cū secaniabin, & sumat illud apud horam somni, & quando verificata fuerit penes te humoris decisio sit tua sollicitudo apud resolutionem apatum cū effu

sione aquę calidę & emplastris calidis & temperatis vt ex bdellio armoni, serapino & opopan. & folijs lauri & oleo de lilio & oleo de nardino & similibus quę scripsimus in pluribus locis, & caueat a medicinis calidis & siccis vt non addant siccitatem ad locū ęgritudinis & elonget a se omne q generat coleram nigram sicut vniuersas carnes grossas & vinū nigrū, carnes salitas caules lentes & similia. Curatio alnatras ex colera & flegmate consistit in euacuatōe amborum humorū simul vt cum decoctione hac. Modus decoctionis laxantis flegma & coleram cum equalitate. ℞. corticū mirabol. citrinorum a. ℥. x. vsq ad. xv. turbit boni fricati a. ℥. iij. vsq ad. v. decoquatur in tribus lib. aquę donec redeat ad duas partes lib. vnius super aquam ponat ex zucco. ℥. x. & bibat illud simul potione. Qd si p̄fuerit co. ru. flegmati addat mirabol. Si vero flegma prefuerit addat turbith & demat ex mirabol. vsq deueniat ad intentum. si vero necesse fuerit alijs vti medicinis accipias ipsas ex proprijs notis locis de emplastris & decoctionibus scriptis in suis locis.

Cura ex cole. & flegmate

¶ De dolore coxę, Cap. V.

Dolor coxę propriā & singularem habet curationem, ꝓpter qd separamus eius memorationem a memoratōe dolorum aliarū iuncturaꝝ, & est quidem dolor coxę aliud a dolore scię quoniā dolor sciaticus distrahitur & ꝓtenditur a coxa vsq ad lacertum cruris & vsq ad pedem, & possibile est in ambobus lateribus esse, sed dolor fixus in suo loco persistit non declinans ab eo. Generatur aūt ex eisdem causis predictis in passione alnatras & cęterorū dolorū iuncturaꝝ qui fiunt ex occasione sanguinis aut reliquorū humorū aut expmixtione ipsorū ad inuicem, Et eius signa sumuntur sicut signa quę determinata sunt in illis Vnde si hmōi dolor prouenit ex sanguine flebotometur patiens vt dictum est semel aut bis, & si non erit sufficiens flebotomia laxetur cū hijs quę diximus, similiter quoq laxetur colera ru. quādo fuerit ex causa ipsius. Curatio vero eius quando fuerit ex flegmate consideret si virtus est fortis & existit in corpe aliquod modicū de calore, & est eorū quorū corpora videntur nisi nō frigescunt & nō dedignatur eorum digestio in hora ductionis sanguinis pręcedat flebotomia medicinas reliquas, & postea faciat vomitum, deinde laxetur, postea fiant reliquę curationes. Si fuerit debilis mali & fusci coloris faciei & eius caro est mollis nō debet flebotomari sed incipe cum vomitu forti & completo, & possibile est ipsum sanari cum vomitu solo. Modus medicaminis ad educendū flegma per

Dolor coxę differt a dolore scię

Causa

Signa

Cura ex sanguine

Cura ex flegmate

vomitū & eradicandū dolorem coxę. ℞. sinap. ℥. ij. baurac. ℥. i. condisi mundati tercia partis. ℥. teratur & bibatur cum ydromelle, & plura nos ea scripsimus ex compositionibus vomitus in suo loco qd sufficiunt, Et si nō curatur cū vomitu administrentur fortia laxatiua sicut pillulę alcebalhi vel pillulę almatan aut pillulę de hermodact. & similia, & fiant clisteria fortia & licinia quoniā vltime iuuant & non debet fieri laxatiuū nisi post vomitū. Modus pillularum educentiū flegma cū potentia a iuncturis & coxa. ℞. hermodact. baziadan & radix apij aā. ℥. ʒ. mahazahara terciam partem, ℥. turbit. ℥. iiij. colloquint. quartam partem. ℥. euforb. sextam partem. ℥. i. harnel. ℥. ʒ. fiat totum vna potio simul & addatur ex bdellio patientibus debilitatem in ano & ipsi erit mundificatū corpus cum laxatiuo & vngatur & emplastretur locus cum rebus calidis. Modus linitionis quo vngit mem brum frigidū & statim inflammat calore. ℞. piperis castor. euforb. sinap. aā. ℥. i. & ʒ. piretri. ℥. iij. teratur totū & ponatur inde. ℥. i. olei & liniatur cum eo membrū fortiter. Accipiat stercus columbinū & liniatur cum eo coxa vel vngatur cum anacardo & permittat ibi quousq tumescat locus. Et alius modus expertus commendatus a G. & nos experti sumus. ℞. seterag recens si potest haberi aut vetus & terantur cū modico lactis aut aceti, & superponatur in loco doloris coxę qui dicitur alsechad & cruribus, & dimittatur ibi ligatū per duas horas scd'm tolerantiam infirmi, hoc enim faciet tumorem super locum ęgritudinis, deinceps ingrediatur balneum & cum sudauerit ingrediatur tinā aquæ calidę & permittat apostema quousq fluxerit ex eo putredo, & possibile est eum cū hoc in vna vice sanari, Et si dolor redierit redeat emplastrū predictū vsq ad. x. dies & similem operationem operatur all. sinap. qualibet per se, & quando inantiquatus est dolor aut exierit coxa ex suo loco. Eius signū est continuatio doloris & palpatio capitis iuncturę ex supradicto loco exeūtis & inuenitur crus infirmū pręlongatū alteri & tunc accedat ad cauteriū vt dictum est, Et cōfert etiam appositio ventosaꝝ cum igne & attractatione vt ibi determinatū est. Curatio doloris ex col. nig. est euacuatio co. ni. sicut diximus & residuū curationis, & notandū est q nunq fit duricies in capite iuncturę coxę quod dicitur hadaluerec, & si accidit illud curatur cum rebus mollificatiuis sicut diximus. Cautela vero a dolore coxę consistit in euitatione coitus & ambulationis & frequentis equitationis pręcipue apud accessum paroxismi, & nō iacet infirmus resupinus, nec super latere infirmo, & recum-

Pillulæ

linimētū

Aliud linimētum

Cura ex cole. ni.

Cautela a dolore coxæ

bat totũ corpus sup capite iũcture & faciat somnum super latere sano & frequentem vomitũ in sui curatione & qđ ex laxatiuis administrat̃ & hoc erit fortius & eligatur de vltime iuuatiuis & reliquis doloribus iuncturaꝝ & podagre, Et si continuauerit hoc & ægritudo antiquat̃ cauterizet̃ locus vt dictũ est in suo loco.

¶ De dolore scię. Cap. VI.

Doloris scię descriptio

Dolor scię est dolor incipiens a capite iuncturę quę dicit̃ hac aluerec, & postea ꝓtenditur vsq; ad ventrem cruris, & possibile est extendi vsq; ad minimũ digitũ pedis, & q̄nq; protendit̃ ad radices coxaꝝ & extenditur cũ genibus, & q̄nq; fit in vtraq; parte.

Doloris scię gñationis cã

Generatur aũt aut ex bono sanguine puro obseruante naturã sanguinis in toto corpe existentis, aut generat̃ ex sanguine grosso nigro in modum eius expulsionis a natura, & possibile est fieri ex grossis humoribus in inferioribus corporis existentibus, & hęc species doloris sciatici reliquaꝝ specieꝝ est pessima & raro contingens, verũtamen eius curatio est facilis.

Sig. ex sanguine puro

Signum eius ex sanguine puro est q̄m accidit in corpibus sanguineis, & assidue facientibus motũ & equitationem cũ hęc vtuntur carnibus & potu vini alhalua & sentit patiens calorem extensum cũ extensione doloris, & possibile est ꝙ accidit ei ex calore, & fit locus per quem vadit vena a coxa & crure fortioris caloris in tactu quã residuum corporis, & contingit hoc plurime q̄n excedit plenitudo in hac vena, & acquirit sanguis putredinem, & ex hoc vigoratur dolor q̄m tunc offendit eum sanguis sua quantitate & qualitate simul.

Sig. ex sanguine cũ co. ni.

Signũ eius ex sanguine mixto cũ colera nig. est q̄n contingit hoc habentibus complexionem mł'icã & post vsus rerũ generantiũ ipsam sicut carniũ bouinaꝝ & salitaꝝ & pisciũ salitorum & alcechanac & vini grossi cauliũ lentium & similiũ, Et vniuersaliter eius signa vicina sunt signis primę speciei, hoc tamen sua ꝓprietate fit cũ modico calore & febre & maiori grauedine & extensione & tp̃is longitudine.

Sig. ex flegmati.

Signũ eius ex humoribus flegmaticis est q̄n percipit patiens motus grauitatem & frigiditatem, & cũ tangit̃ frons nõ percipit̃ in eo caliditas, & alleuiat̃ dolor apud famem & sitim & laborem & sudorem & vigorat̃ & incitatur apud saturationem & humorem crudũ qui dicitur cachuia & excessum potus vini cũ aqua temperata.

Cura ex sanguine

Curatio eius ex potentia sanguinis est cũ flebotomia venę basilicę imprimis si virtus est fortis, & est necesse quidem ꝙ detineatur patiens a cibo vno vel duobus diebus, & fiat flebotomia ex manu opposita pedi languenti maxime quando corpus plenum fuerit, aut subtilietur regimen post abstineat ab om̃i re multiplicante sanguinem vt carnibus & vino & alhalua & vtatur cibis acetosis & amaris & bibat secaniabin, postmodũ vero fiat flebotomia de vena scię proprie ex altera parte cruris in loco venę/ & si non apparet nec inueniri potest vena illa fiat ex aliquo ramusculorum suorũ super pede per modum ꝙ exit ex eo. s. inter minimũ digitũ pedis & qui dicunt̃ alhãsar & albausar digitorũ pedis, quia musculi qui sunt ibi ex ista vena procedunt, & nõ indigebit hęc ægritudo alio genere curationis, verũ tamen si fuerit sanguis mixtus cum colera tunc oportet euacuare coleram.

Alhãsar Albausar

Cura ex sanguine grosso & nigro

Curatio eius ex sanguine grosso & nigro est vt ante omnia incipiant frangere & alleuiare dolorem cum flebotomia, deinde laxetur co. ni. cum epithimo polip. mirabol. nigris. sale ind. agarico & similibus & abstineat a cibis generantibus coleram nig. & nutriatur cum his quę bonũ sanguinem & subtilem generant vt ouis sorbilibus pullis gallinaceis carnibus hędinis & agninis vino albo & subtili & persistat in quiete & ocio & balneo vt alleuietur a se generatio grossi sanguinis.

Cura ex hũorib⁹ flegmati.

Curatio eius ex humoribus flegmaticis est ꝙ accedatur ad sui curam cum vomitu primo, deinde cum hijs quę purgant flegma quemadmodum diximus in curatione coxę/ & caueat ab oleribus & bletis & fructibus humidis & vtatur assatis & frixis, & caueat a potu excessu aquę & bibat aliquibus diebus mel & secaniabin de melle aut sirupũ radicum, & detur ei in diebus interpollationis ęgritudinis de sechaznaya, aut ex tyriaca alfaroc aut yera hermetis & ex electuarijs calidis, & si cum hijs nõ recedit & non eradicatur ęgritudo, non potest euadere a cauterizatione quemadmodũ dictum est in suo loco.

Cautela ab ei⁹ spẽ ex sanguinis plenitudine

Cautela quidem ab eius specie quę fit ex causa plenitudinis sanguinis est ꝙ caueat ab omnibus quib⁹ abstinere debent patientes dolorem iuncturaꝝ ex occasione sanguinis & ea quę proprie sunt, vt abstineat ab eis, sunt excessus ambulationis & motus & grauis oneris delatio vel eleuatio, & caueat ab opere in quo oporteat fatigare locum dolentem forti fatigatione, a specie vero quę generatur ex abundantia humorum caue per ea quę diximus, & oportet eum multum sudare in balneo & sumere de medicinis deponentibus sudorem, Et si ægritudo inueteratur cauterizetur vt diximus. Cautela vero a doloribus iuncturarum ex causa sanguinea est cum hijs quę dicemus. Scito ꝙ intentio in curatione ægritudinũ est expellere & remouere causam facientem eas, in tempore vero sanitatis & priuationis ęgritudinis prohibere aduentum eius & hoc consistit in duobus. Primum est ꝙ ca-

Praeservatio a dolore iuncturarum ex sanguine in duobus consistit.

Regimen partheticis ex sanguine

uitat a regimine generante ventositatem, Alterum vero diminuere humores qui generantur & coadunantur absque mora antequam multiplicentur & congregentur & offendant membra principalia quibus erit necesse illos expellere ad alia membra debiliora sibi. Regimen autem expertum arteticis ex causa sanguinea consistit cum euitatione omnis cibi multiplicantis sanguinem vniuersaliter sicut sunt carnes & vina dulcia & grana dulcedinis quę dicuntur alhalua vel mel & granum coctum & harays farinata oua carnes agnine lac vuę valde dulces fructus dulces & acetosa simul quę dicuntur almuri melones ficus siccę & similia, & declinet eius cibum ad id quod exsiccat & minorat sanguinem sicut sunt cibaria quibus competit acetum sumac & ribes, & sit maior pars cibi eius lentes virides & cibaria que dicuntur almezoz & sachbag & squipecia vltime acetositatis, & ferculum quod dicitur alcaris quod fit ex carnibus hędinis & pullis gallinacijs & & auiculis assatis omnibus, aut fit mixtum cum eis acetum vel succus agrestę, & comedat ex fructibus granata dulcia & acetosa simul & poma & pruna & persica & crysomula & lazaruc & alhancara & similia. Et si natura infirmi fuerit declinans multum ad cibum carnium eligat ex ipsis quę sunt paucę nutritionis sicut carnes auicularum. Et si declinant ad vinum euitet grossum recens & dulce & valde vetus, & eligat ex generibus vini quod ex eis mediocre temperatum in tempore vigore fortitudine & subtilitate. Et si natura eius declinat ad quid dulcedinis euitet de ipsis quod fit cum melle dactilis & rob de vuis & eligat ex ipsis quę sint cum zuccaro, & vtatur sirupis subtiliantibus humores sicut est secaniabin simplex & genera rob acetosa, vniuersa vero olea non competunt ei pręter oleum sisamorum & oleum expressum ex oliuis recentibus non maturis. Et si eius natura tendit ad aliam quam prędicta emendet se ipsum secundum modum denotatum in suo loco, & caueat ab vltimata saturatione, & si peccauerit aliqua die excedens in plenitudine vltra quam oportet faciat vomitum illa die & non comedat in sero. Similiter quoque euitare oportet vniuscuiusque repletionem, & si fortuito excedit in ea mox redeat festinanter ad suum primum regimen & emendet in quo excessit & faciat cum hoc ea quę necessitas requirit in illa hora & flebotomia & laxatiuo & reliqua regiminis quę dicta sunt, Somnum vero vigilias laborem & quietem temperato modo eas exerceat. Coitus vero penitus est malus & offendens artheticos sicut iam determinauimus, verum quia quibusdam ipsorum minus nocet quibusdam alijs & possunt eo vti in hora necessitatis,

Coitus malus arthreticis

Et quando fuerit dolor in iuncturis inferioribus maxime in coxis oportet tunc omnino abstinere ab ipso, & caueat exercere coitum super plenitudinem & inebrietatem, & non intret in balneum Et oportet medicum visitare infirmum & pulsum eius omni die postquam obseruauerit in mente sua formam pulsus in tempore sanitatis existentem & visitet colorem cutis corporis, pręcipue autem faciei & oculorum, Et quando inuenit pulsum addentem ad magnitudinem & frequentationem & colorem addentem ad rubedinem, & signa plenitudinis viderit manifesta & nota inquirat super hijs in quibus infirmus in suo excesserit regimine & emendet ea. Et si fuerit illud a parte creationis non autem a parte cibi transferat ipsum ad vigilias & laborem, Et vniuersaliter dico quod eius regimen conueniens erit cum inquirentes & visitantes negotium infirmi iuxta visitationem hanc describemus ei regimen, ac ipse obediens adimplebit vniuersa quę sibi imponuntur & accesserit ad hoc antequam confirmetur ægritudo vt non accumuletur plenitudo in corpore vnde consequatur accessus ęgritudinis, Si vero neglexerit in prędictis & longo tempore pręseruauerit in hoc tunc possibile est accumulari plenitudinem nobis non percipientibus donec perueniens ad sui potentiam repente perueniat paroxismus ægritudinis. Hanc vero visitationem oportet esse precipuam magis in temporibus existentibus inter tempora paroxismorum ægritudinis & in temporibus in quibus cadit permixtio in suo regimine & excessus temperamenti, Et quando viderit signa plenitudinis manifesta & magna, & fuerit in temporibus ęgritudinis accedat ad flebotomiam vt diximus, & educatur ex sanguine in quantitate qua possit portare infirmus & quod sufficiens est euacuari a multa plenitudine, Et si apparent signa pauca & remissa incipiant cum alleuiatione & subtiliatione cibi & bibat aliquid quod ingrossat sanguinem & prohibeat fluxum & decursus humorum, deinde vero rediemus ad membrum patiens & occasionatum & confortabimus ipsum cum hijs quę diximus. Cautela a dolore iuncturarum ex colera rubea est quod consideretur si dolor est ex simplici qualitate absque humore tunc nitatur mutare complexionem cum rebus contrarijs illi complexioni, Si vero fuerit cum humore fiat euacuatio colerę rubeę & hoc nitatur facere in tempore sanitatis & absolutę ęgritudinis & pręcipue apud accessum eius aduentus, & abstineat omnino patiens ab omnibus quę generant coleram rubeam sicut sunt omnia dulcia & pinguia & mel & alkanna dactili. ficus rob de vuis passis zuccarum butyrum oleum oliuarum nuces

Cautela ex colera rubea

fistice allia cepe & similia, & sint plura cibariorum suorum eorum quorum memoratio precessit, & vtatur aqua ordei cucur. portula. farmach. i. atriplex & olus. i. litrã iamenum & citru. eiusq; genera & cibaria acria frangentia coleram rubeam sicut sunt sachbahag. i. squipecia & alhahasramia & similia & declinet cum hac intentione ad somnum & exercitium temperatum & lotionem in aqua frigida dulci, & hoc plurime faciat in doloribus prouenientibus ex sanguine, & frequenter visitet tactum pulsus vene & vrinam, & si viderit uenam addentem ad velocitatem & frequentationem, Vrinã vero tendentem ad frigiditatem & tincturã incipiat cum predicto regimine anteq; confirmet & vigoretur ægritudo quemadmodum diximus. Postq; viderit in humore acuminis excessum & corpus accedens ad declinationem non eam faciens euacuationem in principio ægritudinis nisi postq; inuestigauerit & considerauerit humorem & ipm in excessu inuenerit huiusmodi quidem manifestatur per ipsam iuncturam quandoq;, Si vero fuerit in ipsa apostema nec vulneratio nec cutis excoriatio erit signũ q; humor faciens egritudinem est modicus & ecõuerso nihilominus oportet rectificare complexionem quandoq; cum aqua ordei & muscilagine psilij & lacte statim mulso & que similia sunt hijs, & vtatur hijs cum aqua frigida vt aqua niuis & effundat aquam dulcem tepidam super membro & abluatur cum ea membrum & totum corpus simul post cibum, & ingrediatur balneum aque tepide & non calide frequenter paulatim pluries in die, & exerceat somnum & quietem diuturnã, deinceps vero faciat euacuationem proprie humoris colerici & decens est epithimare epar cum epithimatibus frigidis & bibat succum endiuie & solatri, & cum declinauerit acumen humoris addat paulatim in q;titate cibi & bibat vinum temperatum valde, & regatur regimine illius qui tendit ad impinguationem sui corporis, & cum impinguatũ fuerit corpus & caro multiplicata signum est tunc esse perfecte sanatum. Cautela vero a doloribus iuncturarum ex flegmate est q; abstineat patiens in temporibus quietis a cibis multiplicantibus flegma vt a carnibus agninis piscibus generibus lactis ouis humidis fructibus & vniuersis oleribus & vtatur assato frixo & carnibus salitis caprinis & auiculis modice humiditatis, & parentur ei cibaria subtilia iuuantia digestionem cibi sicut ciminum carui ysopo aceto sinapis almuri & similia, & sumat in tempore compositionis ex electuarijs subtilibus vt electuario de cimino & electuario de seminibus, & electuario de piperibus & pulegio, & sirupo de melle parato & similibus, & caueat a repletione cibi & vini & ab humore crudo, Et si aliqñ fuerit repletus faciat vomitum & non bibat vinum omnibus diebus vite sue. Et si non est ei possibile relinquere vinum ex nimia eius inclinatione ad ipsum abstineat ab eo saltim vno anno vel duobus quousq; dolor recedat, & oportet eum ingredi balneũ ieiuno stomacho & fricari corpus & iuncturas in ipso cum vitro, forti fricatione & exerceat se in labore fortiter, & non sumat cibum post ipsum immediate nisi post longam horam, & caueat a somno diurno, & ingenietur dormire tota nocte & nõ excitetur ne corrumpatur digestio cibi & multiplicent humores in suo corpore, demat de ipsa scdm quantitatem oportunam cum medicinis educentibus ipsam & hoc maxime apud accessum egritudinis, Quod autem confert preseruationi huius generis passionum iuncturarum est q; nisi circa depositionem vrine nihil est em quod ad sui iuuamentũ perueniat vt diximus. Compositiones autem & electuaria nota in vltimitate subtiliationis & bibat radicitus exstirpat hunc dolorem sicut est yera hermetis & tyriaca quatuor specierum & dualmusti si portare poterat vsum eorum cum assiduatione conferent, Et nos quidem plures compositiones descripsimus conferentes ad hoc in pluribus locis huius libri, & vniuersaliter genera euacuationũ vt vomitus flebotomia laxatiuum vrine depositio & sudor quando fuerit in suo tempore & assidue exstirpabunt iuncturarum dolores, Veruntamen si cum hoc sequatur patiens inebrietatem & plenitudinem cibi & confusionem ciborum cum malo regimine congregabunt humores in suo corpore & readunabit in ægritudine, & iam monuit G. non suscipere quenq; in curatione huiusmodi quorum consuetudo est repleri multo cibo & potu, & vtatur fructibus & ciborum confusione, & nobis etiam idem videtur non posse curari penitus tales quorum consuetudo in huiusmodi consistit, Bonum tamen atq; laudabile apud sui alleuiationem est vomitus, hic enim exstirpat flegma a suo fundamento, frequentatio tamen eius debilitat stomachum, & regat se reliquis modis curationis, & quoniam si non curetur de duricie que solet aduenire nec inueteratur ex eis hec passio. Et si nõ poterit infirmus tenere se a vino nec eius cibus absq; eo digeritur, faciemus sibi vinum ex passulis & melle in quo apponemus semen apij montani, Et si eius consuetudo est vti grossis cibis administrabimus ei omni tempore laxatiuũ de fortibus medicinis fortiter & vltime attra=

Sachbahag Alhahasramia

Cautela ex flegmate

Vini prohibitio ex toto

hentibus flegma, & si consuetus fuerit fructū gulositate faciat vomitū post eos cū electuarijs calidis, Caueat tamen a niue & ab aqua vltime frigiditatis, & si nō poterit se abstinere ab eis ingrediat̄ balneū postea & sudet perfecte in ipso, & continue vtatur medicinis fortis subtiliationis & ꝓuocantibus vrinā, Ille vero que iuuat dolores iuncturaꝝ post paruū excessum plenitudinis cibi aut post malū & indecens cibum est laxetur, & postea confortent̄ iuncture cū emplastris & oleis in tempore sanitatis & roborentur ab humorū receptione, & si postea iterum supueniat faciat medicinas alterantes compositionem ex hijs quas in suo loco diximus. Et si omnia p̄dicta minime valeant erit necesse cauterizari igne vt in suo loco dicetur.

¶De cautela a dolore iuncturarum. Capitulum. VII.

Cautela ex co. ni.

IAm diximus quidem ꝙ id qd' raro contingit de hmōi doloribus est ꝙ fit ex colera nigra, vnde oportet cauere ab omnibus quæ generant coleram nigrā, sicut sunt carnes bouine yrcine caprioline & carnes asini siluestris & leporū & carnes salite caules mellagrane fabæ lentes faseoli aluueri cicerū & similia & faciat euacuationem colere cū apparebunt signa pluries & paulatim sicut diximus, & decline t̄ cibus eius ad cibaria calida & humida cū æqualitate & tempamento aspidgabat. s. fercula facta ex pullis gallinarū & columbaꝝ coctis in aqua & carnibus iuuenū pecudū & precipue fœmellarum & assiduet introitū balnei aque dulcis temperati caloris & temperati aeris, & exerceat laborem & coitū modo mediocri & temperato, & si coacti fuerint bibere vinū sumat ipm temperatū valde & frequenter sumat ex electuarijs predictis vt yera hermetis & theodoricon & similibus.

¶De dolore dorsi. Cap. VIII.

Cā doloris siunctu rarū dorsi

DEscripsimus iam regulā doloris iūctu rarum eorūq; signa & curationes, separauimus aūt locū spinalis dorsi q̄m in eo est aliquid diuersitatis, & vt facile sit querenti inuenire quesitū. Dicimus aūt ꝙ fit dolor dorsi vel ex causa intrinseca vel extrinseca, Intrinseca est aut ex humore crudo qui effunditur ad dorsum quod & frequenter contingit aut ex humore flegmatico, aut ex renum debilitate vel egritudine in ipsis existente, aut ex repletione maioris vene spinalis dorsi & eius districtione & extensione qd' quidem raro & mōstruose contingit, aut ex ventositate grossa cōtingente dorso, aut ex nimia inanitione sicut ex nimio fluxu ventris & excessu coitus. Causa quidem extrinseca est vt percussio vel casus aut ex graui pondere, aut excessu laboris & ambulationis, aut excessu frigoris aeris vel niuis vel ex ingressu in aquā frigidā in tempore frigoris & similibus. Signū eius ex humore & fatigatione & incitat̄ & vigorat̄ apud quietem & ociū & si contingit concordare huic ætas & tempus & ea que processerunt de regimine infirmi erūt signa fortiora. Signū eius ex debilitate renū est perceptio doloris cū debilitate ac languore ipsorum, & quia minoratur desideriū venereum. Signum eius ex plenitudine maioris dorsi spinalis est dolor cōmunicans totū corpus cū pulsatōe & calore & reliqua signa corporis plenitudinis ex sanguine & rubedo vrine & viget pulsus, & si conueniunt ad hoc ætas & tempus erūt signa fortiora. Signū eius ex ventositate est illud qd' percipit infirmus sonitū in dorso in hora motus & inclinationis corporis & quia quandoq; alleuiatur quandoq; vigorat̄ dolor in lumbis. Signū eius ex inanitione est qd' manifestat̄ ex hoc. Signū eius ex causis ab extra contingentibus est ꝙ apparet infirm⁹ & refert, & possibile est superuenire illud apud eleuationem grauis ponderis subito inde statim sentit̄ dolor in dorso, & hoc frequenter accidit. Curatio doloris dorsi facti ex humore crudo & flegmate est ꝙ faciat vomitum in principio, & postea laxatiuum cum pillulis althenahay, aut cum pillulis aluatan, aut cum pillulis de hermodactilis aut cum pillulis de siturag, & si fuerit necesse facere clisteria fiant ex fortioribus ipsorum sicut diximus, deinde faciat euacuationem & embrocationem & fricationem cum linitionibus & oleis calidis sicut oleo de euforbio, aut oleo de castor. & similibus, deinde vero administrentur emplastra resolutiua super dorsum, & est vt accipiatur ex farina lupinoꝝ amarorum & coquantur cum aqua & melle ad modū farinate & pluries extendat̄ super dorsum, q̄m sanabit & expertū est, vel accipiatur de grosso frumento & fiat inde farinata quedam cū aqua & melle & pugillo vno ysopi montani & extendatur super dorsum & dolore coxe quoniā confert, & abstineat infirmus ab omnibus grossis cibarijs que diximus, & si nō curatur cum hijs cauterizetur vt est dictū in suo loco. Curatio eius ex causa debilitatis renū est cū hijs que diximus in passionibus renū & emplastretur dorsum cū eo qd' confortatur prohibet fluxū humorū ad ipsum. Curatio eius ex causa plenitudinis maioris vene dorsi est cū flebotomia vene basilice & potu succi granatoꝝ & introitū in aquā frigidam, & dormire in locis humidis & residuo regiminis & curationis que p̄dicta sunt in passionibus doloꝝ iuncturaꝝ ex sanguinea causa

Sig. ex hūore & fatigatione

Sig. ex debilitate renum

Sig. ex plenitudine maioris dorsi spinalis venæ

Sig. ex vētositate

Sig. ex inanitiōe

Sig. a causis extrinsecis

Cura ex humore crudo & flegmatico

Pil. Altenahay

Cura ex renū debilitate

Cura ex plenitudine maioris vene dorsi

Cura ex grossis vētositatib⁹

Curatio eius ex ventositatibus grossis est cum acceptione pillularū almatan vel pillularū serapini, in reliquis aūt diebus sumat decoctionem radicū, & electuariū de seminibus cū oleo de kic qđ est de kerua, aut oleo amigd. dulc. & accipiat ex electuarijs que dicunt aldebirat & alijs famosis ad expellendū ventositates. Curatio eius ex causa inanitionis excessus est cū impinguatione corporis & administratione clisteriorum notorū ad impinguandū corpus que descripta sunt in suo loco. Curatio eius a causis extrinsecis si fuerit ex frigore cum oleis calefacientibus & residuo regiminis. Si vero fuerit ex percussione vel casu fiat flebotomia in principio sui aduentus, & emplastret dorsum cū emplastris bonis & decentibus ad hoc. Si vero contingit in neruis passio aut solutio continuitatis inueniet curationem eius in suo loco proprio.

Cura ex inanitiōe

Cura ex causis extrinsecis

¶ De passione gibbositatis. Ca. IX

Gibbositas Ashadba

Passio quidem gibbositatis que dicit ashadba curatur apud principiū sui aduentus, si vero eius actio & forma completa & consumata fuerit nunq̄ valet ingeniatio circa eius curationem. Q̄ aūt vidimus & testari possumus hanc egritudinem aduenire est tempus etatis adolescentie, & generatio eius quidē fit aut in iuncturis spinalis dorsi, aut in pectore aut in ambobus simul, aut declinabit ad aliquam costarū suarū a dextris vel a sinistris, & accidit vel ex causa intrinseca vel extrinseca. Causa intrinseca est aut apostema generatū inter iuncturas spinalis dorsi inde torquetur iunctura & euellet exire, aut generabit apostema super dorso foris, aut fit ex humoribus grossis aut ex humiditatibus viscosis remollientibus iuncturas spinalis donec exeant. Causa vero extrinseca est aus casus aut percussio aut fractura in dorso. Signa indicantia vniuersaliter sunt strictura pueri anhelitus, & declinatio eius in horā sessionis, q̄ plurime in hora qua intendit quiescere sustinet se per alteram suarū manuū, & inclinat se super pectus & quando surgit superponit manus suas genubus & surgit & exit iunctura vel in dorso vel in pectore. Signū gibbositatis causa apostematis est ex eo quod precessit infirmo dolor dorsi cum calidis febribus ad modum febrium apostematū cum magnitudine pulsus & vehementia continui caloris & post febris quietationem remanet attractio extensio dolor & grauitas in dorso, deinceps vero incipit apparere gibbositas. Signum eius ex ventositatibus grossis est quia sicut post dolorem dorsi absq̄ febre & calore corporis nec illius loci cum humiditate complexionis. Signum eius ex percussione vel casu est ex eo quod infirmus refert, & possibile est contingere gibbositatem illam que contingit in quibusdam temporibus & in tempore senectutis que non est predictarū specierū. Incuruatio aūt senum fit ex debilitate caloris naturalis in quo fundata erat eorum sustentatio ex dominatione terrestris frigiditatis super eis & occupauerunt eos tenebre ꝓpter qđ incuruata est statura eorum quorum curatio nō est possibilis nisi se rexerint tempore iuuentutis & obseruatione singulorū que requirunt ad euitationem eius qđ generat hanc ægritudinem.

Causa intrinseca

Cā extrinseca

Si. vl̄iter indicātia

Sig. ex a pāte a dolore dorsi cū febre

Sig. ex vētositatib⁹ grossis

Sig. ex ꝑcussione vel casu

Cura ex sanguine

Curatio gibbositatis ex causa sanguinis est cū flebotomia vene basilice apud vehementiā doloris & potu medulle cassiefist. cū oleo amigdal. postea emplastret locus cum rebus fortis mollificationis, & est vt accipiatur cera citrina & dissoluatur cum oleo sisamorū qđ dicitur alsirag & pinguedine anserū & cum eo locus emplastretur, vel liniatur locus cum vngento alsahon aut cum diaquilon & similibus que in suo loco dicturi sumus & clisterizetur cum aqua decoctionis maluauisci seminis lini & fenugr. cui admisceatur oleum sisaminū aut oleū viol. Curatio eius ex ventositatib⁹ grossis est q̄ accipiat ex cōpositione pillularū de hermodactilis aut pillularū de serapino. Et si fuerit adolescens bibat aquam decoctionis radicum de oleo kiri, & electuario de seminibus, & emplastretur locus cum tyriaca quatuor specierum, aut cū emplastro de euforb. vel emplastro de castor. Modus emplastri conferentis huic passioni generatæ ex ventositatibus. ℞. storac. calamite mellis olibani calami aro. iuniperi aā. ℥. i. euforb. ℥. i. cære & olei nardini quantitatem oportunā misceatur totum & administret. Curatio eius ex humiditatibus liquefacientibus iūcturas spinalis dorsi est q̄ accipiat ex compositionibus p̄dictis sicut sunt pillule de seterag & pillule de hermodact. & bibat aquam decoctionis radicum cum yera pigra. Modus confectionis conferentis ventositatibus gibbosi & exsiccatiuis humiditatis. ℞. hueg spic. asar. mastic. darsen aā. ℨ. v. mirthe. ℨ. x. seminis apij & seminis armel yerambad doronici aā. ℨ. iij. & si inuoluantur omnia hec cū balsamo erit laudabilior & fortior, deinde conficiantur omnia cū melle despumato & sit dosis eius. ℨ. i. & . v. Et si est puer sumat ex eo parum & hoc cum aqua calida aut cū lacte asine q̄m valet cum auxilio dei. Curatio eius ex casu vel percussione est q̄ fiat flebotomia, & ligetur locus ligaminibus astrictis, & si hoc minime valet eis fiat cauterium vt in suo loco dicetur.

Vnguētū Alsahon

Cura ex grossis vē tositati.

Emplast.

Cura ex hūorib⁹ liq̄facien.

Cura ex casu vel ꝑcussione

De tortura venarum quę dicitur alduali. Capitulum. X,

Tortura venarũ q b⁹ & ex q cã pueniat

Tortura venarum est venę grossę rubeę plenę & nigrę tortuosę & confusę apparentes in superficie crurium, & accidit hoc plurime laborantibus forti fatigatione pręcipue sicut sunt portatores onerum & agricolę & fiunt ex sanguine grosso & melancolico. Signa Signum earum est manifestatio ipsorum ad sensum. Cura Et curatio ipsorum est cum latitantes fuerit flebotomia in alio loco, & si apparent flebotomentur in duobus aut tribus locis & pluribus & post flebotomiam basilicę & euacuetur colera nigra cruris & eductionem sanguinis a corpore frequenter faciat flebotomiam basilicę & euacuetur colera nigra, & caueat a cibis grossis & carnibus bouinis vino nigro caulibus melanginis dactilis & similibus, & euitet fatigationem pedum & ambulationem multam & cũ hoc cito sanabitur.

De passione elefantiæ. Capitulum. XI.

Elephãtica passio

Passio elefantia est inflatio cruris & pedis donec ingrossantur valde & similanť cruribus & pedibus elefantis, & propter hoc nuncupatť hæc passio elefantina, & quando perfecta & consumata fuerit ęgritudo nulla valet ingeniatio circa eius curationem, sed possibile est sanari apud sui originem, & generatur aut ex sanguine nigro in quo est acumen aut ex grosso flegmate. Sig. ex san. melã. Signum eius ex sanguine melancolico est quoniam est cum eo calor in tactu & offuscatio coloris, & si conueniunt ad hoc complexio ætas & tempus & pręcedens regimen infirmi erunt signa fortiora. Sig. ex flegmate Signum eius ex flegmate est grossities cruris & pedis cum effusione sanguinis ab eis & tunc est incurabilis. Cura ex san. nigro Curatio eius ex sanguine nigro in principio suę generationis est ꝙ flebotometur basilica ex manu opposita cruris infirmi, postea suspendanť ventosę super crure, aut flebotometur vena genu & administretur laxatiuum ad educendum coleram nigrã pluries & abstineat ab omni qđ generat coleram nigram, sicut sunt carnes bouinę lenticulę caules melangine & similia. & vtatur cibis pauci nutrimenti sicut sunt carnes auiũ & pullorum gallinarum hedorum & vitella ouorum & vinũm subtile & panis fermentatus & caueat ab humore crudo, postea vero liniať crus cum aliquo genere lutiterrę mineralis aut alrafl & alangebat cũ modico aluminis in aqua dissolutis & modico aceti, aut liniatur cũ acacia & folijs rosarum & similibus & superponanť hæc cruri sublata omni mora & negligentia vt humor reuertatur retrorsum, Et si videris humorem reuerti & nõ augmentari apostema superstet huic regimini, postea vero emplastretur crus cum emplastris resolutiuis quę dicta sunt in passione alnacras. i. podagrę. Cura ex grosso flegmate Curatio eius ex grosso flegmate est cum forti vomitu in principio & parcitate cibi, & vtatur vomitu qualibet hebdomada & maxime post repletionem, & ex trifera parua omni die. ʒ. iij. cum. ʒ. ϛ. olibani & tantundem de zinzibere, Et vniuersaliter dico quoniam oportet exsiccare corpus cũ medicinis & regimine ciborum & euitare vniuersos cibos humidos & declinet ad assata & frixa & panem aridum & bene coctum cum aceto & oleo communi alsamach & similibus, postea vero liniatur crus in principio ægritudinis cum aloe myrrha acacia & croco cum vino forti & pontico, aut emplastretur cum stercore bouino & vino, aut cum stercore caprino & ligetur fortiter postmodum desuper. Et qñ videris esse alleuiatum apostema & ipsum in suo statu permanere cum rebus resolutiuis & permaneat in suo regimine, & confert apud finem ægritudinis sepelire crura cum arena calida & calore solis vel ignis.

De passione venæ exeuntis Capitulum. XII.

Sig. venę exeuntis

Signum indicans ipsum apud sui exitum, quoniam fit in crure vel pede vel alia parte corporis pustula siue vlcus & consecuntur exinde membrum illud inflammatio & dolor, postea vero tumor in vlcere, & generatur super eo apostema, & postea exit ex eo vena alba ad modum subtilis cordę quę si attrahitur & elongatur multum, & hæc passio plurime accidit in prouincijs alhagaz & in regionibus calidis & siccis paucarum aquarum. Cura Curatio eius & euitatio generationis ipsius est humectare & impinguare corpus cum cibo & balneo, & euitet omnia olera & fructus in locis in quibus solet hęc passio generari quoniam hęc sunt quę ipsã generãt. Modus medicaminis conferentis huic ęgritudini in hora apparitionis tumoris in loco & exitus venę & est ꝙ bibat omni die patiens. ʒ. ϛ. de aloe bis in die, hoc eñi delebit ipsum in ęternum, sed si de eo iam aliqđ exierit nõ valet ĩgeniatio nisi vt attrahatur si est

partia quousq egrediatur tota, & si est longa ligetur in extremitate ipsius arundo plumbea in pondere vnius.3.& deducatur in ipsum quic qd exierit de eo,& caueat ne vena detruncatur quoniam si detruncabitur requiret magnum in genium & subtile artificium in sui curatione, mortificatio vero ipsius fit cum eius exitu perfecte. Et nos determinauimus hoc in manuali operatione & documento artificij tractatu de vniuersis generibus apostematum & nominibus ipsorum.

¶TRACTATVS.XXIX.DE GENEribus apostematis & vulnerum,in duas diuiditur sectiones, quarum prima de apostematibus partitur in triginta vnũ capitula.

¶Sequitur de enumeratione generum apostematum.Capitulum.I.

APostematum genera sunt.xxx.s.apostema quod dicitur verem.i.apostema alflegmon eiusq species apostemata dicta aldemanul, rubedo quę dicitur alhanifa.i.erisipila,ignis persicus qui dicitur aluor alpasir,rubedo cum inflatione,vlcus niueum qd dicitur alcarha & alglagia formica & eius species,passio serpentis quę dicitur alhenas, corrosio apostema qd generatur in loco flebotomię, apostemata quę dicuntur althehani,apostemata frigidum flegmaticum,apa qd fit ex ventositate,apostema qd notũ est inflatione apostematum cancer sine vulnere,apostemata quę dicuntur aldubayla & almachla & achean & hancoria & alcaras,apostema qd dicitur alsalha & & alhacar algidria & alcoalib & alteaz,vulnus qd dicitur tachrac alcacar, corruptio extremitatis propter frigus apostemata quę fiunt in pedibus puerorum in tempore frigoris,strictura calciamenti qd dicit cefac alcaf alhartbra. Scito q vniuersaliter omne apostema generatur ex effusione humorum ad aliquod membrorum. Causę aũt effusionis humorũ sunt aut extrinsecę aut intrinsecę/extrinsecę sunt vt percussio casus alcarira aut alti & similia, intrinsecę vero vt excessus alicuius malorũ humorũ & dispositio illius membri ad recipiendum illum & hic quidem humor aut erit sanguis, aut col.ru.aut ventositates grossę,aut co.ni.aut permiscentur ad inuicem.

Causæ effusiõis humorum

¶De flegmone. Cap.II.

Flegmõ. gñatio

FLegmon est nomen grecum decisum flegma,est aũt iuxta intentionem G.cõmune nomen vniuscuiusq calidi apostematis, Generatur quippe aut ex sanguine aut col.ru. aut ex vtraq simul siue sit causa generationis eius intrinseca siue extrinseca,siue ex malicia cõplexionis simpliciter siue cum humore rubedo. Erisipila autem & eius species & formica cum suis speciebus cõmunicat hoc nomine flegmon & eius complexionis, Veruntamen differt quęlibet ad inuicem iuxta eorum propriã curam, Et causa huius apostematis est defluxus sanguinis ad aliqd membrorũ ita q implentur venę illius membri & madefit qd in eo est carne quemadmodũ madefacit spongia infusa in aqua,& hoc non est nisi ex effusione sanguinis ad illud membrũ pręter sui exigentiam, aut ex attractione ipsiusmet membri scdm sui naturã aut causa aliorum membrorum impellentium sanguinem ad ipsum.

¶De diuisione apostematũ quę dicuntur flegmationes.Caplm.III.

Flegmonis plures sunt spẽs

Est vna species quę generat ex sanguine ęquali in sua grossitie & subtilitate dulcedine acuitate & sui ęqualitate. Et est alia species quę generatur ex multitudine sanguinis ita vt non possint ipsum sustentare venę illius membri & exit cum subtili exitu quę dicit alresah & vadit ad loca vacua quę sunt inter membra,Et alia species fit ex sanguine putrido grosso,Et alia quidem species est quę generatur ex subtili sanguine cum col.ru.mixta,Est & alia quę generat ex putrido sanguine adhęrente infixo membro,& ex speciebus eius sunt apostemata quę dicunt aldemanul & apa costarum & apa pulmonis & squinantia,& apa qd dicit algeder quę sunt in radicibus coxarũ & sub assellis, & possibile est componi ęqualiter ex sanguine & co.ru.& appellatur tunc herisipila & flegmon simul,& qñ alterum superat alterum appellabitur apa eius nomine: & generat hoc apa aut ex causa extrinseca aut intrinseca,aut ex malicia complexionis simplici,aut ex malicia cõposita. Causa vero extrinseca est omnis causa nociua vt percussio vulnus contusio fractura & commotio & similia. Signa apatis flegmonis vniuersaliter sunt inflatio apatis & fortis dolor nisi fuerit membrũ in quo est apa debilis sensus,& sequitur infirmum intus in membro & eius profundo pulsatio valde offendens ita q ęstimat infirmus q illud membrũ attrahit ad vniuersas partes,& qd est contusum & sentit in eo fortem dolorem cũ rubedine simili rubedini causatę ex balneo vel ex accessu ad ignem,& qñ tangit apa sentit in eo sub tactu in pulso,& aspirat infirm⁹ frigus ex excessu sex⁹ caloris. Inquit auctor differt forma flegmonis a causis extrinsecis per ea q̃ diximus,& hoc nõ eget maiori signo q̃ sensus est,& diuersificatur

Algeder

Sig. flegmonis vniuersaliter

etiam propter situm locorum, quoniam membrum in quo fit apostema si fuerit in loco carnoso occupabit ex eo magnum locum, & dilatatur apostema in ipso & alleuiat in eo aliquantulum dolor, Si fuerit in loco vacuo carne & super pede manu & crure & genu apostema fiet paruum & dolor & febres fortiores fient, Et si fuerit in dorso erit apostema maius & cum maturũ fuerit in ipso plura orificia similia spongię marinę in suo colore, & propter hoc dicetur apostema spongiosum, & est difficilis curationis & maxime quando fit in corporibus senũ. Causa vero eius magnitudinis in dorso prę cęteris locis corporis est quoniam in dorso virtus attractiua & in dorso maior existit ꝙ in cęteris membris. Curatio flegmonis est quando est a causa extrinseca vel casu vel percussione. Sciendum est quoniã diuersificatur curatio eius causa est intrinseca qđ est quia requiritur humectare apostema & infrigidare & dissoluere calefacere & desiccare ipsum & totum hoc scđm eius dispositionem & id quod generatur in ipso aut indigebit euacuatione sanguinis coadunati cũ scarificatione ferri vel cum attractione sanguisugę. Curatio vero eius ex effusione humoris ꝙ iniciatur apud sui generationem cum flebotomia, si consentiunt ei notę conditiones & ex parte opposita, vel si fuerit apostema in parte sinistra fiat flebotomia de basilica seu vena alchal dextrę manus & econuerso, Et si fuerit apostema in pede dextro flebotometur de venis prędictis eius partis in brachio, & si non reperitur vena basilica fiat in aliquo ramusculorum eius Et si fuerit apostema inter locum qui dicitur al crati flebotometur vena cephalica. Et nota ꝙ hoc apostema quatuor habet tempora. s. principium augmentum statum & declinationem, vnde oportet curare ipsum in sui principio cũ eo quod diuertat & repercutiat humorem & hęc est euacuatio sicut diximus cum emplastris de sand. balaust. folijs ro. lentibus mirta camphora & similibus, vel cum emplastro ex corticibus granatorum coctis in vino. Modus linitionis epithimatis conferentis omnibus apostematibus factis ex sanguine & forti inflatõe in principio, & est vt fricetur sandalis rubeis cum succo solatri, & epithimetur cum eo & madefiant pecię panni lini in aqua ros. infrigidata cum niue & operiatur cum his totus locus epithimationis apostematis, & cum exsiccetur pecia madefiat alia & superponatur sępe in die, postea vero abluatur apostema & reducatur super ipsũ epithima post horam, Et sic faciat continuo donec sedatur acumen apostematis, & diuertatur humor & dolor quiescat, & decens est fricari

Cura flegmonis a causa extrinseca

Cura ex effusione humoris

Epithima

sandalum cum aceto vini, & hoc quidem quando infusus est humor in profundo membri, & decens est congregari simul quando est apostema ęquale & medium inter formas predictas. Modus epithimatis ad diuertendum humorem & infrigidandum & sedandum dolorem & est bonum valde calido apostemati. ℞. sief memithe partem vnam acacię partem quartam opij tantundem teratur totũ cum succo solatri aut cum succo alicuius herbarum frigidarũ & epithimetur cum eo. Modus epithimatis conferentis & infrigidantis, accipiatur amidum de frumento & cerusa plumbea spodium & camphora, teratur totum cum aqua ros. & epithimetur cum eo. Modus epithimatis exsiccatiui quãdo humor est multus & timetur ne fit grossum apostema accipiatur de sandalis ru. & sief memithe bolo armeno & balaust. ferrugine ferri & mahgdad & teratur totum cum succo mirthę vel plantaginis, In augmento autem & statu apostematis oportet omnia esse cum quibus curatur apostema compositis & stipticis & resolutiuis & apponantur stiptica in tempore augmenti plura & fortiora, In statu vero resolutiua plura & fortiora, in declinatione aũt quando calor iam extinctus est oportet ꝙ curetur apostema cum rebus remollientibus & lauare id modicum quod residet in membro ex humoribus. Modus linitionis quod fieri debet tempore perfectionis status apostematis, accipiatur ex sandalo rub. & croco ęqualiter & teratur cum succo coriandri humidi & liniatur cum eo, & in ista linitione modicũ aliud est caliditatis. Modus linitionis ad hoc. ℞. sief memithe licij & aloes partes ęquales terantur cũ succo endiuię & erudine & apij, Et scias ꝙ hoc apostema quod fit ex sanguine impossibile est non terminari ad vnũ istorum trium quia vel resoluitur vel humor diuertitur aut quod aduenabitur. Et signum huius est quia persistit pulsatio & non valet in eo infrigidatio, & videtur apostema resolui donec congregetur in ipso putredo, & tunc oportet iuuare ipsum in maturatione aut durificabitur & efficietur durum. Et signum eius est quia sedatur dolor & alleuiat apostema & addit in duriciem. Modus linitionis administrandę in hora tranquillitatis doloris calidi cum indiget apostema resolutione & maturatione. & accipiatur farina maluauisci & camomillę & terantur & permisceantur cum aqua & extendatur de hoc super papiro & superponatur apostemati. Alia, accip farina seminis lini & coquatur cum furfuribus tritici cũ aqua & supponatur apostemati, & qñ videbitur congregari putredinem in apate oportet

Epithima aliud

Epithima aliud

Linitio

Alia linitio

Alia linitio

Alia linitio

Epithima ipm aperiri cũ hoc epithimate,& est q accipiat de succo endiuię & de herba eiusdem & ponat super igne & in cacia ferrea & misceatur cũ eis parũ de oleo viol.& liniatur super apostemate, hoc enim aperit omne apa,aut supponant caules cũ butyro vaccino,Et si nõ aperitur apa cũ hmõi accipiatur eius curatio ex curatione apertionis apatis dubaylę perfecto modo.

¶ Sequitur nunc de apostematibus quę dicuntur aldenul.Cap.IIII.

Mod⁹ aldenul HÆc apata sunt de genere apatum flegmonum & generat ex grosso & corrupto sanguine,& qñ non perficit in eis curatio possibile est cõgregari humores omnes ad vnum locũ & generatur ex eis apa qd' sit magis difficile illis,& possibile est q interficiat

Gñatio aldenul Et generatio quidem huius apatis est ex multitudine ciborũ generantiũ sanguinem, sicut est lac carnes & alhalua & vinũ dulce,& pcipue il li qui exercet & vtitur labore & equitatione & coitu post cibũ.

Signa Signũ huius apatis est rubedo loci cũ dolore & attractione & extensione quousq incipit apparere in ipso apostema augmentatur molestia & dolor & febris,& maxime cũ fit in corpore multi sensus,& quantum cũq accedat ad maturationem & putredinis congregationem vigoratur febris quousq perficiatur maturatio & tunc declinabunt febris & calor, Et scire te oportet quoniã horum apatum alia cito maturantur alia vero tarde/hic aũt permiscetur apa ex sanguine & colera rub.& erũt calor & febris furiosiores & cito fit maturatio & color loci non est perfectę rubedinis,& erit caput apostematis acutũ,Si vero permiscent apostemata ex sanguine & flegmate erunt dolor & calor remissi in lenta febre & color loci rubedinis remissę & fit caput apostematis latum,& possibile est videri plenum, Si vero componit ex sanguine & co.ni.erit dolor pauci acuminis cum diuturnitate temporis & tardatione maturationis,& color loci erit declinans ad nigredinem.

Cura Curatio horũ apostematum est cum hijs quę diximus in apostematibus cum flebotomia s.& residuo curationis,Verũtamen in huiusmodi apostematibus probaui apud sui principium ortus ipsorum experimentum quod mihi sępe verificatum est,& est q consideretur apostema in principio suę generationis quando est valde paruum anteq sentiet aliquid caloris & molestię/& tunc accipiatur lignũ de mirta aut de quocunq alio & calefiat inflammetur ad ignem cum quo cauterizetur caput apostematis,& postea ponat super eo totũ madefactum oleo ros.vel ceroto qm̃ hoc delebit apa,& nun q permittet illud tumescere,hoc tñ fieri debet

Expimentum laudabile

post sanguinis euacuatoẽm sicut diximus,deinĩ caueat infirmus ab omni qd' generat humorem grossum sicut alharays suũ frumentũ coctũ & carnes grossę & halua & vinũ dulce & sitia,& declinet cibaria eius ad acetosa & pontica vel ab ea quę vtraq intentione complectũt sicut sunt cibaria quę dicunt haseramia & vbasia & casahia & sehlagia,ex fructibus vero mala acetosa & dulcia simul granata & coctana & sitia,Et si viderit apa tendens ad maturatoẽm oportet iuuare ipsum post euacuationem,& emplastret cũ farina tritici boni qd' dicit alhamed cocta ad ignem cũ melle & oleo & modico cimini,vel terantur ficus siccę fortiter cũ modico baurac & emplastret,vel accipiat fermentũ cũ oleo cõmuni & sale,& superponat loco, Et si fuerit apa fortis doloris & corpus infirmi multi sensus accipiat vitellũ oui assati & oleo ro.& lac recẽs equaliter aut lac mulieris & modicũ succi alsari & scariolę & distemperent & supponant, Et si dolor fuerit valde fortis & calor similiter terantur cũ vitello oui folia iusqami & papaueris aut coriandri humidi & est expertũ,Emplm ad maturandũ oĩa apata terat modicũ sinapis cũ ficubus siccis & modicũ olei de lilio vel oleo sisamino & supponat aut emplastretur cũ diaquilon vel cũ vngento de melle.Modus vngenti de melle,accipiat de sarcocolla vna pars vel tm̃ de melle & teratur cũ eo & administretur,vel coquat mel per se vsq in spissationẽ,postea aspgatur sarcocol.super ipsum optime tritã & misceatur & extendat super pecia panni lini & superponat apati,hoc em̃ aperit & sugit qd' in eo est.Emplastrũ de carsena.i.orobo ad educendũ ex apatibus humores putridos accip ex farina orobi & distemperet cũ aqua & butyro & modico salis & caulis triti,& superponat vel misceatur super ipso modicũ de guma quercus qm̃ aperit & mundificat apa. Et si indigebis alijs medicaminibus inuenies ea quę in suo loco cõplete sunt.

Emplast.

Emplast. de carsena

¶ De rubedine quę dicitur alhanes .i.herisipila.Capitulum.V

Herisipilę p̃tes.spẽs ERisipila apa factũ ex colera & situatum in cuti tantũ, Cuius species sũt plures,est vna species quę dicit perfecta rubedo & herisipila,& generat ex sanguine bullienti subtilis substantię.Et est alia species quę nota est nõie alnira & appellat ignis persicus.Alia vero species quę dicit erisipila inflatiua & dicit alhanira almahnasta,& possibile est cõponi erisipilam cũ flegmone ęqliter,aut erũt signa erisipilę p̃dominãtia flegmoni,aut signa flegmonis p̃dominantia erisipilę,& scd'm illud p̃dominiũ appellabitur apostema nomine eius.Differentia

Alnira Alhanira Almahnasta

Differunt flegmō et herisipila. inter ipsum & flegmonem est quoniā flegmon erit in carne lacerti, & est color rubedinis fortis in ipso cum pulsatione. Signum perfecte erisipile est fortis calor inflāmatio & febris & est calidior tactu & mox & reuertitur & permanet, & tunc scias quoniam est ex subtili sanguine fluente liquido, & generatur super corio & nō transit & est sine pulsatione. Curatio eius fit cum euacuatione colere rubee primo si conditiones consentiunt cum eo qd' nō calefaciat multam calefactione & cum decoctione prunorum / vel cum sirupo viol. vel cum succo granatorū cum sua carne expressorum, vel cum aqua casei & scamonea, deinde vero cum flebotomia si apparet in eo plenitudo ex vena al achal, postea vero liniatur cum rebus frigidis & humidis vt psilio rasura cucurbit. portulaca & alcahalab & lenticula aque lactu. endiuia & similibus, & ex eis que maxime conferunt est q emplastret cum farina ordei & succo coriandri humidi antequam alteretur eius color, & est expertū, & est necesse q sit illud quod supponit ei humidū semper & renouari emplastrū super ipsum antequam exsiccetur, aut supponat emplastro pecias ipsas madefactas in aqua vna caloris quietationem.

Cura herisipile.

Modus linitionis conferentis herisipile & inflationi membrorū cuiuscūque. ℞. sand. ru. faseol' sief memithe ana spideg alrases. i. ceruse de plūbo boli armeni aā. partem vnam corticū mandragore opij aā. partem. ʒ. teratur totum bene & distemperetur cum aqua & liniatur cū eo, & postea madefiant pecie panni in aqua frigida & superponatur & remouetur quando incipiunt calefieri optime valet cum dei auxilio. Hanc aūt linitionem non oportet fieri nisi post euacuationem & apud vehementiā doloris & inflationis, & quando volueris soluere & maturare inflationem quanquam hoc raro sit necesse fieri, quoniā vt plurimū per se soluitur & maturatur superpones ei farinam ordei distemperatam cum aqua calida aut lana noua non lota aut ex medicinis alijs maturatiuis que describuntur in loco apatum que dicunt aldubayla.

Linitio

Cura ex causis extrinsecis. Curatio eius ex causis nocitiuis extrinsecis vt casu & percussione est q scarificetur in loco & superponatur ei farina ordei calidi & laxetur colera, & qn inflatio est modica sufficit administratio leuis clisterij & sanabit. Curatio erisipile mixte cum flegmone est q permisceat & componat medicina scd'm compositionē & pmixtionem morbi ne latere debet eius curatio cōpositi si scierit curationem simplicis, Et sit cibus infirmi cucur. cocta cū lentibus aut portulacū almef. i. genus leguminis vt ptisanā colatā ordeaceam & alia simil'ia que frangunt colerā nig.

Cura herisipile cū flegmone mixto

¶De igne persico. Cap'm. VI.

Ca ignis persici. Signa. Ignis persicus qui dicit' vlcus carbonosum generatur ex feruenti sanguine cum colera ni, mixto. Signa indicantia ipsum sunt qm̄ sunt pustule generate in supficie corpis per se si ne causa manifesta, habens tenues desup ampullas ni. & possibile est eas esse in colore cinericio cum forti calore & rubore ascendente super eas nō sicut rubedine puri sanguinis fluentis sed declinantis ad nigredinem & durities calidi apātis. Curatio eius in sui principio est q educatur de sanguine cū flebotomia loci oppositi egritudini & distrahatur de eo vsque ad sincopim vel circa illud, & si scarificetur locus post flebotomiā nō est nec inconueniens, & fiat scarificatio profunda in carne aliquantulū, Et sit cibus infirmi q subtiliet sanguinem preter acumen sicut est ptisana de ordeo & succus citroli & cucurb. & muscilago psilij superponat' postea loco vulneris medicine stiptice & est illud vt coquant' granata acetosa in aceto donec liquescant & terant' postea & extendatur de eis super pecia panni & superponat' aut liniatur locus cū alumine croco aceto, aut accipiatur de alumine pars vna & de cima partis ipsius ziniar & terantur & liniant' cum eis, Si vero egritudo deterius sese habebit & confirmabitur & videtur ampliari curet' curatione corrosionis vt in suo loco dicitur.

Cura

¶De erisipila inflatiua. Cap. VII

Si. herisipile inflatiue. Hoc est ex speciebus erisipile sicut dictum est, Et signa indicantia ipsam est apparitio inflāmationis subito in superficie corporis similis inflationibus sequentibus exustionem ignis, & cum aperiuntur & scinduntur exit ex illis aliquis liquor subtilis. Curatio huius est cū flebotomia q vtatur patiens succo prunorum granatorum acetosorum & alcelfal & alrabfal est omne genus pulmenti leguminum sed ꝓprie lentiū & omni q extinguit acumen sanguinis & aperit hmōi ampullationes donec fluat qd' est in ipsis, & postea curet' cum vngento de cerusa aut vngento de litargiro parato cum aqua ro. & curetur cū vngento de calce cum dei auxilio.

Cura

Alrabfal

¶De apostemate vuali. Ca. VIII

Si. apātis vualis. Hoc apostema etiam apā est de genere acutorū apostematū, Et signa indicantia ipsum sunt quoniā generant' in corpore pustule & postea sunt in illis ampulle tenues que dicuntur hascerisa, & fluit ex eis putredo & est simile subtile. Curatio eius est cū flebotomia & fricatione donec recedat tota caro corrupta & cum appositione sanguisugarum super loco, aut cum scarificatione & maxime qn antiquat', postea vero liniatur bolo armen. aut

Cura

talf.i.nitro, cum aceto & amoueant squame ab ipsis & fricetur quousq; rubeat, & postea apponatur medicina super loco & cessat ipsum ex siccare vna vice post aliam donec perueniat ad carnem viuam & sanam & subtilietur pellicula postea sanabitur.

¶ Sequitur de formica. Ca. IX.

Formice tres sunt species

Formica est de genere calidorum apostematum & appellatur rubedo muscina, cuius species sunt tres, quod est quod erit colera subtilis substantie aut grosse aut mediocris, Prima species fit ex subtili colera, & appellatur erisipila muscina & nominatur etiam vulnus dilatatum, & hec species appellatur suo nomine proprio quod est formica. Secunda vero species generatur ex colera grossa & appellatur formica corrosiua & dilatata. Tercia quidem species generatur ex colera media inter grossitiem & tenuitatem, & appellatur formica miliaris arab. guasia. Signum formice muscine corrosiue est quoniam primo generatur vna pustula parua vel plures cum pruritu & forti vstione & modica inflatione, postea vero fit vulnus & dilatatur de loco ad locum & profundat in cutim donec perueniat ad carnem.

Sig. formice corrosiuae

Signum formice miliaris est quia exit in sui principio pustule minute albe granis milij similes, & est cum eis fortis mordicatio & inflatio, & deflux⁹ putredinis & rubet quod circa eas est de carne & generatur super cuti.

Sig. formice muscine

Curatio formice muscine est cum euacuatione corporis a colera ru. deinde vero superponatur loco plantago & extremitates vitis & alhalic, postea vero emplastretur cum medicinis fortis siccitatis sicut lenticulis solis aut cum melle.

Cura formicae miliaris

Modus emplastri ad formicam & apostemata inflatiua, accipiatur corticum granatorum lenticularum ro. siccarum partes equales & coquantur omnia in aqua vltima coctione & exprimentur ab aqua & terantur optime & misceantur cum eis oleum ros. & exprimatur vltimo & superponatur,

Emplast.

Curatio corrosiue est quod dixim⁹ in curatione formice muscine. s. cum euacuatione & medicinis in quibus est frigiditas & stipticitas & liniatur cum hoc linimento.

Cura corrosiuae

Modus troc. conferentium herisipile formice & corrosioni iuuamentum maximum. ℞. croci balaust. an. ℥. i. corticum granatorum aluminis iameni squamarum eris an. ℥. iiij. terantur cum vino pontico & fiant troc. postea teratur vnus ipsorum cum aceto & melle secundum necessitatem egritudinis ad liniendum cum eo donec sanetur.

Trocisci

Curatio formice miliaris imprimis est cum euacuatione colere ru. & flebotomia sicut diximus, & si necesse fuerit deinde vero emplastretur desuper cum rebus modice stipticis & exsiccationis ex rebus. s. nominatis in alijs ambabus speciebus, & est quod liniatur cum memithe trita cum aqua aut cum modico aceti, aut succo solatri aut succo plantaginis vel acc. solatri & liniatur cum ipso eo, aut teratur litargirum cum aliquo predictorum succorum, & liniatur cum ipso,

Cura formicae miliaris

Est quidem & alia species formice que nominatur serpentalis. Dixit auctor differt hæc passio a specie formice miliaris, Et signa indicantia ipsum sunt quoniam apparent parue pustule albe similes milio & subito exeunt in superficie corporis, quorum figura similatur paruo serpenti exiens cum forti acumine inflatione & febre & non extendit & transit superficiem cutis nisi sit apostema compositum.

Formica serpentalis

Curatio eius est sicut curatio quam descripsimus in formica miliari, sicut cum euacuatione colere rubee /vel cum linitione cum succis frigidis sicut succo lact. endiuie & similium.

Cura serpentalis

¶ De corrosione. Cap. X.

Corrosio fit ex humore calido colerico Signum huius sunt quando vt plurimum contingit ex apostemate formice quando putrefit, aut ex herilipila aut alijs consimilibus egritudinibus calidis predictis, deinde accidit in eo nigredo vel viriditas aut color pauoninus, deinde rerit & dilatatur & corrodit primo & offenditur ab eo ita quod euelluntur extra & fluunt exinde cottidie humores putridi acuti subtiles.

Sig. corrosionis

Curatio eius in sui principio antequam incipiet dilatari est cum hijs que diximus in curatione formice corrosiue, quando vero dilatata fuerit fiat flebotomia a parte opposita si virtus concedit, postea vero euacuetur co. ru. si necesse fuerit, deinde emplastretur locus cum medicina acuta operante operatione ignis, & liniatur circumquaq; cum bolo arm. distemperato cum aceto, & si apostema efficitur nigrum & vigoratur nigredo in ipso superponatur ei sulphur tritum distemperatum cum butyro vna vice post aliam quousq; cadat nigredo.

Cura in principio

Medicine vero que operantur sicut operatio ignis algeg. i. vitriolum arsenici algar. i. gipsum & prior aqua saponis, & medicamen acutum quod dicitur dua alcana quod pre ceteris medicaminibus laudabilior est atq; nobilior, Cuius modus est quod accipiatur de arsenico citrino & calce non extincta an. lib. ʒ. ziniar argenti viui sal armon. alcali an. ℥. i. & ʒ. teratur totum cum vrina puerorum vel cum aqua saponis donec mortificetur argentum viuum, postea exsiccentur & terantur secundo, & aptetur cum instrumento quod nominatur alachal, & est vas sublimandi vt in suo loco determinatur, & fiat ignis desubter donec sublimetur, & accipiatur id quod sublimatum est & iterum teratur cum modico sale & bono zeg & secundario sublimetur, postea vero coadunetur totum id quod sublimatum in vase est quod

Medicamentum caute risatiuum forte

dicitur achal, & reseruetur in vase eneo rubeo qd non tangatur ab humiditate, & quando voluerit vti eo puluerizetur & aspergatur de eo super locũ corrosionis super omni apate, aut apatibus duris qui dicuntur alachhilul vel que dicuntur alnazor qñ volueris ea euellere & delere radicitus & superponat loco vbi est puluis foliũ vitis que dicitur carria & dimittat sic aliquibus diebus ꝙ nõ tangat quousqꝫ videat caro crescens ex omni latere per se, postea vero curetur apostema cum hijs que generant carnem Et hoc medicamen valet loco cauterij vt in pluribus locis, Et si nõ valent omnia hæc que diximus studeat curari cum operatione manus & cauterio vt in suo loco determinauimus. Descriptio pulueris faciens crescere carnẽ in vulneribus difficilis consolidationis, accipiat de farina orobi & puluere lilij alasmangoni añ.p.i. misceant simul & conuersent & aspergant desuper postqꝫ vnxerit locum cum oleo rosl. hoc enim accelerat carnis generationem.

Pul. incarnatiuus

¶ Sequitur nunc de apostemate qd fit in loco flebotomie. Capitulum. XI.

Contingit quandoqꝫ fieri quibusdã apostema calidũ in loco flebotomie & inflatione brachij / & fit illud tribus ex causis, aut ex strictura apertionis vene in hora flebotomationis vnde coadunat sanguis in orificio vene & apatur, aut contingit ex culpa flebotomatoris si profunde inciderit apertionem vene achal ita ꝙ facit vulnerationem in neruo, aut contingit ex excessu fatigationis brachij vel ex ingressu balnei anteqꝫ consolidetur vulnus. Signũ eius ex strictura apertionis vene est exitus sanguinis subtili emanatione & eius constrictio cito post difficultatem. Signũ eius ex vulneratione nerui arterie est quoniã accidit pluribus diebus grauitas motus, & possibile est ipm nõ sanari. Signũ eius ex fatigatione brachij aut eius stricta ligatione vel ex introitu balnei est ꝙ patiens refert, & possibile est contingere ex flebotomia qd maioris lesionis est qd est quoniam sub vena basilica latet magna arteria, quam possibile est aperiri, & excesserit flebotomator ꝓfundare in apertione vene donec perueniat ad concauitatem illius arteriæ vnde sequit fluxus sanguinis continuus, cuius constrictio fit difficilis. Et signũ huius est quia videtur sanguis rubeus procedens a vena cum abundantia, & qñqꝫ contingit ex flebotomia quibusdã hominibus inebriatis, nec curantibus restringere ligamen decenter ꝙ soluitur de se ligamen in hora somni & emanabit sanguis, vnde possibile est eos mori aut circa mortem peruenire. Curatio apationis loci flebotomiæ quando accidit ex

Apatis in loco flebotomie tres sunt causæ

Sig. ex strictura apertiõis venæ

Sig. ex lesione nerui

Sig. ex fatigatione brachij aut stricta ligatione aut introitu balnei

Cura apatis loci flebotomie

strictura apertionis vene est ꝙ flebotomet statim super loco flebotomie si est possibile, sin aũt laxetur infirmus & permittat vna die vel duobus, postea vero flebotomet iterũ, & si remanserit inflatio in brachio post illud curetur cum hijs que in suo loco dicemus. Curatio eius ex strictura ligaminis brachij est ꝙ soluatur aliqñ tulum ligamen flebotomie & vngatur brachiũ cum oleo rosl. & infrigidatur cũ aqua frigida vel cum succo aliquarꝫ herbarũ frigidarꝫ. Curatio eius ex fatigatione brachij est ꝙ desinat a fatigatione, & preseruet ne accidat fieri in eo apostema calidũ, Et si forsitan contingit fieri apostema ponatur desuper farina ordei cũ succo alfaris. i. scariole vel succo coriandri humidi Et si fuerit acumen apatis forte cum dolore fiat flebotomia ex alio brachio & superponant brachio vnctiones frigide sicut succus coriandri humidi cũ camphora, & quandocũqꝫ exsiccatur renouet donec recedat apostema & super ponatur ei iusquiamũ recens cũ oleo rosl. & medicine quas diximus in curatione erisipile & formice. Curatio eius ex vulnere nerui & grauitate motus qui sequitur ex ea est ꝙ nõ consideret si est in brachio calor nec rubor emplastret cum emplastro de euforb. vel cum emplastro de serapino, vel cum vngento alresel & similibus, vl accipiatur cære. ℥.x. euforb. ℥.i. olei oliuarum quant. ℥. liquefiat cum eo cera & puluerizetur euforb. desuper & emplastret super neruo. Et si fuerit cum apate inflatio & mollities & albedo & modicũ caloris curetur curatione apostematum molliũ que in suo loco dicetur. Curatio eius ex apertione arterie & fluxu sanguinis est ꝙ inuoluatur totũ cum albumine oui & aspergatur super ipsum de puluere aloes & sanguinis draconis, & intromittatur arterie imprimendo fortiter cum instrumento qd dicitur almarnad, postea constringat fortiter & inuoluatur cum pecia panni sapienter & dimittat sic tribus diebus, transactis vero tribus diebus soluantur ligamina cũ suauitate & imprimat cum digito orificio vulneris & ligetur cũ pecia panni, & dimittatur quousqꝫ sedetur acumen sanguinis vel quousqꝫ consolidetur vena. Curatio eius si soluta fuerit ligatura flebotomie & excesserit ex ea fluxus sanguinis est ꝙ incipiat patiens bibere aquam carniũ factam diligenter cũ vino, vel bibat vinũ odoriferũ & subtile & odoret galliam, & incidantur ante ipsum pulli galli nacei assati & approximet naribus fercula odorifera, appetitum cibi incitantia. Et si indiget alia cura regatur regimine sincopis que sequit ex excessu minutionis.

Cura ex strictura ligamis brachij

Cura ex fatigatiõe brachij

Cura ex vulnere nerui

Cura ex apertione arteriæ

Cura ex soluta ligatura

x

¶ Sequitur nunc de malis apostematibus que dicuntur alcubā & alcoasat. i. genera antracis. Cap. XII.

Alcubā & alcoasat plures sunt spēs. Sig. apos. i principio

HOrum quidem apostematum plures sunt species & vt in pluribus sunt mortifere/nam alia sunt viridia alia nigra & pauonina & cinericia. Signū ipsorū in principio generationis eorum est quia oriuntur pustule & inflationes cum inflatione forti & offensione superante virtutis tolerantiam & alteratur cito qđ est in ipsorum circuitu ad nigredinem aut ad viriditatem, & sequitur ea vomitus pulsatio cordis & sincopis, & quādo excesserint huiusmodi in ipsis accidentia, & virtus infirmi videtur ruere scias esse mortalia, & ex proprijs signis horum apatum est quoniā non suscipiunt curationem maxime si fuerit aer corruptus huiusmodi passiones abundant quoniā tunc sunt peiores, & plurime contingunt in fine æstatis vel hyemis. Curatio eorū vniuersaliter quando generatū est ꝙ administretur potu infirmo omne ꝙ confortat cor cum infrigidatione sicut puluere qui dicitur susuf/& de sandalis & sicut trocisci qui dicuntur acraz alcafor vel acraz alueres. i. trocis. de ro. & similia, & conferunt ad hoc granata acetosa & acetositas citri & olfactus frigidarum specierū sicut ros. & mirtę/& sit cibus eius lentes cum aceto & cibaria quę dicuntur alcatiz & alminania & alsechbaya, & omne quod ingrossat sanguinem, & confortat cor & extinguit excessum caloris, & confert huic ꝙ congregetur ante infirmum in multa quantitate niuis, & sit cubile infirmi in locis subterraneis quę dicuntur sardab, aut in domibus frigidis quę rorentur aqua frigida & aceto, & prosternenntur ibi herbę frigidę & aromaticę/deinde scarificetur apostema & abluatū a sanguine eius cum aqua calida vt non coaguletur & fugatur leniter & educatur sanguis leniter, vel suspendantur super ipso sanguisugæ & non inungatur vnctione frigida vt non dilatetur humor ad membra principalia & repente interficiat sed vngatur in principio cum algallia in qua sit modicum ben, aut emplastretur cū menta mixta cum passulis nigris, & magnifica finem intentionis & operationis tuę conseruare virtutem infirmi & infrigidare cor toto posse tuo, cito enim dissoluitur & perditur virtus in huiusmodi apostematibus, & superuenit fluxus ventris & moritū infirmus. Et si videris vulnus apostematis extendens & dilatans se curetū cum medicinis vrentibus vel cum cauterio ignis vt diximus.

Cura vlis.

¶ Sequitur nunc de apostemate flegmatico. Cap. XIII.

Apatis flegmatici qtuor sūt species

HVius apostematis quatuor sunt species, aut enim generatur ex grosso flegmate, aut ex ventositate fumosa, aut sicut illud quod generatur in tibijs & pedibus in passione ydropica, aut fit ex flegmate mixto cum colera nigra, & omne apostema quod fit ex flegmate nūcupatur gręce crimaalras ziuia & intentio est apostema molle. Signa apostematum vniuersaliter ex flegmate sunt frigiditas tactus & albedo coloris & priuatio doloris. Signa propria apostematis ex flegmate grosso sunt pauca durities & frigiditas tactus albedo coloris & priuatio doloris. Signa apostematis ex flegmate subtili sunt mollities apostematis & albedo coloris & quia permanet in ipso impressio digiti & non est cum eo dolor, sed est cū eo de grossitie & grauitate minus ꝙ in prima specie. Signum eius ex ventositate fumosa est quia fit molle & album, & non cedit impressioni tactus & quando percutitur resultat ex eo sonus ad modum timpani & est tumidum vt venter. Curatio apostematis ex flegmate grosso est ꝙ laxetur infirmus & fiat vomitus cum eo qđ educit flegma ꝙ diximus in curatione alnatras frigidę & fiat residuum curationis. Curatio eius ex flegmate subtili est ꝙ superponantur ei in principio medicinę quarum natura & virtus est simul confortare & resoluere, & illud est quod superponatur ei spongia marina noua infusa in aceto temperato cū aqua, nam spongia noua in eo qđ est in ipsa ex virtute aquę marinę resoluit, & si nō inuenitur noua accipiatū vetus, & abluatur bene cum aqua & nitro aut cū lixiuio vt per hoc lucretū virtutem nouę spongiæ, & oportet in principio ægritudinis si corpus fuerit humidum esse acetum temperatum cum aqua ita vt aqua temperet acetum, & si corpus est mediocre sit temperatio aceti cum mediocri modo ita ꝙ conueniat potu, & oportet quando fuerit apostema in brachio vel crure vel loco vbi possit ligari ꝙ superponatur membro spongia, & desuper ponatur alia vel vna circumdans apostema/& ligetur desuper ad modum ligaturæ fracturæ ossium. Cuius modus est ꝙ incipiet ligari subtus apostemate ligatura molli donec perueniat ad apostema & tunc ligetur astricte & bene, & si attrahitur ligamen ad superiora remolliatur & vt non recipiatur apostema vulnerum ex eo quod fluit ad ipsum. Et si nō confert ei hoc medicamen oportet vngi apostema cum oleo oliuarum & aspergi desuper sale & cineribus quercinis, deinde ligetur scdm modum prædictū, & ponatur su=

Sig. vlia

Sig. ex flegmate grosso

Si. ex flegmate subtili

Si. ex ventositate fumosa

Cura ex grosso flegmate

Cura ex flegmate subtili

per ipsum mel cum alumine iamenio aut murca olei oliuarum cum sale trito & superponantur folia tamarisci, aut folia mirtę, vel liniatur cum bolo armeno & aceto. Et concordauerunt omnes medici q spongia vel pecię panni submersi aceto & applicati cuicuq apostemati molli soluūt illud. Modus linitionis vtilis apati molli. ℞ aloes myrrhe licij acacię sief memithe ciperi croci boli armeni olibani partes æquales terantur cum aqua & fiant pillulę ad modum auellanæ & dissoluatur ex ipsis cum aceto vel cum succo caulis, & locus liniatur. Et si fuerit apostema in facie & in palpebris oculorum soluatur ex eis cum aqua ros. vel succo endiuię & modico aceti, & possibile est conferre apostematibus mollibus in fine vniuersa emplastra facta apostematibus calidis acc. curatio ex illis. Curatio apostematis quod generat ex ventositate fumosa huiusmodi apostema cito recedit & soluitur sine medicina, Si vero requirit eam curetur cum aceto & oleo ros. vel ambobus solis similium cum aceto & recedit cum ea, aut emplastretur in farina ordei calida, aut cum milio, aut cū aqua cinerum, & vngatur cum eo sanbac, vel cū oleo de ben. Et si hoc non sufficit emplastretur cum cineribus quercus & sarmentorum uitis distemperatis cum succo alabhal & carphe. id est. tamarisci & alhasci & ligetur fortiter, & caueat infirmus a repletione cibi & oleribus & leguminibus & sustineat famem & sitim, & hęc curatio detur apostemati molli.

Linitiones

Cura ex vētositate fumosa

¶ De apostemate quod nominatur inflatio. Capitulum. XIIII

Apatis qp noiat ifla tiognatio

HOc apostema nominatur passio inflationis, & generatur ex ventositate grossa & frigida, & hęc ventositas congregatur post pelliculas circumdātes ossa aut post pelliculum quod videtur dicere alsifac alfason aut zirbin, & possibile est congregari ventositatem in intestinis vel in corpore stomachi, & possibile est congregari post pelliculam circundantem musculum aut post cordas similes pelliculę & possibile est congregari in alijs locis corporis, Signa eius sunt quia manifestat ad sensum & tumefactio locorum in quibus accidit cum sensu extensionis, & possibile est sequi cum eo dolorem, & videtur tumor loci sicut vter cum difficultate resolutionis. Et nos quidem iam determinauimus speciem quę generatur in stomacho in loco distinctionis suarum infirmitatū. Curatio eius in vniuersali est curatio vna & est calefactiua cum subtiliatione, diuersificatur autem scd'm membrorū diuersitatem in quibus accidit ventositas, & scd'm illud est addendum & minuendū in medicina scd'm exigentiā & scd'm

Signa

Cura

dolorem consequentem ex ea, Ex medicinis aūt conferentibus ei sunt olea in qbus est ruta ciminum semen apij hortensis & montani semen erucę siluestris & fructus lauri, & conueniens est ex huiusmodi oleis cerotum, & superpone loco tumido, Hæc autem medicina mollit corpus & dissoluit ventositates sicut decoctio radicum, & electuariū ex seminibus & similia. & si sentitur cum hac ventositate aliquid de apostemate flegmatico, Cuius signa sunt dolor & aliqua reliqua accidentiū apostematis, euitet medicinas in quibus est fortis calor & acuitas & fiat illud modo debito, & misceatur cū oleis pinguedo gallinę aut anatis, & competit huic emplastratio ab extra, & quod melius & nobilius eis est emplastrū factum ex milio aut ex sale calidis vel cū pannis calidis, suspensio autem ventosarum cum igne est eis operatio bona. Et si fuerit apostema in loco carnoso curetur cum vngentis quibus inest pix & guma quercus pinguedo leonis & bouis, & emplastretur desuper cum emplastro facto cum stercore columbino & calce & cum emplastro de calce, & vniuersaliter cum omni medicina fortis subtiliationis & paucę virtutis humiditatis. Et iam determinauimus de huiusmodi emplastris & vngentis plura in suo loco, & si indigebit cauterio aut manuali operatione inueniet ipsa in suo loco.

¶ De duro apostemate. Cap. XV

Durorū apātum causę sunt tres

DVrum apostema appellatur a græcis squaros a diuturnitate sui temporis & dissolutōis difficultate, & causę istius sunt tres, aut enim fit ex flegmate grosso & viscoso multo & puro aut mixta & cōposita ex flegmate grosso & colera nigra aut fit ex errore medicinaꝝ tempore quo infrigidauerūt & constipauerunt calida apostemata forti constipatione & infrigidatione cuius dissolutio fit difficilis, & est apostema quod generatur paulatim & procedit crescendo quousq perficitur & deuenit ad suum statum & finem. Signū eius ex flegmate est albedo sui coloris & frigiditatis tactus. Signū eius ex compositione flegmatis & colerę nigrę est declinatio eius ad nigredinem & fortis durities & tactus frigiditatis &. q. antiquatur & durificatur & apparent in ipso venę rubeę aut nigrę & redit ad apostema qd' dicitur cancer. Differentia vero quę est inter apostema durum curabile & apostema incurabile est quoniam si fuerit cum duritie & multa priuatione sensus nunq curabitur, si vero sentit curatur, & si pauci sensus fuerit curabitur sed cum difficultate. Curatio duri apostematis & sensibilis & ex causa flegmatica est cum euacuatione fleg

Sig. ex flegmate

Sig. ex flegmate & co. ni.

Differunt apa durū curabile & incurabile

Cura duri apatis sensibilis & ex cā flegmatica

matis cũ hijs quę dicta sunt in podagra frigida, & regatur cũ residuo regiminis. Curatio eius ex compositione flegmatis & colerę nigrę q̃n fuerit sensibile est cum hijs quę diximus in curatione cancri de euacuatione colerę nigrę & reliquo regimine, & vniuersaliter curari debet apostema durum cũ hijs quę mollificant sicut sunt pinguedines & medullę & bdellium malue/& cum hijs quę quandoq; resoluunt. Modus vngenti resoluentis & emollientis, accipiatur ex semine lini puluerizato & effundat̃ super ip̃m aqua calida & pinguedo anseris & cæra & oleũ de lilio vel oleum sisaminũ liquefiat cæra cum oleo & misceatur totum & superponatur apostemati sensitiuo & duro. Modus alterius emplastri resoluentis dura apostemata vbicũq; fuerit, accipiatur ex bdellio teneri armoniaco & galbano partes æquales dissoluatur cum vino, postea accipiatur ex muscilagine fenugr. & seminis lini ad pondus prędictarũ specierũ & teratur totum in mortario cum oleo lini vel oleo de ben cum pondere medietatis omniũ ficuum siccarum & teratur totum & incorporetur bene donec rectificetur adæquatur, & efficiatur ad modum butyri cocti, postea vero ponatur de eo super quibusdã duris apostematibus vbicunq; fuerit. Est & quidem vnum aliud apostema durum cancrenosum quod sic dicitur, quia similatur cancro, & fit duobus modis, aut em̃ incipit ex se ipso, & sequitur post apostemata quando durescunt. Generatur aũt ex fæcibus grossi sanguinis, & est quidem ægritudo quæ si perueniat ad finem nunquã valet ingeniatio in sui curatione/nisi cum manuali operatione quando fuerit in membro in quo sit possibile ipsum eradicari funditus & perpetuo, aliter in suo loco dicitur, apud vero sui principiũ curet̃ cum hijs quę ipsum detineat in suo statu & nõ augmentetur. Signũ eius est quia incipit ad modum fabæ, & post dierum processum augetur in suo esse donec magnificatur & redit ei fortis durities & teneat in corpore radicem magnã rotundam liuidi coloris, & permiscentur ei venę virides ac nigrę ad quamlibet partium, & in eo est lentus calor repertus in tactu. Curatio eius in sui principio est q̃ euacuetur colera nigra paulatim & pluries cũ decoctione epithimi & cũ flebotomia venę al achal si signa sanguinis apparent & attendatur ad fluxũ sanguinis menstrualem mulieris si fuerit minoris ætatis quinquagenarię/& caueat ab omni cibo generante coleram nigram vt carnibus bouinis yrcinis & carnibus animaliũ siluestriũ & a vino nigro & grosso lentibus caulibus & canabita genus. caulium & carnibus salitis melangianis & similib⁹

Cura ex flegmate & col. ni.

Vnguẽtũ resoluens & emollitiuum.

Emplast.

Ap̃a cancrenosum duob⁹ fit modis

Signum

Cura

Et sint cibi eius semper qui generẽt sanguinem bonum subtilium partiũ sicut ptisana de ordeo pulli gallinacei fasiani & perdices & parui pisces recentes & ex oleribus sarmach. i. atriplex & oleis iameni & cucur. deinde superponat̃ ei emplastrũ quod prohibeat & repellat effusionem humoris ad ipsum post euacuationem, & hoc quidem cum solatro vel semperuiua & similibus, postea vero curetur cum eo quod resoluat paulatim cum æqualitate, & est q̃ accipiatur ex cineribus cancrorũ maris, & distemperentur cum butyro & oleo ros. & liniatur cum eo apostema cancrosum, Ex rebus aũt magis conferentibus huiusmodi prauis apostematib⁹ & scabiei quę sunt in ano & quę fiunt in virga & in manibus est q̃ studeat fieri mortariũ plũbeum & pistillum eius ex plumbo & terat cum eo bolum arme. & terram sigillatam cum aceto & aqua vel cum melle vel lacte recenti, vel cum oleo ros. vel cum oleo omfacino, de quo cunq; ipsorũ inuenerit donec nigrescat, & liniatur cũ eo apostemata, & confert iuuamento maximo apostemati cancroso in sui principio & residentia quę appellatur falesa inuenta in ollis balneorum veteribus, accipiatur & teratur cũ oleo ro. & liniatur cum eo apostema quoniam habet in eo ꝓprietatem mirabilem. Curatio vero ipsius cum ferro dicetur in cirurgia. Falesa

¶ Sequitur de cancro. Cap. XVI

Cancer cum vulnere contingit duobus modis, quia aut generatur de se aut sequitur ex operatione stulti medici. Signum eius est quia videtur vulnus mali coloris per totum eius circuitũ cum grossitie & mollitie de foris, & color ipsius est viridis & fluit ex eo putredo fœtida & humiditas aquosa pluribus diebus, & quantomagis abundauerit medicinis tanto plus addetur in sui malicia nec ei competũt. Curatio eius quando timetur de vulnere est cum euacuatione coleræ nigrę sæpe sicut diximus, & postea emplastretur desuper cũ exsiccatiuis medicinis vt ista medicina est. Modus linitionis ad cancrum cum vulnere accipiat̃ de cerusa alcasas calcinato & lotę partes æq̃les terant̃ cũ oleo ros. aut oleo de balaustijs vel cũ succo semp̃uiuę vel cũ succo solat̃. vel cũ succo portulacę aut cũ muscilagine psilij/de quocũq; ipsorũ inuenerit & superponat̃. Et si fiat in eo vulnus curet̃ cũ hac medicina. Si vero nõ erit ꝓficua cauterizetur vt diximus in suo loco.

Cãcer cũ vulnere duob⁹ fit modis

Signum

Cura

¶ De apostemate quod dicitur dubayla. Capitulũ. XVII

Dubayla descriptio

Dvbayla est apostema ex quo fluũt humores acuti & diuersi generatũ in interioribus partibus corporis vt in stoma

cho visceribus renibus vesica & alijs huiusmodi membris & intrinsecis, & generatur etiam in exterioribus partibus corporis, & lingua arabica appellatur aldubayla oraga id est, exitus intendunt per hoc exitus humorum ab interioribus membris ad exteriora, Fit autem duobus modis, aut enim fit ex apostemate calido ibidem antiquato, sicut flegmon, aut ex herisipila, aut ex formica & similibus calidis apostematibus. Alius vero modus est ex congregatione mali humoris in aliquorum membrorum preterquam ibi precesserit calidum apostema, Species vero humorum communicantium apostema quod dicitur dubayla plures & diuersæ sunt que in hora apertionis ipsorum apparent quando ipsorum aliquis est qui similatur butyro vel sanguini coagulato vel albumini oui vel muscilagini fluenti a naribus, aut pulmento tritici vel bitumini, aut vini fecibus, aut olei fecibus, Alij vero continent humores congelatos & durificatos ad modum lapidis vel ossis vel globo pilorum & similibus, & aliqui humorum fluunt cũ forti fœtore. Signum huius apostematis quando fuerit ex calido apostemate illic precedente est quod infirmus recitabit. Signũ huius alterius speciei est manifestatio ipsius ad sensum & quando imprimitur digito delectatur & sepelitur sub ipso, & hoc accidens communicat vtramqꝫ speciem, Differt autem sensu huius secunde speciei scd'm species humorum congregatorum in ipsa, Quod est quoniam aut erit humor subtilis aut grossus viscosus aut sanguis coagulatus. ¶ Inquit auctor ego ostendã quomodo cognoscatur, quoniam si accipiatur clauis vel acus & figatur in apostema quod dicitur ladubayla donec perueniat ad locum humorũ, & abstrahatur si fuerit humor aquosus statim exibit, & si fuerit sanguis parebit tibi illud, si vero fuerit humor coagulatus ad modum duri apostematis quod dicitur asela & similiũ nihil exibit per puncturam acus. Signa indicantia apostema aldubayla facilis curationis sunt quando extendit exire extra corpus ad partem cutis & habebit vnicum caput acutum & cõmuniter totum est maturum & æquale, & est durum in eius circuitu, & erit eius orificiũ inclinatum inferius & putredo fluens ab eo non est vltimi fœtoris, nec videtur in eius superficie pinguedo & erit humor æqualis in sui maturatione, & albus & leuis flegme / & erit apostema remotum a principalibus membris, & patiens apostema est sanus & ab acutis infirmitatibus liber. Signa aldubayle male & difficilis curationis sunt contraria signis supradictis. s. ꝙ habet duo capita vel plura & qd' fit extensum & latum plane ꝙ non sit acutum capite & ꝙ non sit cum duritie in eius circuitu & quod fluit ex eo est vltimi fœtoris, in cuius superficie videtur .q. pinguedo aut oleum aut erit quod fluit ex eo indigestum immaturatum. Curatio huius oportet primo considerare apostema si separabilis posset ingeniari ꝙ non congregentur in eo humores tunc flebotomabis ægrum a parte opposita ægritudini si poterit ferre flebotomiã, postea vero emplastretur apostema cum hoc emplastro, videlicet ꝙ accipiatur fermentum & coquatur ad ignem cum aqua & oleo cõmuni. Modus emplastri ad soluendum apostemata huiusmodi coquatur farina ordei cum aqua decoctionis ficuum siccarum pinguium, & fiat emplastrum, & si videtur corium loci fortiter attrahi scarificetur super ipso leniter & non profunde / postea vero emplastretur cum emplastro de farina ordei. Et si patet tibi ꝙ apostema paulatim resoluatur & sperabis finem eius resolutionis adde in aquam decoctionis ficuum modicũ salis, & caue penitus ne reddatur apostema durum ex excessu siccitatis medicinarum, & quando apparebit hoc in aliquo temporum misceatur cum aqua decoctionis ficuum aliquid mollificatiuum sicut radix altee semen lini pinguedo anatum aut gallinarum & similia. Et oportet visitare apostema diebus singulis bis in die quousqꝫ pateat tibi operatio vel effectus medicinarum. postea vero ingrediatur patiens balneum & visitetur apostema, & si inuenerit ipsum addens ad ebulitionem & super euenerit ei rubedo & acuitas studeas amouere ebulitionem, & sedare potentiam salsa, Et si resoluitur apostema cum huiusmodi quas diximus, & videbitur iam accedere apostema ad collectionem apostematis conferat sibi iuuamen ad sui maturationem cũ eo quod maturat apostema deinde aperiatur cum ferro. Signa indicantia maturationem apostematum aldubaylæ quæ aperiri possunt cum ferro sunt hæc, collectio putredinis, pulsatio, rubedo febris & apparitio

Dubayla duob⁹ fit modis

Sig. ex calido añate

Sig. alterius spẽi

Sig. facil' curatiõis

Sig. difficilis curationis

Cura huius apatẽ

Emplast.

Si. maturationem indicãtia

capitis acuti super eis, & perceptio putredinis tactu manus, & quando hæc signa videntur accedat ad apertionem ipsorum cum ferro in supereminenti loco. Et oportet esse orificium apostematis semper apertum a parte inferiori vt possit fluere putredo celeriter & q non congregetur putredo & efficietur apostema quod dicitur machba & putrescat caro que est in circuitu. ¶ Modus emplastri ad aperiendum cito apostema & valet loco ferri, accipiatur ex farina tritici cribellata a furfuribus, & fiat ex ea emplastrum pulmentum quod dicitur farinata, Accida idest farinata cum aqua & melle & butyro & succo ceparum super igne & superponatur apostemati quoniã aperiet ipm Et si fuerit in ipso parum duriciei precedat hæc lotio cum aqua calida & postea superponatur emplastrũ. ¶ Modus alius emplastri aperientis apostema aldubayla matura ita vt non egeant apertione ferri, accipiatur ex melle anacardi & pice liqda partes equales & misceatur totum simul in cacia ferrea & coquatur totum ad ignem agitando frequenter quo usq coquatur & superponat de eo apostemati aliquid quantum voluerit aperire orificium eius, & dimittatur ita .q. sex quoniam hoc rodit ex eo iuxta tenorem linitionis facte cum eo super apostemate. ¶ Modus vngenti quod dicitur marthã de allijs ad aperiendum apostema aldubaylæ. ℞. cære. ℥. i. colofonie. ℥. iiij. alliorũ mundatorum. xx. numero olei oliuarum lib. i. bulliant primo allia cum oleis, & amotis allijs, accipiatur oleum & liquefiat cæra & colofon. cum prædicto oleo & vngatur cũ eo. Et nos quidem scripsimus de huiusmodi inunctionibus & vngentis plura in suo loco perfecte.

Machba
Emplast. aperitiuũ
Emplast. aliud apericiuum
Vnguẽtũ de allijs

¶ Sequitur nunc de apostemate quod dicitur almathaba. Ca. XVIII

Generatur hoc apostema post exitũ putredinis ex apostemate dubayla. Signũ eius est quia remanet ex cuti & carne aliquid vacuum & redditur cutis sicut pannus mollis, & eius solidatio fit difficilis eo q sub eo de carne & per hoc redditur difficilis. Curatio eius & appellatur curatio diuturna apostematis quippe almachba diuersificat species scd'm diuersitatem locorum corporis, quoniam si fuerit in loco carnoso vt in coxa & natibus tunc non magnificatur valde apostema, si vero fuerit in loco a carne vacuo minus erit. Curatio apostematis almachba est q fiat eius orificiũ de subter vt facilis fiat exitus putredinis sicut diximus, postea vero omĩ die est q fiat eius orificium vngento egiptiaco, cuius modus est q accipiatur de ziniar aceto & melle partes equales & coquatur ad ignem donec rubeat, postea clisterizetur orificium apostematis cum hoc solo aut mixto cum oleo ro. vel cum melle, videbitur de acumine apostematis, & quando fecerit hoc pluribus diebus & patebit ei q apostema tunc sit mundificatũ relinquat̃ hmõi clisterizatio cũ vngento egiptiaco & fiat cũ vngẽto alnacli. i. diapalma postq̃ dissolutũ fuerit cũ oleo ro. vel cum vino sicut voluerit, & si voluerit lauare ipsum impleatur orificiũ eius aqua & melle quibus admisceatur vinum stipticũ, hoc enim iuuat solidationem cutis & regenerationem carnis, & accipiatur spongia vel pecia panni & infundatur in vino stiptico mixto cum melle, & ponatur super apostema de foris & ligetur cum eo præter quod offendat infirmũ, & soluatur ligatura quolibet tercio die, Et si cutis non fuerit solidata faciat regenerare carnem cum hijs que diximus, & accipiatur vngentum alnachli & dissoluatur in oleo ros. ita q sit mediũ inter subtilitatem & grossitiem & extendetur super peciam panni amplam continentem totam apostematis superficiem & aperiatur in media peciæ quod est orificium apostematis, & accipiat aliam peciam panni rotundam paruam ad modum denarij & extenso super ea vngento & superponatur orificio apostematis in loco apertionis alterius peciæ, & quando voluerit euacuare id quod est in apostemate aut aliqd intrante in ipm amoueatur parua pecia, & mundificetur apostema a putredine remanente super maiori pecia super apostemate sicut est, & nullo modo remoueatur & consideretur in remotione & appositione pãniculi ad orificiũ apostematis, & si minuitur de orificio, aut crescit, aut vtrum sit digestum vel ne, quod exit, & minuitur orificium omni diminutione manifesta, & diminuitur apostema & dolor & declinat erit fidus de generatione carnis intus, Si vero econtrario fuerit, scias eius curationem cum errore procedente, & tũc addas ad hoc medicinas stipticas, & scias

Almathabagñatio
Signum
Cura diuturna
Cura alia

quantūcunq; fuerint medicinę & vngenta fortiores in siccitate tanto erit operatio eorum vel ipsarum in vltimitate nobilitatis & iuuamenti, & est quod accipiatur ex melle & coquatur mediocriter inter grossitiem & tenuitatem & liniatur super eo superficies apostematis, postea aspergatur desuper hic

Puluis

puluis. ℞. myrrhæ aloes centaureæ farinæ orobi & aristologię partes equales, de omibus aut de tribus vel duorum ipsorum & competit implere orificium ipsius apostematis melle cum quo fuerint mixtę species supradictę/oportet tamen declinare mel ad tenuitatem vt peruenire valeat ad fundum apostematis, postea ligetur desuper & fiat sicut diximus quousq; sanetur. Et nos iam tractauimus in cirurgia cū ratione huiusmodi apostematum prolixe & late accipiatur imperfecte.

¶Sequitur nunc de apostematibus quę dicuntur alsachar, latine fistula. Capl'm. XIX

Alzachar .i. fistulæ causa

INtentio humorum est eadem, dicitur tamen zechar a sui fluxus diuturnitate Fluxus tamen diuturnus eius altera duarum causarum contingit, aut enim ex putredine ossis eiusq; corruptione, aut quoniā transitus humoris occupatus est humore viscoso & similatur arundini pennę auis, propter quod prohibetur generatio carnis in ipso, & propter hoc appellatur hoc genus apostematis fistula, Causatur autem ex apostemate calido aut ex apostemate vulneris vel fracturę ossis in quibus tempus prolongatum est ita q; ablata carne corruptum est os & putrefactum. Apostematis autem alzachar sunt duo genera, quia aut erit vetusta & non suscipit curationem & subintrat terminos apostematum fraudulentium & mortiferorum quę dicuntur alcohayr id est antraces, aut erit de numero illorū quæ susceptibilia sunt curationis. Signa vetusti

alcohayr

Sig. vetusti apātis

apostematis quia facit in aliquo maiorum iuncturarum corporis, sicut in iuncturis spinalis dorsi, aut in radice coxæ, aut superficie pedis, aut in ossibus pectoris aut faciei est profundum, & maxime quando fiunt plura orificia ex quibus emanant liquores, Aut erit humor putridus continua emanatione, & quando prolongatur tempus eius & fuerit id q; fluit ex eo fœtidum vltime, & cuius superficie apparet pinguedo, deinde sequitur infirmum solutio ventris & videtur suum corpus dissolui, scias ipsū ad mortem accedere. Signa boni apostematis alzachar, in cuius curatione est spes sunt quia non accidunt ei prædicta accidentia, sed fit apostema in membro carnoso in coxa & natibus & tibia & similibus, & ex quo emanat sanies alba digesta equalis substantiæ pauci fœtoris, & color infirmi est bonus carens ægritudine, & est fortis in sui natura & virtute & virtus digestiua eius est bona.

Sig. boni apātis alzachar

Curatio alzachar bonę in pncipio sui est quod diximus in curatione calidorū apostematum quousq; perueniat terminus corruptionis & putredinis ossis, & scitur hoc quando mundificatur apostema ab eo quod est intus & pungitur stilo, & si sentit q; os est corruptum extrahatur scd'm modum dictum in suo loco, si extrahi potest Vulnus autem de facili curatur cum eductione corrupti ossis, & si videtur denigratum & non corruptum nisi in superficie sola extrahe ipsum si potes, Corrosio enim nequit crescere super osse putrido nec super osse corrupto.

Curatio alzachar bonæ

¶De apostemate quod dicitur hancondia. Capitulum. XX.

Hācōdia .i. malum mortuū

HAncondia vocabulū græcum latine vero malum mortuū dicitur & est de numero calidorum apostematum, & intendunt per hoc cuius corpus mortuū est & eius natura consumpta & assimilatur illud corio combusto, & hoc quidem apostema est vicinum membri accessus ad viam perditionis & mortis, & nisi acceleretur incisione illius membri mortui qd' ad hunc terminum curationis peruenerit ad hærebit morbus alijs membris sanis & sibi vicinis cito ducitur infirmus ad perditionem. Causa vero generationis huiusmodi apostematis est, quoniam orificia venarum fortiter obdurata sunt & pori cutis vt non transeat spiritus vitalis, & cum detinetur solutio & spiritus vitalis a membro occasionato cito peruenit ad perditionem. Signum huius est grauitas motus qui dicitur alchadar qui accidit ei & perditio sensus vel

Causa

Signum

priuatio & quies doloris & pulsationis. Curatio eius in principio sui aduentus est euacuatio sanguinis ab eodem loco modo cum leui scarificatione & exitu multi sanguinis ab eo, postea vero curetur cum eo qd' retineat putrefactionem per superpositionem, & est quod accipiatur ex ziniar & melle & alumine partes æquales & terantur cũ aqua & liniatur cũ eo membrum, vel teratur bolum ar. cum aceto & liniat cum ipso. Curatio membri mortui cuius sensus est priuatus nulla est, & si videtur ægritudo dilatans se ad aliud membrũ non potest curari nisi per incisionem & quod exstirpetur radicitus qd' mortuum est ex membro festinanter quousque perueniat ad carnem sanam, postea vero curetur cum eo qd' regenerat carnem cum vngentis notis & determinatis ad sanationem vulnerũ quæ dicta sunt in suo loco. Modus vero incisionis horum membrorũ determinatũ est iam in suo loco manuali operatione.

Cura in principio

Cura cũ mẽbrũ ẽ sine sensu

¶ De passione quę dicitur alcaraz. Capitulum. XXI

Alcaraz est morbus contingens in manu vel pede & est de speciebus lepræ, Signũ eius quoniã apparet nigredo in manu vel pede & nõ cessat post modũ dilatare & extendi per totũ membrũ quousque corrumpitur & cadit, & sequitur hunc morbũ fortis vstio tenens membrum vt ignis, quoniam virtus infirmi nequit tolerare nec sustinet adhæsionem muscarum super loco. Et ego quidem iam vidi quendã patientem hunc morbum in quodam casale perimentia℞ sacreste cuius accidit hic morbus in pede, & cum remanet pes in illa calefactione & vstione cedit ad sui iuncturam, & post annũ. q. accessit ad me cum iam cecciderat morbus in digito dextrę manus, & superposui ei quod humorem diuerteret post euacuationem colerę nigrę pluries, sed cum hic morbus superaret ipsum dilatatus est per totum digitum, & accedens ad me porrecta manu petijt mihi truncari manũ suam antequam transiret humor ad os brachij quod dicitur akenad & voluissem ei super hoc consentire recessit in viam suam de quo relatum fuit mihi postea quod brachiũ eius decisum fuit a iunctura quæ dicitur almahaczaz. Curatio eius est cum incisione membri si morbus abundat in eo sublata mora & negligentia & vt in cirurgia determinat.

alcharaz

Signum

Cura

¶ De apostemate duro quod dicitur alsalcha latine lupia. Caplm. XXII

Hoc apostema generatur in corpore, cuius color non differt a colore corporis circumdans ipsum bursa similis pelliculę quę appellatur alcifac, & eius species sunt tres, Prima species est quę nominat asalha alsahamia & similatur frustro albę pinguedinis, alia quidem dicitur asalia. i. mellina & similatur melli spisso alia vero accida, & similatur pulmento farinæ tritici quæ dicitur haccida alhanca id est farinata de frumento, Sunt & alię parue ad modum grani ciceris, alię vero magnę vt melones. Signa apostematis alsalhę vniuersaliter sunt quia cum mouetur manu nõ reperitur adhærere corpori / sed cum mouetur ad partes singulas sine perceptione doloris, & est in colore corporis, Veruntamen radix eius similatur pinguedini aliquãtulum breuior est & maioris sensus quam reliqua, & non reperitur sub tactu. Alhacidia id est pulmentaria vero mollior est simili pinguedini & eius radix amplior. Alhasia. i. mellina vero reperitur & recipietur sub tactu. q. esset aliquid oleaginosum, & eius euacuatio fit cum tarditate, & cito redit in hora tactus, & significat in apostematibus alsalhe per puncturã acus quemadmodum diximus in dubayla. Curatio autem horũ apostematũ cum diuersitate specierum suarum est quod detrahatur sicut determinatum est in cirurgia parua non curatur per appositionem medicinarum soluentiũ post euacuationem flegmatis, aut cauterizari circuitus eorum, vt permaneant in eodem statu absque additamento.

Alsalcha i. lupiæ gñatio & species

Asalha Alsahamia

Asalia

Accida

Signa

Cura

¶ De passionibus que dicuntur hagadria id est glandulis & scrophulis. ℞. Capitulum. XXIII.

Hagadia .i. Gladularum & scrophularũ p̃tes sunt sp̃es

Species horum apatum plures & diversæ sunt scd'm diversitatem locorũ corporis, nam aliquę fiunt in capite quę dicunt̃ alba bibat, alia in ceruice, & appellant̃ scrofę, alia vo in radicibus coxarũ & sub ascellis, & qñ inuetescunt dicunt̃ rohatin, & quãdoq; fiũt super manu & fluit ex eis hũor albumini oui similis.

Signa

Signa horũ sunt manifestatio ipsorũ ad sensũ.

Cura

Curatio aũt ipsorum omniũ quandoq; diversificentur loca est cũ inscissione & incisione loci & extractione ipsorũ foras, vel cauterizare ea si nõ valet in eis medicina quam diximus.

¶ De alcoalib, id est, verrucis. Capitulum. XXIIII.

Alcoalib i. verrucę

Hæc apostemata efficiuntur dura vt lapis, & species ipsorũ sunt scd'm locorũ diversitatem in corpore, nam quædã sunt in capite, quędam in aure, quędam in palpebris oculorũ & in manibus in pedibus & in ano & reliqua parte corporis, Et horũ quidem apostematũ alia sunt parua, alia sunt magna, alia humida, alia sicca & dura, Siccorũ vero apostematũ alia fiunt sub pede aut in medio plante quorũ capita sunt reuersa inferius, & generantur sicca ex humore melancolico, humida vero ex humore flegmatico.

Cura siccorum

Curatio siccorũ est cũ euacuatione colerę nigrę & regimine humectãte corpus & vsu balnei temperatę caliditatis & ocio & potu vini & euitatione omniũ generantium coleram nigram.

Medicamẽ eradicatiuum

Medicamen ad exstirpandum apostemata alcoalib, accipiat̃ de lacte ficuum & conficiatur cum eo pinguedo, & superponatur eis, vel conficiatur farina ordei cũ lacte alictuha est species titimalli aliac tuba & emplastretur.

Aliud medicamẽ

¶ Aliud, accipiatur de cineribus sarmentorũ vitis & conficiatur cum aceto & superponatur.

Medicamẽ forti⁹ Aldrariaha

¶ Modus medicaminis fortis ad eradicandum huiusmodi verrucas quę fiunt in manibus & pedibus, accipiantur aldrariaha, i. caudę candaridarũ ablatis alis & pedibus. xx. numero sulfuris zizimiar añ. ʒ. iij. terantur & conficiantur cum aqua & guma alanbar & superponatur, & confert etiam vngularũ albedini.

Cura humidorum

Et curatio humidorum est cum euacuatione flegmatis & scarificatione ipsorum circumquaq;, postea liniatur cum vngento anacardino, aut cum vngento de allijs, aut liniatur cum sapone distemperato cum calce non extincto. Et vigorosior quidem medicina valens ad hoc est q; scarificetur primo circa eas, & aspergatur desuper medicamen quod dicitur alcanna & dimittatur ibi circa quinq; dies quoniã tunc exstirpabit̃ radicitus, postea vero curetur vulnus cum aliquo vngentorũ complete, & competit ligari verrucas filo tenui serici vel capillo, & dimitti quousq; de se cadat, Vel accipiatur arundo pennę & ponatur super verrucam plenus aqua primo saponis, & restringe pennã cũ manu & exstirpabunt̃ leniter. Et si non conferunt eis hæc omnia quę dicta sunt non est alia ingeniatio in curatione ipsa nisi cauterio igne vel incisione ferri, & hoc quidem in suo loco scripsimus in manuali operatione.

¶ De apostemate vngulę quod dicitur alcahas. Cap. XXV.

Alcaas, i. apatis vngulæ generatio

Hoc apostema generat̃ in radice vnguilæ & est rubeũ inflãmatũ dolorosum & in forti pulsatione, & incitatur cũ eo febris, & permanet dolor ad radices ancarũ & sub ascellis.

Cura

Curatio eius in principio sui apitionis est cum flebotomia, postea vero anteq; perficiatur vngat̃ cum aceto & opio bis in die, postmodum vero superponatur ei emplastrum de psilio mixto cum aceto, vel superponatur ei pecia panni infusa niue vel aqua frigida, & renouetur vna vice post aliam in die pluries, & cõfert ei apud sui principiũ q; submergatur digitus in oleo cõmuni calido, Et si non cessat pulsatio superponatur ei q; congregat saniem.

Maturationis signũ

Et signum maturationis eius est quia videtur apud radicem vngulę putredo viridis, & aperiat̃ tunc aliquantulum & exprimatur, & postea superponatur ei vngentum alnadi. i. diapalma aut de alijs huiusmodi vngentis quousq; sanetur. Medicamen ad maturandum apostema vngulę teratur semen lini & nasturcium vel sinapis cum pinguedine & ponatur desuper, Et si volueris exsiccare putredinem post apertionem apostematis & exitum putredinis, & terantur gallę & conficiantur cum melle & ponant̃ desuper, vel terantur lentes cum aqua & ponantur desuper & vngatur cum lana. Et si vngula fuerit corrupta & locus eius putrefactus curetur cum hijs quę dicentur in cirurgia.

Medicamẽ ad frigiditatẽ

¶ Medicamen conferens apostematibus frigidis circa vngulam emplastretur cum pinguedine caprina aut pinguedine anatum cum modico alumine mundo, vel accipiatur mastix alba & teratur cum modico sale & superponatur, & illud quidem facit cadere vngulas quando denigratę fuerint est q; emplastretur cum fęce vini combusta quoniã facit eas cadere.

¶ Sequitur nunc de paruis apostematibus quæ dicuntur coadal. Capitulum. XXVI.

Caodal gnatio Cura

HÆc apostemata generantur ex continuo recubitu super dorso & sunt mala & nociua, Et curatio eorum est qd' videatur locus dorsi superponat ei farina ordei aut farina milij, aut farina lentium, & si vigoratur rubedo vel calor curetur cũ euacuatione colerę rubeę, & si factę in eo fuerint pustulę & fluunt ex illis humores fœtidi & putridi & regatur cum vngento de cerusa & vngento alnacli quousq; sanetur.

¶De corruptione extremitatum ex vehementia multi frigoris. Ca. XXVII

Extremitatũ infrigidatarũ signa Cura in principio

SIgnum eius est quia grauatur sensus eorum primo & postea efficiunt in colore viridi, postea vero in colore nigro, deinde putrescunt & putent, & qñ prolongat tempus super hoc cadunt ex locis suis. Curatio ipsorũ in principio aduentus eius aggrauetur sensus ipsarum & anteq; transferatur color ipsarũ ad viriditatem vel ad nigredinem q submergant in aqua calida in qua coctę sunt paleę frumenti, vel submergantur in aqua decoctionis raparũ vel pastinacarũ vel sisimbrij vel maioranę vel melliloti vel abrotani vel centaureę coniunctim aut separatim, postea vero liniatur cum oleo cõmuni vel sambaco calido, vel bulliat parũ compositionis alsechazame cum oleo cõmuni aut cũ oleo de lauro.

Curapost rubedinẽ aut nigredinem

Curatio vero ipsarũ post earum rubedinem aut nigredinem est q decidatur inde post scarificationem cum ferro vsq; ad carnem profunde & permittatur multum exire ex sanguine, & sint extremitates submersę in aqua calida ne coaguletur sanguis, postea vero liniatur cum oleo bolo arme. dissoluto cum aqua & aceto, & dimittat super eis diebus pluribus postmodum abluatur cum vino tepido aut cũ aqua & aceto, postea vero reducatur linitio super eis ter quousq; videatur locus denigratus iam induratus & extremitates confirmatę q non cadunt. Et si ægritudo superauerit & peruenerit ad extremitates ad putredinem & corruptiõem emplastretur cũ cineribus alselac. i. bletę & caulium elixatis & mixtis cum butyro calido, & remoueatur & renouetur hoc emplastrũ super eis frequenter calidis donec cadat tota caro corrupta, & nihil in eis appareat nigredinis vel viriditatis, & curetur post ea cum hijs quę regenerant carnem. Si vero denudata fuerint omnia ossa & caro defecerit curetur per incisionem cũ ferro, sicut in manuali operatioone determinauimus.

¶De duris apostematibus quę fiunt in pedibus puerorum tempore frigoris. Cap. XXVIII

Si. a panatiũ duorũ puerorũ tpe frigoris

SIgna horum sunt quia generatur in digitis pedis aut desubter in superficie pedum ad modum fabarum non coctarum perforatarum, & color ipsorum obtusus est semper & forsitan erunt nigra & viridia & aliqua ipsorũ mollificantur & fit in eis putredo.

Cura

Et curatio ipsorum est quod diximus ante hoc. s. q submergantur pedes in aqua calida decoctionis raparum vel pastinacarum vel palearum frumenti & similium herbarum supradictarũ, & præseruentur pedes puerorum ne ambulent discalciati super lutum & aquam & cooperiantur pedes ipsorũ cum calciamentis de panno & opertis pellibus mollibus vt pellibus vulpium & alfanach, & vngatur cũ oleis calidis, & si gñatur eis putredo curetur cum vngento viridi, aut superponatur eis ex kiram donec sanetur.

¶De apostemate contingente ex strictura calciamentorum. Cap. XXIX

A panatis ex calciamẽtorũ strictura gñatio

EX strictura calciamentorum resultat aut apostema calidum dolorosum ex quo sequitur pedis inflatio donec perueniat ad putredinem, aut generant in eis tumores & ampullę plenę aquę / vel resultat ex ea corrosio vel rasura cutis.

Cura apatis calidi

Curatio apostematis calidi est cum flebotomia & relinquere motũ, & nõ calcietur pes calciamento aliquo, postea vero curetur cũ vngento alnacli vel cum vngento quatuor specierum donec sanetur.

Cura rasurę vł ampullarum subtiliũ

Curatio vero rasurę vel ampullarum subtilium & plenarum est q aperiantur ampullę deinde aspergantur aqua ros. & abluantur cum succo coriandri humidi, postea vero vngantur cum licio vel acacia vel bolo arme. vel cum gallis tritis cum aqua. Et si fuerit rasura absq; apostemate accipiatur de sola substellarum vel alhacoy vel albardi, & comburatur & aspergatur de cineribus eorum super rasura, vel emplastretur apud sui principiũ cũ pulmone ouis recenti vel cum pulmone vulpis aut aspergatur desuper puluis balaustię aut corticum granatorum aut tutię aut mirtę aut sumac quousq; sanetur.

¶De vulnere quod dicitur alhatra Capitulum. XXX

Alhatra

ALhatra est paruum vulnus quod sequitur ex incisione vngulę vnde fit inflatio in pede.

Cura in principio

Curatio eius in sui principio est q vngatur ex oleo ros. & aspergatur desuper acacia vel mirta trita, & operiatur digitus cum felle caprę postq; exierit ex eo putredo.

Cura post vngulę eradicatio nem

Curatio eius post eradicationem vngulæ & inflationem pedis est qd' persistit infirmus in ocio & euitet motum, & flebotometur vena si plenitudo apparet, & non est aliqd phibens, & abluantur digiti sępe in die cum aceto & aqua,

vel cũ succo plantaginis vel cũ aqua rof. postea vero ponatur ei vngentum alnadi, vel accipiat de adipe renum yrci & teratur cum modico aluminis albi vel cum modico vitrioli, & emplastretur desuper, aut emplastretur cum lentibus tritis cum melle.

¶SECTIO SECVNDA DE APOSTEmatibus & vulneribus, ac aliis periculosis extra corpus contingentibus, capitula habet. viii.

¶De apostematũ periculosorũ enumeratõe extra corpus contingentium. Cap. I.

DE passionibus periculosis extra corp⁹ contingentibus quę sunt vulnera & ipsorũ gña fractura & eius genera dislocatio quæ dicit̃ alpoch & alchala & eius species, incendiũ ignis & eius genera, morsus serpẽtum & species ipsorũ, punctura scorpionũ & similiũ, morsus caniũ rabidorũ & nõ rabidorũ, morsio animaliũ quę dicuntur alpahod & leopardorum & alnamos & cæterorum animaliũ & morsus hominis.

Alpoch Alchala

¶De vulneribus. Cap. II.

VVlnera diuersificant̃ scd̃m id q̃ sit vulnus sicut est casus vel percussio lapidis vel incisio gladii, vel scissura lanceæ, aut sagittę, aut cultelli aut ligni & similiũ, scd̃m vero loca corporis diuersificant̃ vulnera, vt si contingit fieri in capite, aut in ceruice, aut in ore aut in gutture, aut in pectore, aut in ventre, aut in epate, aut in vesica, aut in aliis huiusmodi mẽbris. Signa indicantia singula genera vulnerum sunt quia patet sensui. Curatio ipsorum est q̃ videatur si vulnus est paruũ aut non est incisus neruus, nec fractum os, nec est aliqua pars carnis diminuta, & fuerit vulnus scissura carne ac cedat in sui principio & hora vulnerationis cũ suo sanguine coniungere partes anteq̃ transmutet eas aer, deinde accipiat de olibano yscian .i. sanguine draconis partes æquales, & possibile est ponere ex sanguine draconis magis, & possibile est poni ipsum per se super vulnere, & ligetur cum sudario fortiter & districte, & tunc medicina adhærebit, & non amoueatur ab ea quousq̃ sanetur & solidetur vulnus, Et si non possunt haberi huiusmodi species ponatur loco earum calx extincta & non extincta & dimittatur ibi quousq̃ adhæreat vulneri, & caue ne tangatur vulnus ab aqua aliqua frigida vel cal. donec medicina cadat ex se quoniam non recedet inde vsq̃ ad sanationem, Si vero apostematis fuerit vulnus & generata fuerit in eo putredo tunc superponatur ei medicina nota sapienter, & abluatur vulnus & curetur cum vngentis alachanna, id est, vngentis solidatiuis. Curatio vulneris quando fuerit magnum & sanguis fluit incessanter ex incisione venæ vel arteriæ est q̃ erigatur membrum ad superiora & effundatur super vulnus & totum membrum aqua niuis vel aqua frigida in multa quantitate donec sanguis condempsetur, deinde accipiatur aloes mirra & sãguis draconis & olibani partes æquales puluerizentur, & impleatur vulnus optime de hoc puluere, & liget̃ postea fortiter & districte, Et si dolor fuerit infixus in eo distemperentur medicinæ prædictę cum albumine oui quousq̃ sit ad modum spissitudinis mellis & misceatur cum illis de p. lis leporis vel de re quæ dicitur hadep de pannis nouis vel de textura pannorum mollium æqualium & subtiliũ & adimpleatur vulnus de eis & aspergatur super eis ex medicinis supradictis & restringatur cum sudario fortiter & districte, & caueat ab apostemate calido cum. f. super quod supponantur ei spongię marinę vel pecię panni infusę in aceto mixto cum modico camphorę si reperit̃/ vel cum aceto solo, & liniatur cum linitionibus frigidis quę determinatę sunt in apostematibus calidis, & maxime quando fuerit cum eo dolor & febris. Et si non reperiuntur prædictę species ad cõstringendum sanguinem repleatur vulnus gipso alharays vel vitreolo coniunctim vel per se, & restringitur sanguis & ligetur cum sudario, & non soluetur vsq̃ ad. iii. dies, postea curetur vulnus cum vngentis conferentibus ad hoc. Et si non constringetur sanguis cum hiis quę diximus accipiat curationem ex manuali operatione perfecte. Curatio simplicis vulneris cuius sanguis fuerit constrictus quod videat si vulnus est recens cum suo sanguine incipiat reiungere labia eius & extremitates ipsius coadunare, & liget eas fortiter, & caueat ne tangatur ab oleo, & q̃ intercidat labiis eius pilus vel aliquid tale quod ipsum impediat reiungi sibi inuicem cum ligatura, reiungatur tunc cum sutura acus vt dictum est in manuali operatione, postea repleatur vulnus supradicto puluere & dimittatur a tribus diebus donec incipiat vulnus exire ab eo, tunc vero soluatur & abluatur cum aqua & aceto simul mixtis æqualiter, deinde curetur cum vngento lotionis, & si extiterit in vulnere multa putredo abluatur cum aqua marina aut cum aqua & sale aut cum vrina puerorum, & si non fuerit putredo in ipso abluat̃ cũ aq̃ & melle, & si nõ repit̃ vngentũ neq̃ medicinę impleatur vulnus coto vetusto, & remutetur q̃libet die bis aut quater, & q̃libet abluat̃ vice, hoc enim valet vulneri loco vnguentorũ.

Vulnerũ diuersificatio

Signa

Cura

Cura magni vulneris

Cura vulneris simplicis

¶Ego quidem iam expertus sum hoc sæpe & multa magna apata exinde sanata sunt cũ non inuenissemus vngenta & medicinas absq; vlla lesione, nec fuit mihi parare necesse aliam medicinam. Curatio vulneris qñ contingit fieri in capite & offenderit os craneũ & fuerit percussio gladij & similiũ, & non est perturbatũ cõmotũ caput ex ea nec superuenit infirmo pmixtio rationis est q incipiat imprimis reiungere solutionem, & ponat desuper prædictũ puluerem & dimittatur vsq; ad triduũ donec viderit exire ex eo putredinem, postea soluat & curet postmodũ cum his quę diximus. s. cũ melle & vngentis Et si vulnus sanatũ & consolidatũ fuerit signũ est non esse ibi fracturam ossis, Si vero non sanatur & continuo fluit ex eo putredo scias esse ibi os fractũ vnum vel plura, & tunc accipiatur cepe comestibile & teratur cũ modico farinæ tritici & superponat vulneri nocte vna & postea remutetur, & hoc pluries quousq; egrediat os foris, vel accipiatur os cepę squill. qd' est cepe muriũ, & eodem modo fiat de eo qm potentius & melius est ad attrahendũ ossa fracta, & idem operatur cepe albaf & cepe alzir, aut superponat vulneri aristol. longa trita cũ cepe aut per se, & conferent ad educendũ ossa. Et si fuerit orificiũ vulneris strictũ superponat ei medicamen acutũ aut vngentũ egiptiacũ vel butyrum donec amplietur orificiũ & pateat eius profundum & qd' in eo latet ex ossibus, vel cauterizetur donec comburat tota caro & perueniat ad os & tunc superponant ei vngenta quę conueniunt ad extractionem ossium quę in suo loco determinant, Si vero nõ exierint ossa cũ hijs quę diximus, accipiatur complete medicina ex hijs que dicta sunt a nobis in cirurgia. Curatio vulneris contingens in cęteris partibus corporis quando contingit fieri cum eo fractura ossis curetur cum hijs quę diximus in fractura capitis & quę diximus in capite alchar & quę dicta sunt in cirurgia. Curatio vulneris contingentis in ventre qñ scissum fuerit corium ventris, & egressa fuerint viscera vel adeps cooperiens, ponimus hic regulam gratia contingentis necessitatis, Quod est quoniã si contingit vulneratio in ventre & exeunt foras intestina & nõ potest ea remittere intus, oportet eas eis supponi pecias panni infusas in vino quousq; recedat inflatio deinde reducant intestina. Et si hoc nõ valet coquant folia maluę aut altee in aqua pistent & superponant eis & tunc reducantur suauiter & discrete. Et si fuerit scissura vulneris arta amplietur cum rasorio, & postea remittat intestina vel pannũ adipis. Et si fuerit tempus & regio frigida intret infirmus balneũ & suspendat per manus & pedes donec reflectatur eius & profundetur venter vt faciliter reducant intestina, postea vero suatur venter cũ acu & filo serici & aspergatur desuper de dicto puluere & liget & curetur curatione vulnerũ, Pannus vero adipis reducatur iuxta pdictum modũ antequ tangat eum aer & occupet eum nigredo vel viriditas, & si contigerit ei illud incidatur de eo totũ illud qd' visum fuerit transmutari ad hmõi colores citra alnezaf, & ligetur filo & intromittat residuũ ipsorum, & aspergat exinde puluis supradictus consolidatiuus. Qd' qdem fit ex aloe myrrha sanguine draconis & olibano, & assiduet patiens sessionem & dormitionem super dorso, & abstineat a potu aquę frigidę multis diebus, & ab omni quod generat ventositatem & constipat naturam. Curatio vulneris ppinqui neruo aut facti in ipso neruo si sit vulnus breue nõ oportet ipsum reungere quousq; pretereant plures dies, & sit ab apate calido sed supponantur ei medicinę aperitiuę vt est hoc vnguentum. Modus vnguenti vulneris neruor. ℞. cære partem vnam olei oliuar. gumi albetan rachineg. i. quercus. i. gumi pini añ. partem ʒ. euforb. partem decimã teratur euforb. & liquefiant medicinę cum oleo ad ignem & pmittatur infrigidari, & vngatur locus cũ oleo oliuarum calido subtili nõ pontico, & nullo modo applicetur neruo aliquod frigidũ, & quãdo abbreuiat vulneris locus oportet reungere ipm cum his quę diximus ex vngentis, Et si videt indigere infirmũ purgatione sui corporis purget iuxta id quod videbitur esse oportunũ sibi. Et si accidit infirmo ęgritudo quę dicitur alcasnag a causa nerui incidatur corda illa per mediũ donec videatur extensum, & fricent iuncturę dorsi cum oleo calido forti & continua fricatione quousq; dissoluat infirmitas. Curatio vulneris inueterati quando contingit fieri est in qua eius curatio difficilis nomine ex causis. s. aut ex sanguinis paucitate, aut eius malicia, atq; corruptione, aut forsitan est in vulnere & eius labijs caro dura phibens regñationem bonę carnis in eo, aut est in eo caro corrupta, aut est in eo os corruptũ, aut plura, aut quia est multę putredinis & sorditiei, aut forsitan apostema de se corruptũ est, vel forte medicina non competit suæ curationi, aut ex corruptione aeris in epidimia, aut ex pprietate illius loci quemadmodũ solet contingere in regione saracoste qm difficilis fit in ipsa maturatio ægritudinũ, & plongant in eo curationes apostematũ. Signũ difficultatis eius curationis ex paucitate sanguinis corporis est quoniam videtur apostema & circuitus eius cũ modica rubedine & inflatione & est aridum

Cura vulneris capitis

Cepe Albaf Alzir

Cura vulneris aliorũ locor. corporis

Cura vulneris ventris

Cura vulneris ner. uo ppinq aut in neruo

Vnguẽtũ ad neruos vulneratos

Cura vulneris inueterati

Sig. difficultatis curæ ex paucitate sanguinis

& durum, & corpus existit macilentū cum modico sanguine. Signum malicię corporis est corruptio sanguinis quia videtur corpus mali coloris & prauę dispositionis, & distans a termino sanitatis. Signum carnis durę quę est in vulnere & eius labijs est manifestatio eius ad oculum. Signum ossis corrupti existentis in ipso est qđ remoto quicquid est in ipso remanebit locus ossis continuo fluens putredinem incessanter. Signū multę putredinis & sorditiei existentis in vulnere vel corruptionis vulneris in se ipso est manifestatio eius ad sensum. Signū non corruptione illius medicinę sui curationi est quia nō calefacit ipsum magis ꝙ oportet, & tunc sequit̄ illud tumor & rubedo, & superuenit infirmo febris, aut infrigidabit illud vltra ꝙ oporteat/ & redditur color eius viridis aut niger & ipsū frigidū & durum. Signa aeris corruptionis est quia erit illud cōicatum oīm omnibus quibus contingit vulnus vel apostema. Signū loci proprietatis est ei persistentia in ipso & celeritas curationis ipsius apud eius recessum a loco illo. Curatio apostematis ex causa sanguinis est qđ superponant̄ ei peciæ panni infusę in aqua pluries donec rubeat & inspissent̄ & rectificetur in firmi regimen, postea vero curetur cū vngento nigro quatuor specierꝫ & similibus. Curatio eius a carne dura est ꝙ fricetur donec rubeat, & si est grossa incidatur & impleatur vulnus cū vngento viridi quousqꝫ decidat, postea vero reducatur vngentū donec sanetur. Curatio eius ex osse existente in vulnere est ꝙ perforentur cū instrumento qđ dicitur almarnad, & si sentit in osse ponant̄ super ipso medicinę predictę in curatione vulneris capitis, & si nō exierit attrahat̄ cum instrumento qđ dicitur algefer, & possibile est, & discooperiat̄ os cum ferro & fricetur, & videat vtrum sit nigrum vel corruptū, & radatur donec exterminat̄ quemadmodū scripsimus & determinauimus in operatione manuali Curatio eius ex multa sanie & putredine est qđ repleatur vngento alachsar vel vngento egiptiaco donec recedat putredo. Curatio eius quando transmutatur apostema ad nigredinem & putrescit & fuerint super ipso venę grossæ plenę rubeę vel nigrę est ꝙ flebotomet̄ infirmus & laxetur pluries cum decoctione epithimi, & rectificetur eius cibus, & caueat ab omni qđ generat coleram nigram. Curatio eius ex culpa medicinę quę non est ei competens est ꝙ consideret si fuerit calida reddatur frigida, & si fuit frigida calida similiter, & si fuit humida reddatur sicca & sicca humida, & si fuerint corpora in qbus contingit apostema humida sicut corpora mulierum eunuchorum curetur cum vngentis humidis & liquidis, Si vero fuerint corpora sicca curentur cum vngentis exsiccatiuis valde, & si fuerint corpora temperata sit etiam medicina temperata. Curatio eius ex corruptione aeris est cum flebotomia & euacuatione humoris dominantis corpi & curet̄ contrario modo naturę illius aeris. Curatio ipsius ex parte proprietatis regionis est cum permutatione illius loci ad alium quousqꝫ sanetur, postmodū redeat ad suū locum si voluerit.

Sig. malicię corporis | Sig. carnis durę | Sig. ossis corrupti | Sig. multæ putredinis | Si. corruptiōis medicinæ | Si corruptionis aeris | Sig. loci pprieta. | Cura ex cāsanguis | Cura a carne dura | Cura ex ossei vulnere existente | Cura ex multa sanie & putredine | Cura qn̄ trāsmutat̄ ad nigredinem | Cura ex culpa medicinæ | Cura ex aeris corruptione | Cura ex regiōis ꝓprietate

¶ De fractura. Capitulum. III.

Sermo vniuersalis de artificio iungendi fracturam quæ dicitur algebar & quæcunqꝫ determinauimus in cirurgia. Artificiū qđ necessariū est cuilibet membro breui determinatione dicemus hic qđ requiritur in hoc capitulo Et dicimus quoniā caueri oportet a stultis artificij qui dicunt magis lerun, & incipiemus regimen eius cuius aliqua membra corporis fracta vel dislocata sunt aut deciderunt, & accidit ei ęgritudo quę dicitur aluchti cum subtiliatione cibi ab eo qđ solet, Et sit cibus eius olera & herbę frigidę & carnes auium & piscium paruorum & similia, & nō nutriatur aliquo ciborum grossorū tardę digestionis, & nullo modo accedat ad vinum, & caueat a cibi repletione & regat se hoc regimine diebus pluribꝰ donec reddatur securus ab euentu calidi apostematis. Et si fuerit infirmus fortis plenus venis flebotometur, & si fuerit multorū humorū accipiat laxatiuum, Et quando erit securus ab apostemate calido ingrossetur cibus eius & redeat ad numerum humoris viscosi quia vtilis est fracturę ossis, sicut est pulmentū frumenti & recentes pisciculi & pedes omniū ouium & pelles hedorum & vituloꝝ paruuloꝝ & ventres bouini & cętera similia, & bibat vinum grossum, cum hoc regimine fit consolidatio fracturę celerius & rectius scđm modum securū ab errore. Signum fracturę ossis manifestatio eius exitus & declinatio ad partes & sonitus eius quando fuerint in eo plures fracturę & molestia & dolor. Curatio eius est ꝙ attrahatur suauiter & dirigatur & rectificet̄ faciliori modo quo poterit vt nō ledat neqꝫ doleat ne superueniat apostema calidum, postea vero accipitur farina ordei cribellati partes. iij. olibani partem. i. & distemperent̄ cum albumine oui recentis præsentis diei & superponatur fracturę/ & emplastret̄ & restringatur locus fracturę circulariter ex omni latere vel vngatur locus cū hac linitione quæ fortior est. ℞. aloes farinę & olibani alteę partes equales distemperentur cū albumine oui recentis, & emplastretur locus & restringat̄ cum pecijs & sudario fortiter & ponatur pecia quę est supe-

Fracturæ artificiū. | Regimē i fracturis | Sig. fracturę ossis | Cura | Emplastratio | Linitio

rius leuius & humilius primis & inuoluatur cū aliqua pecia locus fracturę/& ponat̄ pecia aliquantulum inferius,& sit posita lenis & mollis sicut diximus,postea vero ligetur & inuoluat̄ cum sudario æquali & circumdet laminas fili desuper & non cōmoueatur vndiq̧/& consideret extremitates ipsarū ne offendat ægrum, hoc autem ponendo sub eis pecias molles,& totum hoc fiat diligenter & discrete & subtili artificio qđ non offendatur membrū. Et si fuerit vulnus cum fractura erit necesse tunc relinquere locum eius discoopertū & exeat putredo & ponatur super ipsum totū. Et in hoc loco errāt & decipiunt̄ plures sapientes in arte cirurgię ponentes medicamen super fracturam & vulnere, & ligantes super illis dimittūt ei ligata pluribus diebus donec contingit ex hoc apostema cal.& corrumpitur membrū & perit infirmus,& ego sæpe hoc vidi, postea vero permutatur ligata quinq̧ diebus vel septem,nec soluatur nisi accidat in eo apostema calidū aut fortis dolor tunc instanter incipiat soluere ligaturam scđm q̄ ei videbitur de alleuiatione apostematis & doloris. Et si accidit infirmo in loco ligaturę fortis pruritus & offendens totaliter soluat̄ ligamen & amota medicina,& effundatur super membrum aquam calidam scđm qđ delectatur infirmus de ea & sedetur pruritus,postea vero permittatur per horam & ligetur postea madefactis prius pecijs in aceto & aqua rosa.& oleo omnibus bene mixtis, Et cum p̄terierint plures dies & fuerit securus de apostemate calido tunc ligetur forti ligamine & prius donec consolidat̄ fractura,& q̄n æstimauerit consolidationem fracturę ossis tunc remolliatur ligatura paulatim,& inspissetur eius cibus vt diximus. Et si fuerit in fractura os acutum offendens.q.spina pungens, Et signū eius est quia videt ipsum eleuari & ascendere ad modum spinę ascendentis & exeuntis,& quando tangit̄ manu vigoratur in ipso pulsatio & dolor tūc aperiatur locus & educatur os, Si fuerit fractum vel franget illud si est solidum, deinde ponat super ipsum ligaturam,& caueat a calido a pate toto suo posse.

¶ De dislocatione. Cap. IIII.

Dislocatio est quando separatur membrum a proprio loco,& contingit in pluribus membris corpis & exigitur ad ea subtile artificium & discretio vt determinauimus complete in cirurgia, sed hic ponemus vnā regulam de ea. Signum dislocationis est exitus euulsio iuncturę a loco qui dicitur alnacta & difficultas motus & nō potest tortura dispositionis membri & sequit̄ ipsum fortis dolor. Et si fuerit dislocatio facta in iunctura coxę cum ossenatum. Signum eius tunc erit quia manifestatur in loco qui diuidit inter ventrem & ventrem coxę qui dicitur alrabia ad exteriorem partem,& quia non potest infirmus extendere iuncturam quę est inter tibiam & os quod nominatur alpachad. Et si fuerit dislocatio in aliquibus digitis aut in osse plante aut in osse pedis omnia huiusmodi manifesta & cognita est q̄ reducatur id quod remissum est. Si contingit illud in sui p̄ncipio anteq̧ in ipsa sit apostema calidum,& hæc fiant leui & facili tractatione vltime, postea vero redeat ad ea quę faciant securitatem ab apostemate calido,& caueat a forti tractatione,& si non affuerit ei in sui principio & iam factum est in ea apostema calidum non reducatur tunc neq̧ curetur ne forte accidat infirmo passio alcasneg & spasmi donec sedetur apostema calidū, postea vero reducatur ad sui membrum si est possibile

(Margin: Dislocationis signum; Sig. aliorū locorū dislocatorum; Cura)

¶De casu. Capitulum. V

Contingit quandoq̧ casum leuem & appellatur aluachi & quandoq̧ difficilem ex quo accidit membro vulnus aut contusio aut fractura. Signum leuis casus quia nō fit ex eo separatio continui membro alicui manifesto, nec apostematio patens ex quo sequat̄ membrū leuis contusio & modicus dolor. Curatio eius est q̄ incipiat submergere membrum illud in aqua frigida vel niue donec perueniat membrum ad motus difficultatem grauitatem deinde vngatur cum oleo mirtino,& aspergat̄ desuper myrrhę pulucrizatę cum alcohal.i.tamarisci vel mastix,& ligetur ligamine temperato, Et si nō valet hoc quod diximus administretur hęc linitio. Modus linitionis conferens omī casui leui & forti, accipiatur lentiū excorticatarum & boli armeni partes æquales terantur & distemperentur cū succo myrrhę aut aqua rof. & liniatur cum eo membrum cui contingit leuis contusio, Et si superuenerit membro calidū apostema & superuenerit ei febris emplastretur cum hoc emplastro. Modus eius. ℞. lentium excorticatarum rof. boli armeni sief memithe sandali saufel partes æquales terantur & conficiantur cum aqua rof. & emplastretur desuper, & si recesserit apostema & remanserit color loci viridis emplastretur desuper cum folijs caulium tritis vel cum folijs radicis quousq̧ recedat color ille.

(Margin: Sig. leuis casus; Cura; Linitio; Emplast.)

¶De casu forti & periculoso. Cap. VI.

Casus fortis quandoq̧ contingit super capite quādoq̧ super alijs partibus corporis,& quando contingit cadi super caput fit aut cum vulnere aut sine vulnere,& quando est sine vulnere & fuerit caput cōmotū

(Margin: Casus fortis accn̄tia)

& aliquantulum contusum ita ꝙ superuenit eis passio dormitionis quę dicitur subetha aut per mixtio rationis. Curatio eius tunc est ꝙ incipiat cum flebotomia venę cephalicę & educatur de sanguine quod est conueniens si virtus fuerit fortis, & leniatur eius natura cũ aqua fructuum, vel fiat leue clistere & fricentur extremitates vltima fricatione, & post flebotomiam & naturę lenitionem emplastretur caput cũ spongia maris vel pecia madefacta in aceto mixta cũ triplo eius olei ros. vel aqua ros. & regatur sub tili cibo cum ptisana ordeacea & succo granatorum acetosorum & dul. simul, accipiat illius mane & sero vsq; ad tres dies donec sit securus ab apostemate calido, postea vero emplastretur caput cum citonijs & pomis coctis in vino veteri quousq; dissoluatur & terantur & superponantur capiti, & decens est misceri cum eis galliã lignum aloes gariof. fructuum mirtę calamũ aroma. & alia consimilia aromatica scd'm ꝙ videbitur medico, Et confert cõmotioni cerebri comestio cerebri gallinarum post diem tercium illud ꝙ est possibile & sibi conuenit, Si vero ex casu super capite non fuerit commotum caput nec acciderit ex eo permixtio intellectus, nec dormitio flebotometur vena cephalica tantum & superponat capiti acetum cũ oleo ros.

Cura

¶De casu vniuersaliter super toto corpore. Capitulũ. VII

Mod⁹ casus super toto corpore

QVando contingit cadi super toto corpore & doluerit totum corpus equaliter preterq; fiat in aliquo membrorum vuln⁹ vel fractura siue dislocatio/sed tñ cõmotũ est inde corpus & dolet tantũ, aut cõtingit fieri illud in aliquo membrorum vno vel pluribus. Signũ huius totius est illud ꝙ sequit ex hoc vel sensui manifestatur & patiens recitat Curatio casus quando cõmotum fuerit ex eo corpus tantum est ꝙ incipiat apud horam casus flebotomare infirmum ex vena alachal & educere de sanguine iuxta virtutem infirmi & venarum plenitudinem, postea vero submergatur in balneũ aquę frigide vehementis frigiditatis, & stet ibi quousq; infrigidetur totum corpus, & sint cibi eius olera frigida & ptisana ordei, & hoc fiat vsq; ad. iij. vel septem dies quoniã cũ hoc non indigebit medicina alia. Curatio eius quando fuerit casus super pectore ꝙ flebotometur patiens ex vena basilica & submergatur in aquam frigidam vt dictum est, & subtilietur dieta eius, & si vomuerit sanguinem aut exierit cum vrina vel cum stercore bibat ex hoc medicamine. ¶Modus medicaminis quibus accidit casus vel fortis percussio. ℞. rauẽd'n partem. i. rubeę lotę mundatę terrę sigillatę añ. partem. ϛ terantur in puluerem & sumat ex eo. ʒ. iiij. cum aqua infusionis cicerum aut almos aut succo plantaginis, & sit cibus eius lentes cum granis risi. Quod autem confert casui leui vel forti est succus pirorum quando biberit ex eo. ℥. i. cum ʒ. i. & ϛ. boli armeni vel bibat. ʒ. i. & ϛ. mumię caburię/aut bibat ex succo herbę quę dicitur al banthoĩa pondus vnius. ℥. & si nõ inuenerit recens bibat ex ea sicca pondus. i, ʒ. & ϛ. cũ aqua frigida, aut bibat ex succo herbę quę dicitur sagra alachi quantitate vnius. ℥. & est herba quæ appellatur alsarcha, habet enim fortem operationem super hoc, & quando contingit casus super ceteris membris flebotometur infirmus a parte opposita, & bibat ex hijs quę diximus, & regatur cum hijs quę dicta sunt, & emplastret̃ in omni casu leui vel forti seu percussione vel contusione in quocunq; membro fuerit cũ hoc emplastro. Qd' est vt accipiatur ex farina ordei & distemperetur cum succo foliorum alcathan id est alteę & locus emplastretur, vel emplastret̃ cum folijs cannarum viridium tritis cum modico aceti, & si accipiatur almos & est genus leguminis, & almes est farina orobor & distemperetur similiter vt alterum ipsorũ cum altero liquore aromatico & emplastretur cũ eis, reiungunt enim & consolidant membrorũ fracturas ¶Modus emplastri coniungentis os fractum accipiantur folia ficus quę dicunt althalaczam & folia papaueris siluestris & terantur & emplastrentur cum eo. Descriptio emplastri cõmunis omni casui pcussioni & contusioni siue fluxerit ex eo sanguis siue non. ℞. mumię. ʒ. v. risi persici pluries loti & triti, aluminis iameni affati añ. ʒ. iij. boli armeni. ʒ. x. & ϛ. lactę mundatę a suis lignis. ʒ. viij. aristol'. ʒ. iiij. croci. ʒ. iij. myrrhe. ʒ. i. arsenici rubei. ʒ. iij. & ϛ. castor. fenugr. rubeę añ. ʒ. ij. & ϛ. congregentur omnia & terantur & cribellentur & conficientur cũ succo alabhal iuniperi aut cum aqua cicerum contusorum, & emplastrentur cum hoc omnia loca dolentia quoniam est vltimi iuuamenti. Emplastrum ad contusionem leuem. ℞. cicerum capillorũ hominis alteę & rem & salis partes equales terantur & cribellentur & conficiantur cum aqua & emplastretur cum eo locus. Linitio ad leuem contusionem & percussionem & sedationem calidi apostematis. ℞. succi coriandri humidi myrrhæ terrę sigillatæ sandali albi partes æquales croci aliquantulum teratur totum & misceatur cum succo coriandri humidi & liniat̃ cum eo locus.

Signum

Cura casus

Cura

Puluis ad casum

Emplast.

Emplast. coniungẽs ossa fracta

Emplastrũ cõe

Emplastrũ ad leuẽ cõtusionem

¶De vstione. Capitulum. VIII.

Vstio q̄tuor cōtingit mōis Sig. oīm modorū Cura vstionis puæ

VStio contingit fieri quatuor modis, aut ex vstione ignis, aut ex vstione olei calidi, aut ex vstione calidę medicinę/ & contingit esse parua & magna. Signa omniū modorum sunt qđ infirmus refert & visui patet. Curatio vstionis paruę est ꝙ incipiat anteꝙ emplastretur locus linire ipsum cum aceto & sale, postea aspergatur desuper farina ordei vel frumenti, & si detinetur ab exitu ampullarum & generatione inflationis sentit tamen forte incendium, postea quiescit, qui non potest sufferre hoc madefaciat pecias in aqua frigida vel in aqua ros. vel in aqua niuis & superponatur loco vna vice post aliam, vel vrantur folia mirtæ & misceatur cum ceroto & superponatur, vel liniatur cum gumi arab. cum albumine oui dissoluto, vel liniatur cum cinnabrio mollito cū aceto, vel liniatur cū rachir & alhaspor vel cū bolo arm. trito cum aceto & aqua ros. & albumine oui.

Cura magnæ vstionis

Curatio magnę vstionis imprimis est cū flebotomia ex parte opposita & declinatione cibi infirmi ad id quod infrigidat, & si accidit cū eo fortis dolor superponatur ei cerebrum paruę ouis, aut superponatur ei album oui mixtū cum oleo ros. Et si non fuerit cum ea fortis dolor terantur lentes cum aceto & albumine oui & superponatur loco, & si nō fuerint in ea ampullę curetur cum vngento albo quod dicitur martan albis.

Vnguētū

¶ Modus vngenti albi conferentis vstioni ignis & contusioni & omni calido apostemati. ℞. cæræ albę. ℥. i. olei ros. ℥. vi, liquefiant ad ignem & apponantur in eis de bono litargiro. ℥. ij. & remoueantur ab igne & dimittatur aliquantulum infrigidari vt sit tepidum tūc permisceatur cum albumine oui & teratur totum in mortario optime & superponatur ei, & si apposuerit in eo modicum camphorę erit fortioris iuuamenti ad hoc & ad omne calidum apostema.

Vnguētū de calce

¶ Modus vngenti aluore. i. vngentū de calce. ℞. calcis albi & mundati a lapillis quantum vis infundatur in aqua & permittatur in ipsa per duas horas, inde remoueatur aqua illa ab ea & remoueat aliam aquam sicut prius, & sic faciat quater vel quinquies vltimo accipiat ipsam calcem lotam & colatam ab aqua & permisceatur cum oleo ro. & vngatur cum ea quę libet vstio ignis vel cuiuscunꝙ, & si dimiserit cū eo de albumine oui vel mussilagine psilij erit potentioris iuuamenti & infrigidationis, & si prolongatur tempus vstionis & efficitur vulnus curetur modo vulneris.

¶ TRACTATVS. XXX. DVAS HAbet sectiones, quarum prima est de medicinis mortiferis, & diuidit͂ in. iiij. ca.

¶ De medicinarum mortiferarum enucleatione. Capitulum. I.

Medicinę mortiferę sunt triplices

MEdicinę mortiferę diuiduntur in tres species, quia aut erunt ex mineris aut ex plantis aut ex animalibus, & horū omnium quædam sunt frigidę quædam vero calidę.

¶ De medicinis mortiferis ex mineralibus, & primo de potu argenti uiui. Capitulum. II.

Sig. argēti viui sūptionis Cura

SIgnum huius dolor fortis in ventre & intestinis & expulsio omnium quę sunt intus. Curatio eius cum potu lactis statim mulsi & confert ei valde potus vini cum absinth. vel semen apij vel mentastrū montanū aut ysopus.

¶ De linitione corpis argenti viui. Ca. III

Sig. argēti viui ex corpis linitione Cura

SIgnum huius est quia superuenit ei inflatio oris & linguę & gutturis precipue, & possibile est ei contingere corrosionem in ore & grauidā corruptionem & hoc ipse vidi multotiens. Curatio eius est ꝙ incipiat lauare locū cum aqua decoctionis seminis aneti camomillę & mentastri, deinde curentur pustulę oris cum hijs quę a nobis processerunt.

Sig. pot argēti viui sublimati

Signū potus argenti viui preparati quod dicitur sublimatū est incitatio fortis doloris in ventre & dolor intestinorum qui dicitur almagas. i. torsio & solutio sanguinis, & possibile est necare suo acumine.

Cura

Curatio eius est ꝙ bibat patiens aquā mellis frequenter & clisterizentur cum eo, & confert ei potus lactis vt diximus, & si remanserit in intestinis passio quę dicitur alsahog. i. rasura intestinorum curetur propria curatione in suo loco dicta.

Sig. argēti viui in aurē igressi

Signum eius quando fuerit ingressum in aurem est fortis dolor cum grauitate & permixtione intellectus & spasmo neruorum, & possibile est ꝙ superuenit ei epilensia, & possibile est nihil horū eū contingere. Et iam vidi ego quendam in cuius aure intrauit de. x. ʒ. quātitas & nullam lesionem intulit.

¶ Sequitur nunc de potu almaric . i. litargiri. Capitulū. IIII

Sig. litargiri Cura

SIgnum eius est quia superuenit ex eo grauitas stomacho & oppilatio in ventre & rugitus, raucedo vocis, & tumor, & priuatio appetitus cibi, & retentio vrinę & egestionis difficultas anhelitus & torsiones intestinorum ita ꝙ possibile fit apostema scindi sua grauedine, & si non acceleretur in sua curatione morietur suffocatus. Curatio eius ꝙ fiat vomitus cū aqua decoctionis aneti & ficuum cum baurac & modico butyri, vel bibat semen apij horten-

sis cum vino, Et si fuerit natura eius constipata laxetur cum scamonea & alijs laxatiuis prædictis. Et si lenta fuerit natura & abundauerit vrina signum est suę liberationis, Linitio aūt cum eo non inducit nocumenta.

¶ De potu al aspideg. id est, cerusæ. Capitulum. V.

Sig. cerusę — Signum eius est quia consequitur ex eo exsiccatio & tussis sicca & frigiditas extremitatum & totius corporis & amissio sensus membrorum & attractio costarum quę dicitur alsarasif & strictura anhelitus & dealbatur ex ea lingua & palatum, & possibile est dealbari ex ea totum corpus, & possibile est suum colorem transmutari ad rubedinem. Cura — Curatio ipsius est prouocatio vomitus cum aqua decoctionis ficuum vel cum aqua mellis vel cum oleo cōmuni, & bibat postmodum succum absinth. cum aqua mellis frequenter donec prouocetur vrina, Et si natura est constipata bibat quartā partem. ℥. i. scamoneę vel cum hydromelle / & sumat frequenter lac recens calidum cum emulgetur quoniam eius iuuamentum in hoc maxime est, & nō contingit lęsio ab eius linitione.

¶ Sequitur de potu ferruginis ferri aut eius limatura. Capitulum. VI.

Sig. ferruginis ferri aut eiꝰ limaturę — Signum eius potionis est quia insurgit eis fortis dolor ventris, siccitas oris & inflatio & dolor capitis excedens. Cura — Curatio eius est ꝙ bibat lac cum aliquo laxatiuorum fortiū, deinde bibat butyrum coctum donec huiusmodi accidentia sedentur & liniat caput infirmi cum oleo ros. aceto & aqua rosa. Cura limaturæ — Curatio eius qui sumpserit eius limaturam est ꝙ accipiatur de lapide magnetis & teratur optime & bibat ex eo. ℥. i. cum vino hoc enim educet ipsam.

¶ De potu sericon. i. stupij. Ca. VII

Sig. stupij Cura — Signum eius est ꝙ consecuntur ipsum accidentia vel marcat. i. litargiri. Et eius curatio eadem est cum curatione illius de potu arzanichi. i. generū vel gumi arsenici.

¶ De potu arzenici. i. generum vel gumi arsenici. Cap. VIII.

Sig. arsenici — Signum eorum potionis est fortis dolor intestinorum & dolor ventris mordicans & vlcerans vlcerationes in intestinis, & nisi acceleretur in sui curatione morietur infirmus. Cura — Curatio ipsorum est frequentatio potus iulep donec abluantur intestina, postea bibat aquam decoctionis risi & amidi & similium & cibetur cibis pinguibus ne superueniat intestinorū rasura quę si superueniat curetur propria curatione quę dicta est, & si cum hijs acceperit de calce curetur cum hijs quę dicemus.

¶ De potu calcis. Caplm. IX

Si. calcis — Signum potionis est quia superueniunt ei incendium vstio & fortis morsus in intestinis cū forti dolore & magnus fluxus ventris ita ꝙ possibile est deuenire ad fluxū sanguinis & tremor cum siccitate oris & extremitatis frigiditate & manifestatur odor dulcis in vrina, & nisi acceleretur in sui curatione morietur. Cura — Curatio eius est sicut curatio potōis arsenici ęqualiter sicut cum sumptione pinguium & butyri vaccini, & bibat etiam oleum ros. mixtum cum iulep, & faciat vomitum, & si remanet de ea residuum in intestinis clisterizentur cum fenugr. & oleo sisamino, & bibat post hoc terciam partem. ℥. i. fellis ceruini.

¶ De potu gipsi persici. Cap. X.

Sig. gipsi — Signum eius potionis est fortis oris siccitas & præfocatio cum oculorū profundatione, & nisi acceleretur in sui curatione morietur. Cura — Curatio eius ꝙ bibat aquam mixtā melle & modico oleo oliuarum, & curetur cum clisteribus lenibus ex aqua. s. decoctionis fenugr. cassiæ fistulę & oleis, & bibat vinum dulce & aquam decoctionis ficuum vel aquam lactis cocti, & odoret patiens aromata calida, & sumat pulmentum de ordeo, & caueat a vomitu.

¶ De potu zenzifur. id est, cinobrij. Capitulum. XI.

Sig. cinobrij — Signum potionis eius est quia consecuntur cum ea quæ consecuntur ex potu argenti viui. Cura — Et eius curatio est eadem cum illius curatione.

¶ De potu ziniar. i. floris ęris. Capitulum. XII.

Sig. floris ęris — Signum eius potionis est quia insurgunt ei ex ipso siccitas vehemens motus & vlcerationes intestinorum & rasura oris. Cura — Et eius curatio æqualis est curationi arsenici.

De potu vitrioli & aluminis Capitulum. xiij.

Sig. vitrioli & aluminis — Signum potionis ipsorum est sicca tussis similis passioni siccę quę dicitur alsul. i. ptisis. Cura — Curatio ipsius est cum potu lactis cum

zuccaro aut potu zuccari cum oleo rosa. aut cum butyro.

De potu aquę saponis. Cap. xiiij

Sig. aquę saponis

SIgnum potionis ipsius est magna inflatio gutturis & ventris, & truncatio, & dolor intestinorum, & nisi acceleretur apud sui curam morietur. Curatio eius est æqualis curationi potionis arsenici.

Cura

De potu salis armoniaci. Cap. xv

Sig salis armoniaci

SIgnum eius potionis est quia superuenit ei vehemens calor in gutture & lingua, & morsus in stomacho cum vehementi siti: & curatio eius æqualis est curationi potus arsenici.

Cura

De potu sulphuris. Cap. xvi.

Sig. sulphuris

SIgnum excessus potionis ipsius est fortis calor in corpore & dolor in epate. Curatio eius est cū potu secaniabin zuccaro & succo granatorum & malorū & ptisana ordei.

Cura

De potu ellebori albi. Cap. xvij.

Si. ellebori albi

SIgnum eius potionis est quia superuenit ei suffocatio & indignatio stomachi & sincopis, & possibile est ipsum mori ex attractione grossi flegmatis ad guttur inde suffocatur patiens. Curatio eius est æqualis curationi eius qui comedit fungos mortiferos, indignatio autem stomachi & sincopis curetur cū mundificatione stomachi per vomitum ac eius emplastratione cum emplastris factis ex succo citoniorum & pomorum rosis & sandalis & hijs similibus.

Cura

De potu ellebori nigri. Ca. xviij.

Sig. ellebori nigri

SIgnum eius potionis est inflatio in gutture & pulsus cordis, intellectus permixtio, tremor fortis, inflatio & fluxus ventris, & eius operatio fortior est operatione ellebori albi, & si nō acceleretur in sui curatione morietur in termino trium annorum. Curatio ipsius est ꝙ faciat vomitū cum aliquibus medicinis prouocantibus vomitum, & comedat pinguia, & absorbeat butyrum recens & bibat iura pinguia & ptisanam de frumento vel aquam decoctionis cicerum alborum & ordei & sumat hęc cū oleo amigdalarum dulcium, Et si augmentatur inflatio bibat secaniabin zuccarinum vel succum granatorum vel succum malorū, & si accidit ei inflatio bibat vinum cum cimino & aniso & semine apij, & emplastretur stomachus cum emplastro dissoluente inflationem. Curatio vero eius a solutione ventris est ꝙ vomat cū aqua decoctionis ordei & secaniabin.

Cura

Cura

¶ De potu cataputię & titimalli & aliorum generum. Capitulum. xix

DE potu aldened. i. cataputię & aliarum id est grana titimalli & esul. & almezerion & sene scamoneę & euforb. Harum quidem specierū operatio solutionis ventris est fortis & acuta. Signum excessus ipsarū est excessus fluxus ventris, inflatio gutturis, trūcatio corporis, dolor intestinorum & incendiū in ano & in intestinis, fortis sitis & rasura intestinorum, & possibile est deuenire ad fluxum sanguinis, & vniuersaliter interficiunt nisi habeatur sollicitudo apud sui curationem. Curatio horum est ꝙ incipiat vomere cum aqua & oleo communi, postea bibat oleum amigdalarum dulcium cum modico zuccaro, vel bibat butyrum recens aut lac statim mulsum calidum post vomitum vero sumat aquam ordei cum. ℥. ij. vini dulcis & competit ei tyriaca alfaroc, & qui vult emendare nocumentum ipsorum emendet cum hijs quę diximus in suo loco.

Sig. Cataputię & titimalli & esulæ &c.

Signum

Cura

¶ De potu colloquinti. Cap. xx.

Sig. colloquintidę

SIgnum eius sumptionis est fortis fluxus ventris & rasura intestinorum & dolor & pruritus in ipsis, Curatio ipsius est ꝙ bibat ea quę prediximus superius de potu laxatiuoꝝ & fiat clistere cum succo plantaginis & aqua decoctionis risi cum vitellis ouorum & oleo rosꝭ & bolo armeno, & emplastretur stomachus cū succo malorum & citoniorum & myrrha & similibus.

Cura

De sumptione cucu. asini. Ca. xxi

Si. cucu. asini.

NAtura eius propinqua est naturę colloquintidæ, & curatio eius equalis est curationi illius.

Cura

¶ De sumptione aldaned. i. catapucię solius. Cap. xxi.

Sig. spęcia lia cata.

SIgnum eius excessus sumptionis est quoniam superuenit ei molestia & inflatio gutturis & excessus fluxus ventris. Curatio eius est ꝙ emendetur malicia eius cum hijs quę in suo loco dicta sunt. Et curatio eius excessus est ꝙ decidatur cum his quę diximus in reliquis laxatiuis.

Cura

De potu aloes agarici & aliorum laxatiuorum. Cap. xxij.

Sig. agarici aloes &c.

DE potu aloes agarici mirabol. epithimi & cæterorum laxatiuorum dicta sunt a nobis emendationes ipsorum & quantitas sumptionis ipsorum in loco proprio accipiatur exinde.

Cura

¶ De potu granoꝝ alhal. Cap. xxiij

Sig. alhal

SIgnum excessus sumptionis ipsius quia superuenit ei molestia fortis & sincopis. Curatio eius est cum vomitu cum aqua calida & oleo communi & sumptione olei & pinguium iurium.

Cura

¶De sumptione alcūdex arthanithe & aluf. Capitulum. xxiiij

Sig. alcūdex Sig. arthanithe & aluf

Signum sumptionis cundes si sumpserit ex eo pondus .3.i. est quoniam superuenit ei siccitas nariū palati gutturis & multa sternutatio & multitudo verborum, & stomachi dolor, & nisi acceleret erga sui curationem morietur in eadem. Signum sumptionis arthanithe & aluf est quoniam superueniunt ex ipsis inflatio gutturis & intestinorum & fortis calor. Curatio horum omnium est sicut curatio ellebori nigri.

Cura

¶De potu alsurnegen .i. hermodactilorum. Capitulum. xxv.

Sig. hermodactilorum

Signum excessus sumptionis ipsorum est quoniam accidit ei pruritus in toto corpore & fortis morsus in stomacho & tumor palati & linguę cum nigredine, & si non habetur sollicitudo apud sui curationem faciet fluxum sanguinis per secessum & calorem in intestinis. Curatio est cum vomitu deinde cum leui clisteri, postea vero bibat lac vaccinum & lac asinę statim mulsum, vel bibat .3.v. glandium tritarū cum vino & sumat de draganganto & gumi arab.

Cura

¶ De sumptione cepę squillę. Cap. xxvi

Sig. cepę & squillę

Signum excessus sumptionis ipsius est quoniam accidit ei indignatio stomachi & fortis vomitus offendens sua mordicatione neruos stomachi. Curatio eius est quod vomat cum aqua calida & oleo communi, deinde comedat coctana & grana myrrhæ & cuuitere .i. pira, & bibat succum alhuseg, & vngatur corpus cum oleo de ben quoniam aufert eius nocumentum.

Cura

De sumptōe altafli .i. oleandri. Ca. xxvij

Sig. oleādri

Signum sumptionis ipsius est inflatio ventris & alrerab & aluereg, & si non erit sollicitudo erga sui curationem morietur patiens. Curatio eius est cum vomitu, deinde fiat clistere cum baurac & sale & melle & albumine oui & aqua decoctionis lentium, & comedat pulmentum de ordeo & semine lini & fenugr. coctis cū radicibus alteę & oleo sisamino.

Cura

¶De sumptione siseleos. Cap. xxviij

Sig. siseleos

Signum huius est quia superueniunt super eo vlcerationes in vesica & renibus & guttatio vrinę/& possibile est eum mingere cū ardore & dolore. Curatio ipsius ꝙ bibat aquā decoctionis liquiricię cum modico gumi draganti, & bibat aquam decoctionis sebesten cum semine feniculi apij, & sumat ptisanam de ordeo in qua cocta sint amigdala dulcia & sebesten.

Cura

¶ De sumptione affacan. Ca. xxix.

Sig. affacan

Signum eius sumptionis est quia superuenit ei dulcedo cum ponticitate & sentit .q. odorem vini & egrediunt de eo desubter ventositates plurimę, & accidit ei vertigo capitis & præcipue cum stat pedibus, & accidit ei liquor in oculis & grauitas in capite, & nisi acceleretur erga sui curationem morietur eadem, & de proprietate huius speciei est interficere leopardos & alfahod, & propter hoc appellatum est nomen eius athalmamet. Curatio eius est ꝙ mundificetur stomachus cum vomitu & intestina cum clisterijs, postea vero bibat aquam decoctionis absinthij, aut aquam decoctionis alsia .i. genus centaureę/aut aquam decoctionis erucę/vel bibat pondus vnius .3. balsami cum vino odorifero, vel bibat pondus vnius coaguli hædi vel leporis cum aceto dissolutum & permixtum.

Cura

¶De sumptione quę dicitur altentoton .i. necans muscas. Capitulū. xxx.

Sig. altentoton

Signum eius sumptionis est quia consecuntur ex eo pulsus orificij stomachi & indignatio & tremor in corpore & saltus & magna pigricia & amissio sensus, frigiditas & rubedo faciei, & nisi acceleretur apud sui curationem morietur. Curatio eius est mundificare stomachum per vomitum cum aqua calida & oleo communi & mundificentur intestina cum clisterijs lenibus in principio, deinde cum clisteri acuto, & bibat post vomitum pondus duarū .3. rutę siccę & puluerizatę & mixtę cum vino vel bibat rutam cum pipere & vngatur corpus cum oleis humidis.

Cura

¶De sumptione herbę quę dissoluit epar & grece dicitur chimandos. Ca. xxxi

Sig. cōsūptionis epatis

Signum eius sumptionis est quia epar cum fluxu sanguinis quousqꝫ moritur. Curatio eius est ꝙ vomat cum aceto & butyro & bibat lac in quo trita sint grana pini, & comedat persica recentia, & emplastretur epar cū aromaticis medicinis vt cum spic. mastic, croco absinthio & similibus.

Cura

¶ De sumptione rutę siluestris. Ca. xxxij

Sig. rutæ siluestris

Signum eius est vehemens ardor in ventre cum inflatione & ꝓfundatione oculorum. Et possibile est accidere ei qui colligit ipsā & tangit manibus vt ampulletur eius manus sicut ex vstione ignis, & fiunt in eis vstio inflatio & apostematio. Curatio eius est ꝙ faciat vomitum cū aqua calida & oleo cōmuni cum radice secaniabin & administrentur clisteria leuia, vel bibat ex cineribus sarmentoꝝ vineę cū aqua & aceto. Curatio aūt tactus ipsius est cū vnctione ceroti & vngento alueri .i. de calce.

Cura

Cura tactus

¶ De sumptione alcamasir & est semen simile semini nigellę in sua figura & est pingue & dulce. Ca. XXXIII

Sig. alcamasir — Signum comestionis eius est quia insurgit ei intensa dulcedo & post dulcedinem facta & lesio & molestia. Et dixit Alchandi quoniam scindet patiens vestimenta sua & clamat fortiter donec deicietur vox eius & percutit caput suum in pariete prę nimia angustia, & nisi acceleretur apud sui curationem morietur post duas horas. Cura — Curatio ipsius est accelerare vomitum, deinde laxare ventrem cum leui laxatiuo, & bibat super hoc succum citoniorū cum granis ipsorum & brodium carnium pinguis hedi, & bibat vinum odoriferum temperatum cum aqua.

¶ De sumptione alzmiz. id est nigellæ. Capit. XXXIIII

Sig. nigellę — Signum sumptionis eius est præfocatio gutturis. i. squinantia cum ventris dolore, Et dixerunt quidam ꝙ excessus comestionis eius interficit. Cura — Curatio ipsius est ꝙ vomat primo cum secaniabin & aqua calida, & bibat vinum limphatum, & comedat perdices fasianos & pullos gallinaceos masculini sexus. Et dixit Alchandi ꝙ curatio eius est sicut curatio eius qui comedunt fungos mortiferos.

¶ De sumptione seminis vrticæ. Capitulum. XXXV

Si. vrticę — Signum eius sumptionis est quia superuenit ei truncatio in corpore præcipue quando excesserit in sumptione ipsius, & possibile est superuenire sibi ex hoc tussim, Et quidā dicunt ꝙ excessus eius interficit. Cura — Curatio eius est quod submergat patiens manus & pedes in aqua calida, & bibat lac & butyrum recens & vngatur corpus cum oleo de ben, & bibat iulep & ptisanam ordei.

¶ De sumptione achalos siluestris. Capitul. XXXVI.

Sig. achalos siluestris — Signum eius sumptionis est quoniam superuenit ei motus membrorū inuoluntarius & spasmus neruorum & permixtio rationis cum excessu turpis risus, Et si non habetur sollicitudo in sui curatione morietur vsq; ad tres dies. Cura — Curatio ipsius est ꝙ vomat, & postea bibat hydromel, vel bibat lac caprin. calidum statim mulsum aut lac vaccinum, & vngatur corpus cum oleo de aneto vel de lilio & si non inuenit cum oleo communi.

¶ De transglutione caroz alsaub id est barbæ spicę. Capitulum. XXXVII

Sig. barbę spicę — Signum transglutionis ipsius est quia superuenit ex ea fluxus sanguinis per inferiora & nigredo linguę / & consecuntur ex ea accidentia albersen. Cura — ¶ Curatio eius est ꝙ bibat pondus. iiij. ℨ. & ℨ. i. & ℈. camphorę cum. ℥. i. aquę ro. etiam emplastretur epar cū camphora trita cum aqua rosa. & sorbeat postea sauic de ordeo cum sirupo & iulep violarum, & comedat granata acetosa, & bibat oleū cōmune.

¶ Sequitur de sumptione albis. Capitulum. XXXVIII

Sig. albis — Signum eius dixerunt antiqui quoniam celerius necat ꝙ̄ cætera mortifera, & dicunt ꝙ eius olfactio sola generat epilensiam. Ex potu vero eius secuntur vertigo capitis & ęquipollentia continua sincopis, inflatio linguæ & oculorum profundatio, & nisi acceleretur in sui curatione morietur cito. Cura — Curatio ipsius est ꝙ vomat apud sui principium cum aqua decoctionis raparum postꝙ̄ colata & mixa fuerit in ea lib. i. butyri, & hoc faciat pluries, postea vero coquantur glandes cum vino & bibat de illo vino. ℥. ij. cum pondere. ℨ. ℈. diamusci facti cum pondere vnius kerac boni musci. Q; autem cōfert magis iuuamen in hoc casu est butyrū vaccinum & lapis qui dicitur albazahar viridis & rubeus clarus dum est calidus, & bibat de tyriaca alfaroc & metridato & de electuario musci, de quocunq; ipsorum inuenerit.

¶ De sumptione alfos vel aldolia. i. arbore risi. Cap. xxxix.

Sig. arboris risi — Signum eius potionis est quia superuenit ex ea tumor linguę & oris cum passione dormitionis & sincopi & rugitus ventris. Cura — Curatio ipsius est ꝙ vomat in principio cum ydromelle vel cum secaniabin & aqua calida, deinde administretur clistere leue, postea bibat darsen & absinth. aā. ℨ. i. vel bibat ex castoreo & spica almacharut aā. sextam partem. ℨ. i. cū vino.

¶ De sumptione aldadi. Ca. XL

Sig. aldadi — Signum eius est quia superuenit ex eo capitis vertigo & permixtio intellectus, & nisi acceleretur curatio eius morietur vsq; ad quatuor dies. Cura — Curatio eius est ꝙ vomat & bibat lac recens, & nutriatur cum brodio pingui, & absorbeat butyrum & bibat absinth. cum vino quoniam eius curatio est.

¶De sumptione cassie. Ca. XLI

Sig. cassie Signum eius est quia superuenit ex profundatione oculorum & rubedo faciei & passio quę dicitur alsafata per totum corpus & fortis in gutture & stomacho intolerabilis. Et Cura eius curatio est sicut curatio sumptionis rutæ siluestris.

¶De sumptione anacardi. Ca. XLII

Sig. anacardi Signum excessus potionis ipsius est quia cõsecuntur ex ea accidentia calida, & possibile est aduenire passionem quæ dicitur aduesues. i. maniam & fortem dolorem, & nisi acceleretur curatio eius morietur illa die. Curatio Cura eius est cum vomitus & clisteris administratione & regimine quod descriptum est in potione euforb. & comedat butyrum & fructus pineę & bibat aquam ordeaceam & lac vaccinum acetosum & odoret oleum violarũ, Quod aũt sua proprietate confert ad hoc est comestio nucum quoniam est expertum.

¶De potu croci. Cap. XLIII

Sig. croci Signum eius potionis est quia offenditur Cura cerebrum & nerui. Et curatio ipsius est ꝙ vomat cum secaniabin & aqua calida/ & bibat postmodum succum pomorum vel granatorum, aut bibat iulep cũ troc. ex spodio.

¶De potu coriandri in excessiua quantitate. Cap. XLIIII

Sig. Coriandri Signum excessus sumptionis ipsius a quatuor. ℥. vsq; lb. ϛ. est quoniam superuenit ex eo vertigo capitis & permixtio intellectus & multum silentium cum raritate & turpitudine sermonis, deinceps sopor & frigiditas corporis & citrinitas coloris & raucedo vocis, & redditur odor eius sicut odor coriandri, & nisi acceleretur eius curatio cito morieť. Cura Curatio ipsius est ꝙ vomat cum aqua calida & oleo communi, vel cum decoctione aneti, aut cum modico olei sirag, & bibat vinum sirag & purum & coctum, & comedat ouorũ vitella mollia cum pipere & sale, & bibat iura gallinarum pinguium, & bibat etiam absinthiũ cum vino. Ex potu autem coriandri siluestris eadem insurgunt accidentia sed fortiora, Et curatio eius est eadem.

¶De potu solatri quod est plurium generum. Capitulum. XLV

Sig. solatri Cura Signum excessus potionis ipsius est quia insurgunt ex eis. q. fatuitas & permixtio rationis & impeditio linguę. Et curatio potus ipsorum est eadem cum curatione potus coriandri humidi.

¶Sequitur de potu psilij Capitulum. XLVI

Signum excessus potionis ipsius est quoniã secuntur ipsum molestia & tristicia & angustia anhelitus casus virtutis debilitas pulsus & sincopis & corporis frigiditas, & possibile est ꝙ interficiat. Curatio eius est ꝙ acceleretur curatio potus coriandri humidi ęqualiter. Sig. psilij Cura

¶De potu seminis iusquiami in quantitate offendente. Cap. XLVII.

Signum potus eius supra. ʒ. ij. est ꝙ consecuntur ex eo perditio intellectus inebrietas permixtio rationis & rubedo faciei & oculorum, grossitudo linguæ, prohibitio sermonis, strictura anhelitus & corporis frigiditas, & si non acceleretur eius curatio morietur infra duos dies, & ex signis eius est quia cum accidit in hora mortis ipsius superuenerit ei pigricia & sopor citrinitas faciei & frigiditas extremitatum. Curatio eius in suo principio est ꝙ vomat cum hydromelle & baurac & cum decoctione ficuum, & assiduet potum lactis asinę & vaccini & caprini, & si hoc non sufficit curetur curatione potus apij. Si. iusquiami Cura

¶De potu alsucaram. Ca. XLVIII

De potu alsucaram & est semen simile semini anisi sed maius est eo aliqñtulũ & folia plantę ipsius similantur folijs nucis. Signum potionis ipsius est quia insurgunt ex eo frigiditas extremitatum & grauitas motus corporis suffocatio strictura anhelitus, permixtio rationis, oculorum caligo, singultus & dolor stomachi, & citrinitas viridis labiorũ, & color corporis redditur plumbeus & grauitas motus membrorum durities pulsus, & postea quiescit venæ, & nisi acceleretur in sui curatione morietur post tres horas. Curatio eius ꝙ vomat festinanter cum aqua calida & ordeo communi, deinde clisterizetur cũ aqua & oleo & bibat lac asinę vel vaccinum, & bibat rob de vuis temperatum, & bibat vinum odoriferum mixtũ cum pondere vnius. ʒ. piperis triti. Sig. alsucaram Sig. potionis Cura

¶De potu mandragorę. Ca. XLIX

Signum eius est quia superuenit ei in principio vertigo capitis, postea vero inebrietas & oculorum rubedo atq; faciei, deinceps autem sopor similis sopori qui dicitur alcabarges, & nisi acceleretur in sui curatione morietur festinanter. Curatio eius est quod vomat cum melle & aqua calida & nitro, post vomitum vero bibat sirupum de absinthio & vinum dulce mixtum cum absinthio trito, & super- Sig. mandragorę Cura

ponatur capiti acetum vini cum oleo rosa. & absorbeat sorbitiones de aceto forti in qua infusa sit ysopus & absinthiũ, & quando recedit rubedo ab oculis & facie & remanserit sopor sumat in potu thyriacam factam contra opium infrascriptum.

¶ De opio cum vino. Cap. L.

Sig. opij — Signum eius qui excesserit in suo potu a. ℥. i. & . ʒ. vsq; ad. ij. ʒ. est quia accidit ei sopor fortis & sudor frigidus, permixtio rationis & singultus & motus membrorum, & possibile est accidere fortem pruritum per corpus, & resultat ex eo odor sicut odor opij, Et quando est prope mortem cõmouetur totũ, & possibile est ꝙ ꝓfundentur oculi eius & nigrescant vngule / & si acceperit ex eo. ʒ. ij. vel plus morietur in illa hora. Cura — Curatio eius ad sui principium est ꝙ incipiat vomere cum aqua calida & oleo sisamino vel oleo communi, & vomat cum aqua mellis aneto & sale indo, deinde clisterizetur cũ clisteri calido, & bibat vinum forte antiquum pluries in quo coctum sit darsen tritum & prouocentur sternutationes cum condisi & castoreo & pipere & calefaciat caput cum emplastro calido, & abstineat a somno & sumat ex hoc medicamine. Modus tiriacę opij — ¶ Modus tyriacę opij. ℞. castor. altit. i. asę fœtidę alihal. i. iuniperi partes æquales teratur totum & cribelletur & conficiatur cum melle & bibat de eo ad modum auellanę / & cõfert huic compositio sechaznayę & comedat nuces & allia & fricetur corpus cum oleo de castoreo. Et si excesserit in ipso pruritus ingrediatur balneũ aquę calidæ / & si exierit a balneo sumat brodia & carnes pingues, postea sumat vinum forte, Et cum hac eadem medicina curatur qui sumpserit papauer nigrũ & excesserit in ipso.

¶ De potu nucis mache. Cap. LI.

Sig. nucis mache — Signum potus ipsius a tercia parte. ʒ. vsq; ad mediam est quia superuenit ex eo inebrietas grauis & fortis & mordicatio in stomacho & anhelitus & sudor frigidus & commotio statim. Cura — Et curatio ipsius est eadem cum curatione potus mandragorę.

¶ De comestione fungorum mortiferorum. Capitulũ. LII

Si. fungorũ mortiferorum — Signum comestionis ipsorum est quia surgit ex eis singultus & difficultas anhelitus, & suffocatio in gutture, & passio colon, indignatio stomachi, dolor ventris per totũ, & sincopis, & sudor frigidus & sitis & desideriũ potandi aquę frigidę cum citrinitate faciei & inflatione & intellectus corruptione, & si nõ acceleretur curatio sua morietur cito. Cura — Curatio eius est ꝙ vomat festinanter antequam alteretur in stomacho cum aqua calida & oleo communi, aut bibat aquã decoctionis mentastri montani ysopi & origani cum. ℥. i. de secaniabin mellino & modico baurac rubei vel albi, & accipiat post hoc aliquod electuariorum ex piperibus & electuario ex cimino & similia, postea vero bibat vinum purum, & si non sufficit ei hæc curatio curetur cum compositionibus tyriacis in suo loco perfecte scriptis.

¶ De comestione fungorum. Capitulum. LIII.

Si. fungorum — Signum huius est quia accidit retentio vrinę & dolor stomachi & dolor colicus, silentiũ & amissio medię partis corporis, & si nõ acceleretur eius cura morietur statim, Cura — Curatio ipsius est ꝙ vomat cum. ʒ. ij. stercoris gallinæ cũ secaniabin mixto vel cũ aceto & aqua calida, vel faciat vomitũ cum. ʒ. iij. cinerũ sarmentorũ vineę / & quando fuerit mundificatus stomachus per vomitum administretur ei clistere nehas. i. bacciturę æris. s. cum hydromelle & vomat post illud, & bibat vinum purum.

¶ De comestione medullarũ fructuum. Capitulũ. LIIII.

Sig. medullarum fructuum — Signum comestionis illarum est quoniã accidit ex illis dolor fortis & stupor & subuersio animę. Cura — Curatio ipsorũ est cum vomitu & acceptione generũ rob acrium sicut rob de agresta & rob de pomis & similia.

¶ SEQVITVR SECTIO SECVNDA de mortiferis animalium, quę diuiditur in Capitula. xxxiij.

¶ De sumptione cantaridarum. Capitulum. I.

Sig. cãtaridarum — Signum huius est quia consecuntur ex illis sincopis & pulsus cordis, inflatio corporis & fortis morsus per vniuersa membra, & præcipue quę sunt sub ore sicut est stomachus venter & intestina pulmo renes & vsq; ad terminum vesicę & minctura sanguinis & inflatio virgę / faciunt enim vlcerationes in vesica & retinetur vrina, & non exit nisi guttatim & fit inflatio in dextro latere & grauantur coxæ / & sequitur ex eis febris & intellectus permixtio, & possibile est etiam accidere ex appositione illarũ extra corpus tincturam sanguinis & ardorem in vesica, & iam ego vidi hoc. Cura — Curatio earum est per vomitum cum aqua calida & oleo sisamino & decoctione ficuum pluries, postea bibat multum de lacte, & bibat muscilaginem psilij cum sirupo iulep, & bibat succum portulacę & copiose bibat ex butyro cocto & fiat clistere cum aqua ordei, alteæ, & albumine oui,

& instilletur virge de oleo rosato. & bibat iura gallinarum cum oleo amigdalarum. & ingrediatur balneum aquæ calidæ / & comedat ficus, & bibat sirupum viol. & de sebesten. Vlceratio autem si contingat vesice curetur autem cum hijs que dicta sunt in suo loco. Curatio autem huius ex appositione illarum extra corpus est quod statim abluat locus, & ingrediatur patiens balneum, & superponatur loco multum olei & regatur cum hijs que diximus.

¶ De potu animalis quod dicitur alcathar. Capitulum. II.

Sig. Alcathar — Signum potionis eius est quia cito necat, Et curatio ipsius est quod bibat. 3. i. & . 5. de tyriaca alfaroc cum aqua decoctionis anisi, & epithimetur stomachus cum aqua decoctionis mentastri montani & folijs alreriad, & accipiat ex hoc puluere. Puluis — ℞. aristol. foliorum alger. i. lauri seminis rute an. kerat. i. cum aqua ca.

¶ De potu salamandre. Cap. III.

Sig. salamandre — Signum eius potionis est quia accidit ex ea inflatio lingue & prohibitio sermonis cum grossitudine & amissione motus membrorum & inflatio per totum corpus, & tremor & nigredo corporis, & si non acceleretur eius cura ruet caro eius & membra putrescunt, & depilantur capilli, & cum accidit mors fluit ex eo humor putridus. Cura — Curatio ipsius est cum vomitu ex aqua calida & oleo comuni & baurac, postea bibat lac calidum, & absorbeat de granis pini excorticatis & tritis cum melle, vel sanguine anseris, aut sanguine ericij & modico aceto, & bibat modicum de kitram cum vino, & bibat brodium carnium pinguium & brodium cancrorum fluuialium, & sit potus eius in horis suis rob de vino limphatum, ex hoc erit perfecta curatio ipsius.

¶ De potu ranicule aquatice. Ca. IIII

Sig. ranicule aquatice — Signum potionis eius est quoniam superuenit ex ea inflatio & discoloratio coloris, foetor anhelitus, & mordicatio in corpore & stomacho, & si diu retinebit eam cadent eius dentes & capilli. Cura — Curatio eius est quod vomat cum eis que diximus, deinde bibat vinum purum & bibat lac vaccinum, & exerceat ambulationem & cursum, & ingrediatur balneum & vngatur cum oleo de kerua, & cum hoc curabitur.

¶ Sequitur de potu alcafas. Cap. V

Sig. Alchafas — Signum eius est quoniam si accipiatur ex cauda eius, & miscetur cum cibo & potu, & non acceleretur curatio eius statim morietur. Cura — Curatio eius est quod vomat, & fiat clistere leue quousque laxetur venter, deinde bibat de tyriaca quatuor specierum, vel de tyriaca alcabi id est magna.

¶ De potu leporis marini. Ca. VI

Sig. leporis marini — Signum eius est quoniam superueniunt ex eo fortis dolor in stomacho, solutio ventris, retentio vrine, strictura anhelitus & asma, sudor foetidus & excessus vomitus, Et si non acceleretur cura eius morietur & ducet eum ad ptisim. Cura — Curatio ipsius est quod bibat lac & vinum simul mixta vnum post aliud pluries, & prius bibat succum citrullorum & altee humide. Secunda vero die cum sedata fuerint huiusmodi accidentia bibat parum de infrascriptis pillulis & desuper earum quod accipiatur scamonea ellebori nigri agarici succi liquiriciæ gumi dragaganti partes æquales fiant pillule & accipiatur de ipsis. 3. i. cum syrupo iulep, & si confirmata fuerit in ipso tussis & asma accipiatur earum curatio ex suo loco.

¶ De potu castorei. Cap. VII

Si. Castorei — Signum potus eius est quia superueniunt ex eo accidentia birsen. i. frenesis & cordis tristicia, siccitas oris, & pustule in lingua, & possibile est quod interficiat & hoc quidem si sumit ex eo vltra. 3. 5. Cura — Curatio ipsius est cum vomitu, deinde bibat acetositatem citri vel acetum vini aut lac vaccinum acetosum vel succum malorum acetosorum, habet enim succus malorum acetosorum proprietatem mirabilem multi iuuamenti contra potum castorei / & similiter lacasine.

¶ De potu stuphe. Cap. VIII

Animal stuphe — De potu animalis quod dicitur stuphe & est paruum reptile habens pedes & color eius est viridis, & inuenitur in hortis super folijs ficuum. Sig. eius — Signum potionis eius est quoniam accidit ex eo dolor in orificio stomachi cum forti indignatione, inflatio in corpore, inflatio lingue & detruncatio in intestinis Et si non acceleratur eius cura morietur infra septem dies, Cura — Curatio vero & regimen ipsius est sicut diximus de potu cantaridarum.

¶ De potu fellis vipere. Cap. IX

Si. potionis vipere — Signum potionis ipsius est quia nunquam euadet quis ex eo nisi cum voluntate dei altissimi. Cura — Curatio vero eius per modum speciei est quod bibat ex tyriaca alfaroc vel ex compositione metridati & ex lapide albazahar, si statim habere poterunt, Quod autem vltimi iuuamenti est in hoc potus butyri in illa hora qui assumpsit fel vna vice post aliam calidum, & postea vomat

ipsum, & si diu permanserit & insurrexerit sincopis acceleret potare vinum & brodiũ carniũ pullorum gallinaceũ cum modico diamusci & etiam ipsius musci

Sig. fellis leopardi

¶De potu fellis leopardi. Cap. X.

Signum potionis eius est quia statim euomet fel viride / vel sentiet gustum aloes in eius ore, & qui odorauerit anhelitũ suũ percutiet illum & forma oculorum suorũ minoratur.

Cura

Curatio eius est ꝙ vomat in principio cũ hijs quę dicta sunt, deinde fricetur corpus cum aliquibus oleis aromaticis & cibetur cibis temperatę complexionis, & sumat ex hoc electuario qd' appellatur mahagon alan. i. electuarium de bolo. ℞. boli arm. baccarũ lauri añ. partem. i & de congregatione cerui partes. iiij. foliorum rutę mirtę añ. partem. ſ. teratur totũ & conficiatur cum melle & sumat de eo in quantitate nucis, & accipiatur ex eo etiam post vomitũ & sedeat in aqua decoctionis medicinarum aromaticarum calidarum, & si pteribunt in ore erit tũc spes liberationis suę.

Sig. sudoris bestiarum

¶De potu sudoris bestiarum. Cap. XI.

Signum potionis eius est inflatio faciei & color viridis & prefocatio & exitus sudoris multi fœtidi ex corpore.

Cura

Curatio eius est ꝙ vomat cũ aqua & melle pluries & bibat pōdus .3.ſ. aristol. & tantundem salis adriani cũ aq̃ tepida & bibat de electuarijs boli suprascripto.

Si. extremitatis caudæ

¶De potu extremitatũ caudę. Ca. XII.

Signum potionis ipsius est quia sentit molestiam & dolorem p corpus & calorem & inflãmationem.

Cura

Curatio ipsius est ꝙ bibat multum de butyro antiquo & melle tepidum cum aqua ros. postmodum vero accipiant auellanę & fisticę & basahar & teratur & misceatur totum, & accipiatur ex eo ad modum auellanę quolibet quarto die.

Sig. sanguinis bouis

¶De potu sanguinis bouis. Cap. XIII.

Signum potionis calidi est quoniã superuenit ex eo suffocatio & tumor in gutture, ita vt nihil possit transglutire cibi & potus, strictura anhelitus, tumor linguę cum radicibus dentium, & coagulatur sanguis inter eos, & si non acceleretur curatio sua morietur.

Cura

Curatio ipsius est ꝙ sumat id qd' dissoluit condempsationem sanguinis, & est vt sumat multũ de aceto & comedat ficus infusas in aceto per dies in quo dissoluatur nitrum, aut bibat baurac aude gan. i. semen vrticæ añ. 3. ſ. trita & mixta cum ℥. tribus vini, vel bibat secaniabin cum duabus. ℥ cinerum vitis. & nullo modo faciat vomitũ duceret enim ipsum ad suffocationem, & emplastretur stomachus cum farina ordei & aqua & melle, & curetur qui bibit sanguinem boum cũ medicinis puocantibus vrinam, & quando eduxerit natura per secessũ a causa potionis sanguinis bouis aliquid simile croco dissoluto erit tunc signum qd' cum hoc perficit eius curatio.

Sig. lactis coagulati

¶De lacte coagulato in stomacho. Capitulum. XIIII

Signum eius est quia accidit ex eo anhelitus sincopis sudor frigidus & præfocatio, & plures moriunt ex hoc si non acceleratur curatio ipsorũ.

Cura

Curatio eius est ꝙ caueat a vomitu & bibat de coagulo leporis. 3. i. & . ſ. cum ℥. i. aceti vini fortis, vel bibat pondus. 3. i. halit. i. asę fœtidę cũ aqua calida, vel bibat ex stercore gallinaceo cum aceto, vel bibat mel cum aqua & niue vel bibat pondus. 3. ij. ex cineribus ramorum ficuum vel bibat pondus. 3. i. lactis ficus siccę, vel bibat ex puluere nasturcij cũ aqua cal.

¶De comestione alicuius assati qd' stet coopertũ dũ fuit calidũ. Ca. XV

Sig. assati suffocati

Signum eius comestionis est quoniã superuenit ex eo solutio ventris & vomitus & accidentia alhaysa & lienterię & sincopis cum perditione intellectus per diem vnam vel plures, & postea ex ea recedit & possibile est ipsum mori.

Cura

Curatio ipsius est ꝙ vomat in sui principio sæpe, postea bibat sirupũ de citonijs qui dicitur milia vel vinum aromatizatũ cum citonijs & pomis, & si superueniet ei vomitus aut fortis ventris solutio curetur curatõe lienterię

¶De comestione piscium assatorum frigidorum. Capitulum. XVI

Si. piscĩu assatorum infrigidatorum

Signum comestionis illius post conseruationem ipsorũ per vnum diem & in loco humido est quoniã contingit ex ipsis qd' contingit ex comestione fungorũ mortiferorũ suffocatio videlicet & cętera, Et curatio ipsius est ꝙ vomat, deinde bibat vinũ cum pipere, & curetur curatione comestione fungorum.

Cura

¶De sumptione lactis corrupti. Capitulum. XVII.

Sig. lactis corrupti

Signũ eius est quoniã transmutatur ad massam quantitatem corruptam & sequitur ex eo fortis lienteria, & possibile est educere ad mortem eorum, aut quibus accidit ex sumptione lactis odoris corrupti indignatio stomachi & vertigo capitis & durities in orificio stomachi.

Cura

Curatio est ꝙ vomat in principio cum aqua calida & melle, deinde bibat vinum cũ aliquo electuariorum calidorum, & emplastretur & vngatur stomachus cum emplastris & vnctionibus calidis & aromaticis.

Viperæ & serpentes pluribus mõis in veneni emissione diuersificantur.

¶De morsu vipere & serpentis. Ca. XVIII

Diuersificantur hij in emissione veneni pluribus modis, aut enim ex ppria natura ipsorũ, aut ex virtute, aut ex parte

nutrimenti, aut ex magnitudine corporis, aut ex tempore, aut ex loco regione ex propinqua quidem natura quoniã fœminę ex ipsis peiores sunt masculis, Ex virtute aũt quoniã horũ sunt feroces ad cursum & nihil eis resistit, virtute autem quoniam minores in suo tempore peiores sunt maioribus & antiquis, Nutrimento vero quoniam qui nutriuntur calidis nutrimentis peiores existunt alijs, Ex locis vero qm̃ degentes in montanis regionibus & locis calidorꝫ venenorum deteriores sunt ꝙ qui in alijs degunt locis. Morsus aũt viperę aut contingit fieri sup venis pulsantibus, aut super venis nõ pulsantibus, aut super neruis, aut super carne, Et quando contingit fieri morsus super vena pulsatili cito penetrat venenum ad cor & celeriter interficit, & quando fit super aliqua ceterarꝫ venarum penetrat venenũ & perueniet ad epar & faciet yctericiam & ptisim, & quando contingit super neruis penetrat venenũ & peruenit ad cerebrum & faciet intellectus permixtionem & depilationem capillorũ, quando aũt contingit in carne corrumpet & denigrabit ipsam. Signũ morsus cuius curatio est possibile & euadet patiens a sui malicia est cuius venenũ paulatim recipit per corpus. Morsus aũt cuius venenũ subito & sine mora cõmunicat vel occupat totũ corpus est cito interficiens, currit enim venenũ ad cor, & nõ potest attingi cum medicina.

Sig. morsus possibilis curationis

Sig. difficilis vel impossibil' curatiõis

¶ De morsu viperę specialiter. Ca. XIX

Sig. morsus viperę

Signum morsus eius est quoniam accidit ei primo vt transmutetur color eius ad albedinem & tumescit locus morsus, & possibile est ipsum valde tumescere, & fiunt super loco ampullę ita vt redditur ad modũ ignis vstionis & superuenit ei magna sincopis & oppilatio, & sudor frigidus, retentio vrine, dolor intestinorum, vomitus colerę rubeę, & si non acceleretur curatio eius anteꝙ venenũ perueniat ad cor morieť patiens. Et dixerũt quidã medicorꝫ ꝙ vipera & altahban & alhuidia interficiũt, reliqua vero animalia & serpentia nõ interficiunt nisi ex suspectu rancoris aduenientis ipsi morso Nam qm̃ qñ sentiet morsum aperiunť pori corporis sanguinis, ita ꝙ penetrat venenũ ad locũ sanũ et ꝓfundũ corpis si vero qui morsus est extiterit dormiens vel occupatus cogitatione siue tristicia, aut fuerit puer, vel incipiens nõ videre nõ morietur nisi cadat morsus in vena vt diximus. Curatio eius est ꝙ incipiať ligare desuper morsũ cum pecia panni forti ligatione & superponantur loco morsus ventosę cum profunda scarificatione loci & fiat attractio ventosę cum potentia sępe, & emplastretur locus cũ spongia vel panno calido ante ventosarꝫ appositionem

Althabã Alhuidia

Cura

Et si viderit morsum festinanter ducere ad corruptionem & putredinem incidatur membrũ morsus, si possibile est incidi, & bibat ex stercore caprino cum vino, & precipiatur infirmo frequenter potare aquã frigidam ratione suę proprietatis nõ autem causa frigiditatis & complexionis ipsius, & sumat in potu cerebra gallinarꝫ cum vino & semine caulium, & comedat allia & cepas & porros & omnem cibum acutum. Et dixit D. ꝙ vrina humana confert morsui viperę. Qꝫ autem confert in hora morsus est ꝙ scindantur galli existentes viui & calidi & superponatur loco. Et nos quidem iam scripsimus in suo loco tyriacas & simplices medicinas & compositas vnicuiqꝫ specierꝫ venenorꝫ modo.

¶ Punctura scorpionũ. Ca. XX

Diuersificantur sapientes in venenis scorpionũ, nam alij dicunt ꝙ sunt frigida, alij vero calida, & diuersificant species scd'm species & colores ipsorũ, ꝗpropter diuersificanť opones eorũ. Quidã em̃ eorũ albi, alij rubei, alij citrini, alij virides, alij quoqꝫ ad modũ flammę & magni & parui eorum sunt quorũ extremũ suę caudę est nigrum, Et alij sunt habentes duas spinas, alij vero habentes sex iuncturas alij vero alati. Signũ punctionis scorpionis cõmuniter est quoniam superuenit ex ea fortis dolor molestus similis punctioni que dicitur almachas, Et dixit D. quoniã sentitur dolor quãdoqꝫ frigidus quandoqꝫ calidus, & qñ ꝙ alleuiatur & quandoqꝫ vigoratur, & accidit ei tremor & frigiditas extremitatũ & tumor & durities in illis locis, & horripilatio pilorũ corporis, & possibile est ꝙ accidat ei attractio in ambobus lateribus. Signũ puncturę scorpionis albi & fusci coloris atqꝫ viridis est predicta accidentia cum forti rubedine & corporis inflatione & calore sicut calor febris vrentis. Signũ puncturę scorpionis sex iuncturas habentis est accidentia predicta cum frigore totius corporis & frigido sudore, & possibile est ꝙ festinanter interficiunt præcipue apud tempus sideris qd' dicitur alsolhari alhaluir. i. potentia canis, tunc enim fortiores sunt, & possibile est ex punctione generũ scorpionũ sequi permixtionem intellectus & fletum & risum qui dicitur alcaracara, & accidit ex punctione aliquorum ipsorũ egressus multarũ ventositatũ cum sonitu. Curatio huius est ꝙ celeriter administretur morsui de tyriaca alfaroc, aut tyriaca hofdie, aut de tyriaca alarba. i. quatuor specierꝫ, aut electuario sechaznaya si haberi possunt, Sin aũt cito emplastretur locus cum sale calido, vel approximet se ad ignem & sustineat caloremꝫ quoniã tunc recedet dolor, aut superponať loco ascìran

Scorpionũ diuersificatio

Sig. punctiõis scorpionis

Sig. punctiõis scorpionis albi fusci & viridis coloris

Sig. scorpionis sex iũcturas habentis

Cura

factum ex lacte vel sepo quoniã est expertum. Et confert ei potatio puri vini & comestio alliorum & asę fœtidę & comestio nucum sua proprietate & ligetur locus puncturę/& vngatur cum oleo de ben pluribus diebus,& liniatur de oleo sambacho in quo teratur de castoreo & euforb.& hoc fiat pluries,& confert ei sumere in potu butyrum vaccinum calidum cum melle vel cum vino & aceto ex puluere radicis algahide.i.policarię cum aqua,vel accipiatur canismarinus exsiccatus & tritus & bibat cũ lacte asinę Et dixerunt ꝙ accipitur ipse scorpio & teratur & superponatur loco punctionis & recedet dolor,vel liniatur locus cum tyriaca alfaroc & sechaznaya.Aliud,terantur castoꝝ.& allia cum oleo oliuarum veteri,& emplastretur locus cũ eo quoniam sanabitur.Et nos quidem plura de huiusmodi scripsimus in suo loco, accipiatur inde curatio perfecte.

¶De punctura scorpionis marini dicta yractina.Cap.XXI

Yractina HIc est piscis cuius color est inter colorem rubeum & terrestrem & mensura sui corpis est vt in pluribus vnius palmi,& caput ipsius est magnum respectu corporis & est multarum spinarum & comeditur sicut reliqui pisces,Punctio vero ipsius est cum spina quę est prope aurem.& ego quidem plures piscaui & cum inuenirem & tetigi manu ita ꝙ punxit me in minimo digito.Signum eius qđ accidit mihi ex sua punctura quoniã imprimis sensi modicũ doloris,& non cessauit dolor paulatim augmentari donec peruenit & ascendit ad brachium,& sic vsq; ad spatulam,& sic vigoratus est super me dolor & sumpsi tyriacam alfaroc,& non fuit mihi manifestum iuuamentũ eius donec acceptis furfuribus tritici & distemperatis cum aqua calida loco superposui & hoc pluries renouato cessauit dolor & remansit perditio motus digiti puncti longo tempore,Et mihi retulerunt piscatores ꝙ possibile est manum vel digitum ex sui punctione arescere,& nõ est dubium apud me quoniam cauterizato puncti super cætera valet mihi iuuamento vel ablutione,& hoc bene sciunt piscatores & pręseruãt se ab eo.

Signum

¶De punctura algrata.Ca.XXII

Algrata

Sig.pũctionis

HIi sunt parui scorpiones valde mouentes caudam quapropter appellanť grata.Signũ punctionis ipsorum est quoniam non potest sentire morsus dolorem punctionis in illa hora & manifestatur ei die crastina tristicia fortis,& alteratur color eius iuxta sui complexionem & scđm naturã illius veneni & calefacit in locis veneni,& sentit in eo pruritum vehementem,& in secunda die superuenit ei sincopis,& possibile est superuenire ei post sincopim febrem acutam valde,Et si superueniũt cum sincopi & febre ycтericia & transmutatur color eius ad viriditatem vel ad rubedinem,& tunc sequiť ipsum tumor lingue & vomit rem similem succo porri & mingit sanguinem, qñ hæc omnia videris scias ipsum esse ꝓpinquum morti,& si apparet vulneratio super loco erit spes curationis. Curatio eius est ꝙ acceleretur appositio ventosarum super loco aut cauteriũ & administreť clistere leue, & vniuersaliter bibat omnem medicinã frigidam,& est qđ bibat ter de tarascon sicco,& comedat poma acetosa & bibat ex puluere ipsorum cum aqua de sirupo iulep & cum manna,& sumat ptisanam de ordeo,& si sentit dolorem & truncationem in intestinis,& bibat ex oleo ros.& comedat cucur.& lac acetosum,& oportet nõ tradi negliglentię curam ipsius qñ accidentia vigorantur super ipsum post dies sicut diximus,& confert ad hoc tyriaca quę nominať alhascari quę contineť cũ reliqs tyriacis in suo loco accipiať exiñ.

Cura

¶De punctura scorpionis quę dicitur alhatrabay.Capitulum.XXIII

Est aũt scorpio multorũ & paruorũ pedũ & similatur radici quę dicitur bas bays.i.polipodio,& est longitudo vnius palmi vel aliquid plus vel minus,& quorũ aliqui sunt rubei,alij vero citrini & virides,& videntur habere bina capita sed non est ita. Signũ punctõis ipsius est quoniã rubet locus in principio, deiñ offuscatur & facit vulnerationem cũ vehementi dolore & corporis incendio,verũtamen statim recedit.Curatio eius est ꝙ bibat ex aristoł. cum vino,vel bibat ex ozimo aquatico vel rutã vel mentastrũ,& emplastretur locus cum aceto sale & melle,vel cum sale trito cum ruta & cũ aceto,aut abluať locus cum aqua & aceto vna vice post aliam qñ hoc erit curatio ipsius.

Alhatrabay

Sig. punctionis

Cura

¶De morsu rutelle.Ca.XXIIII

HOc est animal qđ simile est paruę araneę capienti muscas,cuius gña diuersificantur colore,sed peiora sunt quę in ægipto reperiunť.Curatio vero oĩm licet diuersa sunt eius genera est eadem.Signũ morsus ipsarũ est quia rubet locus & sentit in eo punctionem ꝑter calorem & loci tumorem,& superuenit ei punctio in stomacho ꝑter calorem & attractio in loco qui dicitur alarbia & dolor cordis,& soluitur vrina & retineť venter & fiunt oculi euulsi extra & denigratur in eis albedo & incitatur in toto corpore sudor frigidus,Ex

Rutela

Signum morsus

morsu autem viridium & habentiũ quasi pilos accidit fortis dolor valde tremor & sudor & tumor ventris, & possibile est ꝙ interficiunt.
Cura Curatio huius est ꝙ sedeat patiens in aqua calida & sedatur dolor vna hora, & postea redit, egrediat balneũ & sudet in illo tota die illa, vel sepeliatur in arena vel cineribus calidis, & emplastretur locus cum cineribus lignorum ficus & calce & alcali mixtis cum aqua vel vino, & bibat ex asa & semine apij añ. pondus. 3. i. & bibat ex nigella. 3. ij. & conferunt ei vniuersę medicinę morsus scorpionis. Q̃ autem pre cæteris valet est ꝙ cauterizetur locus cum igne completa cauterizatione quoniam cum hoc ab omni euadet periculo.

¶ De morsu alsari. Cap. XXV

Alsari HOc animal similatur araneę in magnitudine habens longos pedes, & alia sũt nigri coloris, alia vero coloris terrestris.
Signum Signa vero punctionis ipsorum æqualia sunt signis punctionis rutellę. Et curatio eius
Cura proxima est illius curationi.

¶ De morsu malę araneę. Ca. XXVI.

Sig. morsus malæ aranee SIgnum morsionis eius est quoniã infrigidantur extrema, & acuitur corpus & erigitur virga & extrahitur & emittit semen. & impletur corpus ventositatibus.
Cura Curatio ipsius est ꝙ bibat rutam siccam & origanũ cum vino, & sudet in balneo & bibat ex herba alsanda vel bibat ex tyriaca alsuini. i. de nigella aut ex alijs tyriacis in suo loco determinatis.

¶ De morsu reptiliũ. Cap. XXVII

alhasaya Aluesghe DE morsu reptiliũ animaliũ quę dicunt alsahaya & aluesghe post suum morsum in loco & tumescit deinde quousq̃ egrediuntur omnes.
Cura Curatio eorum est ꝙ liniatur locus cum oleo cõmuni & cinere donec egrediatur, postea submergantur in aquam calidam pluries. & bibat ex tyriaca facta morsui rutellę.

¶ De morsu altarca. Ca. XXVIII

Altarca HOc est animal paruũ sicut pediculus, & appellat̃ pediculus aquilę. & vt in plurimũ inuenitur in arbore aldelab inter cortices arboris.
Sig. morsus Signũ morsus eius est quia educitur sanguis ex morsu per vrinam & ex stomacho per vomitum. Et dixit G. ꝙ in pluribus non suscipiunt curationem.
Cura Et curatio eius est ꝙ acceleret̃ potare in hora morsus de lacte caprino statim mulso vel calefiat, & oportet vti frigidis medicinis & pinguibus quoniã venenũ illud est acutum & siccum, & bibat aquam ordei cum manna muscilagine psilij & oleum ros. & comedat cucur. & portulac. & terantur alij qui sandali aut memitha & liniatur super locũ & liniatur cum solatro & semine cucumerum & similibus.

¶ De morsu vespæ, apis & formicę. Capitulũ. XXIX.

Diuersificatio morsus vespę apis & formicæ DIxerunt sapientes ꝙ venenũ harum est calidum & acutum & inspiciens curationes ipsorum reperij eos descripsisse contrarias medicinas videlicet frigidas & calidas. Et ego quidem probaui ambas in curatiõe predictorum & non percepi manifestum iuuamentum in ipsis, & æstimaui terminum doloris esse eiusdem post appositionem medicaminis & ante, & legens in hystorijs inueni ꝙ rex almaymon dixit bactisua & famie & ben mesue suis medicinis ꝙ si fricetur locus morsus apis cum muscis recedet dolor, & ego morsus ab api fricaui ex illis plus ꝗ. xx. muscas super locum, nec pro tanto cessauit dolor, & cum hoc inuenissem responsionem super hoc relatũ fuit mihi quoniã apis illa praui fuit veneni, Et nisi fuisset illud medicamen interfecisset, Et ego quidem scribam ex medicinis ea quę tulerunt & quorum sum expertus & non, sed præponam medicinas frigidas.
Cura Curatio ipsorum est ꝙ liniatur locus cum aceto & bolo armeno vna vice post aliam. & superponatur ei pecia panni infusa in aceto infrigidato niue, aut effundat̃ desuper locum aquam niuis quousq̃ priuet̃ motus loci, deinde vero liniatur cum camphora & aqua ros. pluries & bibat multum de aqua niuis donec redeat in calorem suum, & superponatur ano frustrum niuis & emplastretur cum kerub herbis calidis. Et dixerunt quidam ex medicorum. ꝙ si liniatur manus vel corpus ex folijs altee tritis nõ mordebit̃ ab api, & si bibitur de succo eorum post morsum iuuat & similiter operatur malua quando teritur & miscetur cũ oleo cõmuni & vngatur cũ eis, si postea mordetur ab api nõ offendet ipsum venenũ. Medicinę aũt quę contrarię sunt hijs sunt ꝙ distillet̃ loco morsus ex lacte ficus, vel emplastretur cũ folijs sisimbrij tritis, vel emplastretur cũ bouino stercore, aut cum sale & aqua calida, vel fricentur muscę & liniatur cũ eo locus, aut emplastretur cũ nucibus tritis & castoreo & modico aceti, Et vidi ꝙ curaret educere fauum ex vasis apum & morsus esset ab ipsis festinanter currebat ad ignem & igni lotũ approximabat vel superponebat ei cinerem calidum, Et interrogatus a me super hoc dixit ꝙ nõ inuenitur medicamen ad mouendum dolorem melius ꝗ illud, & erat homo ille sapiens in se, & plura examinans experimenta.

¶ De morsu canis rabidi. Cap. XXX.

Canū rabidorū ꝓprietas

INficiuntur canes rabidi vt plurimū tempore hyemali, & possibile est eos infici etiā in alijs temporibus, est enim natura eius frigida & sicca a p̄dominio colerę nigrę in ipso cōmunicat & corrumpit totum corpus & manifestatur in ipso cane. Signum canis rabidi est apud principiū aduentus eius alteratōis est quoniam rubent oculi eius & inuersatur & priuatᷣ motus auricularū suarum, & incedit stupefactus & declinans a dextris & sinistris, ferens caudam inter coxas, & possibile est mouere caput, & non comedit nec bibit, & quando confirmata est passio in ipso nō cognoscit patronū & odit & offendit quicquid inuenit ex animalibus, & non recedit de loco, & fugit vmbrā propriam quam aspicit in pariete, & cum vident eum canes abhorrent & fugiunt ipsum & deciditur vox eius & fluit saliua ex ore, & tunc expedit interficere ipsum vt non valeat offendere

Sig. canis rabidi

Sig. qb⁹ differunt rabiosi a nō rabiosis

Signum verum & certum ad discernendum inter morsum canis rabiosi & nō rabiosi est ꝙ accipiatur frustrum panis & intingatur sanguine morsus dente proiciatur alteri cani sano quoniam si non comedit illud certum est morsum canis rabiosi fuisse, si vero comederit illud scito morsum canis sani fuisse, vel accipiantur micę panis intinctę sanguine morsus & proiciantur gallinis quoniam si non comederint eas procul dubio morientur.

Signa indicantia morsum canis rabiosi

Signa indicantia morsum canis rabiosi sunt quoniam in sui principio non percipit nisi tantum morsus dolorem & nō augmentatur molestia, postmodum vero occupabunt pessima & diuersa somnia & intellectus permixtio & res manens & forte timebunt & vident mirabilia, aꝪ terribilia, & superuenit eis in hora vigilię passio alcezar sine causa, & fugit respicientes ad ipsum & multum respicit curiose, & totum hoc accidit ipsi apud sui principiū & quando confirmata fuerit passio in ipso donec peruenerit ad timorem aquæ tunc latrabit vt canis, & accidit ei raucedo vocis, & nō timebit cibum vel potum, sed timebit inspicere aquā & quando respicit aquam accipit eum tremor ita ꝙ cadit & reuoluitur super terram, & superuenit ei motus inuoluntarius membrorum & totius corporis, & pręcipue eorum quę vicina sunt faciei, & possibile est tunc statim mori, & quandoq̧ superueniunt hæc nisi ad annū perfectum huiusmodi accidentia post paucos dies & quandoq̧ post duos & sex menses, & quandoq̧ non superueniunt hæc nisi vsq̧ ad annum perfectum. Differunt enim accidentia & festinant scd'm corporis dispositionem ex colera nigra.

Causa ob quā timēt aquā canes rabiosi

Causa quidem propter quam timent aquā est excessus siccitatis cerebri ex infectione colerę nigrę ita ꝙ æstimatur esse suum corpus exsiccatum ad modum sicci pulueris, & cum accedit ad aquam dissoluit humiditatem aquę & destruitur & corrumpitur eius dispositio. Et quidam medicorum dixerunt quoniam timent aquam eo ꝙ apparet in ipsis imago canis & timet ipsam, Sed ego cognoui quendā sanatū a morsu canis rabiosi, & interrogatus a me, qd videbat: dixit mihi q̄m videbat in sui vrina caninos catulos.

Cura

Curatio morsus canis rabidi oportet in principio rei anteq̧ aliqd resultet ex p̄dictis signis cauterizare festinanter locū morsus cū igne ꝓfunde & ampla cauterizatione vt deuoret ignis multum de loco, vel superponatur ei aliqua medicinarum calidarum & vrentium quę stant loco cauterij, & si non est possibilis cauterizatio nec valet fieri superponatur loco ventosa magna cum scarificatione & attractione nimia vt extrahatur multum de sanguine & apponatur super locum aliqd quod teneat eū apertum & ampullosum & non consolidetur vel amplificetur cū ferro, Cauterizatio in hoc loco melior est atq̧ nobilior & appositio ventosarum post ipsum vsq̧ ad tres dies, Transactis autem tribus diebus a tempore morsus nō molestetur de cætero tormentis cauterij vel appositionis ventosarum cum venenum iam dilatatum sit per totum corpus, veruntamen non permittatur locus morsus consolidari & daudi sed superponatur ei de squilla trita cū butyro, vel superponatur allium tritum, aut sinapis trita cum butyro vaccino & melle & dimittatur vulnus apertum vsq̧ ad tres menses vel quasi & studeatur apud curationem infirmi sapienter anteq̧ perueniat ad timorem aquę quoniam si ad illud peruenerit nulla erit spes suę liberationis & mortis euasionis, & oportet potare ipsū ex compositione cancrorū in suo loco descripta & administrari ei reliquas cōpositiones & medicinas simplices ad hoc cōpetentes & regi oportet curatōe passionis melancolię. s. ꝙ euacuet col. nig. & impinguetur corpus cum cibis humidis & vino & balneo & multo somno & letificatione animę cū cantis & similibus. Et quidam antiquorum dixerunt quoniā si accipitur catulus canis lactans & viuus scinditur per ventrem & extrahatur ex eo coagulū & exsiccetur advmbrā & biberit ex eo patiens ad modū grani ciceris mixtū cum melle. vij. aut. xiiij. diebus confert ei, & confert ad hoc ꝙ bibat ex succo ceparum depurato. 3. ij. mixto cum modico vini antiqui, & comedat patiens nuces magnas & bonas, vel accipiantur nuces & terantur cū modico salis & conficiantur cum melle & superponatur loco morsus.

¶ De morsu hominis & canis nō rabiosi & animalium quę dicuntur al salaa almātis. Ca. XXXI

Sig. morsus hois & canis nō rabiosi Alsalaa Almātis Cura

SIgnum morsus eorū est manifestatio eius ad sensum. Et curatio ipsorum est ꝙ accipiantur ossa vituli & comburantur donec reddantur cīnis albus, deinde vero terantur bene & distemperent̄ cum melle & locus cum eo emplastretur, & confert ei quod liniatur locus in principio cum oleo communi, & confert ei appositio ceparum & salis & mellis per diem & noctem, deinde curetur cum vngento nigro quod dicitur alcaban, Cuius modus est ꝙ accipiatur adipis cæræ picis galbani partes æquales & liquefiant super igne & administretur.

¶ De morsu leonis leopardi & alpahad. Capitulum. XXXII

Cura morsus leonis & aliorū.

OPortet supponi eis in principio ventosam cum scarificatione vt attrahatur sanguis & venenum, deinde abluatur cum aceto & sale, & apponatur desuper locum de vngento nigro quousꝗ sanetur.

¶ De morsu muris & alsanor & similium. Cap. XXXIII

De morsu muris & similium

DE morsu horum non est plus timoris nisi inquantum vulnus quod fit in eis quod quidem curatur curatione cæterorum vulnerum cum emplastris. s. & oleis.

¶ TRACTATVS. XXXI. QVI EST de passionibus quę fiunt extra corpus, diuiditur etiam in duas sectiones quarum prima in se vndedecim capitula comprehendit.

¶ De passionum enumeratione quę fiunt extra corpus. Cap. I.

DE passionibus quę fiunt extra corpus quę sunt lepra & species eius, morsea & eius species, pruritus, scabies, alteabi, alcasacar, alsara, alhaczaa, algedar, alhezba, id est varioli & morbilli, percussio & vestigia percussionis, & ipsorum delectatione alnesan alcablan, corruptio coloris & eius curatio, conseruatio corporis humani mortui, inflatio digitorū, passiones quę fiunt in vngulis & scissura pedum atꝗ manuum, almaso & est passio quę contigit coxis propter itinerationem excessus sudoris & eius curatio priuatio aduentus sudoris fatigatio dolor, passio bouina, vermes quę generantur in vulneribus, vermes quę generant̄ in apostematibus ceruicis quę dicuntur scrofę Vermes quę generantur subtus pedibus & passio solutionis sanguinis.

¶ De lepra quę dicitur algedas. Capitulum II. quod subdiuiditur in quatuor particulas, quarum prima est de leprę causa & generalioribus signis.

Lepre cā & generatio

LEpra est passio contingens ex humore melancolico vsto vehementis putredinis & vstionis quando impellitur ad superficiem corporis. Generat̄ autem ex causa extrinseca, aut intrinseca. Intrinseca fit tribus modis, vno modo fit ab hereditate parentum & patrū antiquorum, alio modo fit ex nutritione malorum ciborum & corruptorum sicut carniū vaccinarum & hyrcorum & caulium & melanginarum & similium, Tercio modo peruenit ex conuersatione cum leprosis & vsu aeris corrupti, Ea vero quę generantur hereditarie a parentibus contingit tribus modis, vno modo quando generatur in puero cuius pater generauit ipsum a muliere menstruata, Alio modo contingit ex hereditate parentum patrum & auorum, Alio vero modo contigit ex corruptione spermatis aut sanguinis menstrui. Quando vero generantur ex corruptione ciborum in quatuor modos diuidit̄, Vno modo quę generatur ex dominio colerę rubeę & appellatur leonina, Leonina Secundus modus est quę generat̄ ex dominio colerę nigrę & appellatur elefantia, Elefantia Tercius est quę generatur ex dominio flegmatis & appellatur serpentina, Serpētina Quartus modus est quę generatur ex dominio sanguinis & appellatur vulpina, Vulpina & possibile est fieri ex compositione humorum ad inuicem sicut ex compositione sanguinis cum colera rubea & flegmatis cum colera nigra & colerę nigrę cum rubea, & sanguinis cum flegmate, aut ex corruptione omniū quatuor equaliter aut trium aut duorum, & quando generatur ex corruptione substantię seminis vel sanguinis menstrui est quādo fuerit semen ex quo generatur embrio, aut calidum & siccū, aut frigidum & siccum, vel erit matrix in qua generatur embrio calida & sicca adusta, aut frigida & sicca corrupta. Illa vero quę euenit ex causa intrinseca duplici causa fit, quia aut ex epate aut ex splene, In epate quidem dupliciter fit, vno modo quando in ipso epate excedit calor vrens sanguinem, & transmutans ipsum in coleram nigram, & hæc species leprę est pessima, Alius modus est ex defectu virtutis discretiuæ quę est in ipso epate deficientis discernere superfluitates a sanguine, A splene autem vno modo fit videlicet quando pigrescit splen attrahere coleram nigram, & spargitur cum sanguine ad extremitates corporis, & generatur inde lepra. Causa vero pigricię splenis attrahendi fęculentiam sanguinis est aut ex cōplexionis corruptōe

aut ex debilitate virtutis attractiue/vel ex duro apostemate, vel ex oppilatione: & hæc species lepre est cuius malicia est minoris. Signa indicantia initium lepre est qm̃ videtur auricula infirmi attenuari. Et alij dixerūt ꝙ sudat facie & pectore & pedes frigescunt ita ꝙ amittunt motum, & fiunt vene pectoris patentia & manifesta atq; coniuncta, & quando confirmatur & completur in eo hæc passio secuntur hec alia signa.s.raucedo vocis, anhelitus strictura, cutis asperitas, alteratio coloris & offuscatio, albedinis oculorum, & ingrossantur digiti & indurantur genua, & qñ amplius confirmata fuerit passio sequit̃ alcoba.i.pustulatio superficiei corporis, rubedo faciei, paucitas capillorꝫ & tenuitas & depilatio ipsorum, & augmentat̃ amissio motus in extremitatibus, & inuadunt eum terribilia somnia & mala vlcera, & qñ protenditur tempus, depilantur pili superciliorum oculorū & pili nasi & palpebrarum, & incipit alpatan.i. distractio nasi & eius profundatio & fœtor anhelitus. Signa demonstratiua perfectionis lepre satis patent & nō possunt latere sensus hominū quoniā alteratur color & perditur vox & depilantur pili totaliter, & vlceratur superficies corporis & fluit ex ea putredo cū vehementia fœtoris, & incipiunt cadere extremitates & lachrimantur oculi, & hec signa sunt flegmatis.

Sig. initiū lepre indicantia

Si. demōstratiua veræ lepræ

¶ De signis scd'm modum distinctionis & differentie particula scd'a secundi ca.

Signa eius ex accessu ad mulierem tempore menstruationis ipsius est ex hijs que parentes referunt cum reliquis signis, & etiam quia videatur omni modo curare infirmū cum hijs q̄ necessaria sunt.s.cibis & medicinis absq; preseruatione a malo regimine nihil ei ꝓderit.

¶ De diuersitate manifestationis lepræ iuxta temporum diuersitatem in quibus accessit vir ad mulierem menstruatam, sequit̃ particula tercia secundi capituli.

Diuersitas manifestatiōis lepræ

Quod est quoniam si accesserit ad eam primo die menstruatōis erit exspectatio timoris de infectione pueri a die ortus vsq; ad.xij.annum processus vite sue & cadit diuersitas in hoc, & iuxta id quod de horis predicti diei preterijt in quibus accesserit ad eam siue dies siue nox fuerit, & si accesserit ad eam secunda die menstruationis eius apparebit infectio a prima hora principij anni.xiij natiuitatis pueri vsq; ad consumationem anni xxiiij. Et si fuerit illud in tercia die menstruationis mulieris orietur infectio a prima hora principij anni.xxvi.natiuitatis eius vsq; ad consumationem.xxxvi.anni. Et si fuerit in quarta die menstruationis orietur infectio a prima hora principij anni.xxxvij.natiuitatis eius vsq; ad cōsumationem anni.xlviij. Q2 autem fuerit de accessu ad mulierem post quartā menstruationis ipsius possidere faciet albaras vt in suo loco dicetur. Signū lepre contingentis ex corruptione gutte seminis caliditate vel frigiditate, aut ex alteratione complexionis matricis est quoniā apparet ægritudo in ætate finis augmenti & tempore ortus pilorum in pectine & procedit eam morfea que adequatur superficiei corporis rubea intus, aut alba & nigra extra aut similis terræ. Signum eius que prouenit ex hereditate parentum & antiquorum propter corruptionem seminis eorū est quoniā incipiet apparere ægritudo tempore sue adolescentie cū rubedine faciei & eius rubore, & capillorū paucitate cum claritate ipsorū, & quando incipit conformari manifestabitur vocis raucedo fortiter cum alijs que prediximus. Signum eius ex sanguine corrupto & vsto est manifestatio alcoba rubei & apostematū in loco humiditatis & sanguinis & humor putridus & putredo, casus capillorum, & hæc species appellatur alnacaf.i.rubedo & est facilis corruptionis & celeris confirmationis & sequitur cum ea humor putridus & vermes & casus aliquarum iuncturarū, & si caliditas preest sequitur membrorū siccitas & paucitas putredinis & vrina in hijs erit rubea & grossa. Signū eius ex vstione colere rubee vel eius corruptione est citrinitas coloris, siccitas pectoris, scissio manuū & pedum, ipsorūq; alteratio & contractio, & vrina eorum erit aut rubea, aut clara, aut citrina, & procedit in ipsis ægritudo paulatim & longo temporis spacio, & est difficilis curationis, Et si preerit caliditas colere ru. siccitati eius sequetur ex hoc casus iuncturarū & ipsarum corrosio, & hæc species appellatur alcaraz. Si vero siccitas prefuerit caliditati sequetur ex hoc contractio iuncturarū & spasmatio digitorum, & sudoris paucitas. Signum eius ex putredine colere nigre & vstione ipsius est nigredo corporis, alcoba, duricies, & amissio sensus, ita ꝙ nō sentiet punctionem acus casus capillorū, asperitas superciliorum, scissura manuū & pedum, & digitorū contractio, & vrina istorū est plumbei vel nigri coloris. Et si frigiditas colere nigre vincit sequitur perditio motus & priuatio sensus magis, & generatur egritudo post longū tempis & apparebit cum ea alcoba album intus & nigrum extra, & possibile erit similari morfee. Signum eius ex putredine flegmatis & cōtinua vstione humiditatis corporis est plenitudo corporis & priuatio motus ipsius & abundans oculorum lacrimatio, albedo coloris, & grauitas motus, sensus amissio,

Sig. lepre ex corruptione seminis aut matricis alteratiōe

Si. ex parentū hereditate

Si. ex sanguine corrupto & vsto

Si. ex corruptione co. ru vel ei9 vstiōe

Si. ex co. nigre putredine & vstiōe

Si. ex putredine flegmatica & continua vstione

& paucitas scissurę manuum & pedum, & grauitas motus iuncturarum, & possibile est apparere ęgritudinem cum maculis quę dicuntur albaras vel alba morphea & vrina istorum erit alba declinans ad colorem plumbeum, Et eius generatio est media inter velocitatem & tarditatem & præcedit eam scabies grossa, & generatur huiusmodi species leprę ex flegmate salso grosso, & tunc dicitur albaras, & quando inueteratur & prolongatur tempus eius efficitur lepra. ¶ Differentia vero quę est inter albaras & veram lepram est quoniam cum lepra corrumpitur dispositio creationis & cadunt extremitates in albaras aut sequitū pruritus & cutis asperitas tantum, & corruptio quidem complexionis colerę nigrę in eo est diuersa, in lepra vero æqualis, & vniuersas species lepræ cōmunicat casus capillorum penitus. Signa vero compositionis aliquorū humorum ad se inuicem cum æqualitate vel predominio alicuius alteri non potuerunt occultari ei qui nouit simplicia. Signa leprę causatę ex vicinitate & conuersatione cum leprosis est ex eo quod patiens refert. Signa vero eius q̄ causanī ex defectu epatis & splenis determinauimus & nō est repetitio.

Albaras & lepra differunt

Si. cōpositionis humoris

Si. ex cōuersatiōe cū leprosis

Sig. ex epatis & splenis defectu

Quæ lepra curabilis sit aut non

¶ De curatione leprę particula quarta capituli secundi.

PRædictum est iam q̄ aliquando est curabilis, aliquando incurabilis, sed in qua expectatur curatio erit aliqua predictarū specierum in qua non erat malicia complexionis excedens & superans infirmum, & q̄ contigit curatio & regimen vltimate apud sui principium, & cum toto hoc erit dubiū curationis, in quibus autem non speratur curatio nunq̄ est illa in qua iam consumata & perfecta est operatio, & in qua malicia complexionis longo tempore dominatur, & color carnis mutatus est mutatione proxima tunc ei passio confirmata est & ablatio ex termino restitutionis ad sanitatem, & nō valet in eis modus curandi nisi eos defendere ab augmento ipsius, aut quando fuerit aliqua specierum prædictarū sicut illa quæ causatur ab hereditate parentum quoniā huiusmodi nullo modo possunt curari, nec potens est in sui curatione nisi deus excelsus atq̄ benedictus. Et oportet nos primo vt videamus locum curationis, & anteq̄ siccitas ad humiditatem cordis perueniat & efficiatur incurabilis purgare corpus infirmi ab humore dominante Curatio eius quę causatur ex sanguine vsto & corrupto quę nominatur vulpina est q̄ flebotometur patiens ex vena achaal vtriusq̄ brachij vna vice post aliam si non erit quid prohibens & educatur ex sanguine quamdiu videbiī corruptus donec clarescit & nō educatur ex sanguine naturali, & sit eius sollicitudo apponere ventosas ante flebotomiam per .xx. dies & incidatur ei vena fortis frōtis. Et ex omnibus hijs locis educatur de sanguine scd'm virtutem infirmi Reliqui vero sanguinis extractiones & flebotomatio venarum quę dicuntur aluedagon multum cōpetunt huic. Regula vero vniuersalis in flebotomia est q̄ consideret vtrū hūor sit intra venas vel extra qm̄ competit flebotomia qn̄ est intra venas sed quando humor est extra venas nocet flebotomia prę alijs rebus. Signū eius qn̄ hūor existit intra venas est qm̄ corpus patientis existit siccum & mundum a sorditie & putredine, & color infirmi non est alteratus ab eo qd' erat in tempore sanitatis & apparet repletio venarum, & vrina eius est spissa vehementis rubedinis tunc valde competit flebotomia. Signum huius quando humor est extra venas est contrario modo eius quod diximus, quoniam apparet tumor corporis, & generantur ex eo vlcera seu apostemata, & possibile est transmutari colorem corporis ab eo quod fuit in corpore sanitatis ad colorem humoris dominantis facientis ægritudinem. Et quando humor existit extra venas nullo modo debet precedere flebotomia. Scire tamen oportet q̄ diuersificatur sanguis tribus modis, nam quandoq̄ comburitur cum colera calida, & tunc efficitur tenuis propter vstionem, quandoq̄ comburitur cum colera rubea vrente, & iste est principium in acuitate & maioris est nigredinis quandoq̄ vritur cum colera nigra, quandoq̄ transgreditur terminum naturæ, & color huius sanguinis erit niger propter vstionem & turbidus propter coleram nigrā & eius frigiditatem, & est quartus modus qm̄ miscetur sanguis cum flegmate, & redditur hoc genus sanguinis turbidus propter duorum humorum congregationem, & color eius declinans ad albedinem ꝑpter dominiū flegmatis & humiditatē eius, Veruntn̄ si ꝑdominatur calor sanguinis & eius hūiditas erit paucę spissitudinis & multę rubedinis, & in nullo istorū in quorū corporibus est aliq̄d ꝑdictorum gn̄m sanguinis debet fieri flebotomia nisi fuerit humor intra venas vt diximus, qm̄ si fuerit humor intra venas erit eūatio causa flebotomię euacuatio manifesta, & exibūt cū sanguine hūores corrupti, & qn̄ fuerit humor extra vasa tūc competit curatio cū farmacijs tm̄ & nō cū flebotomia sicut ꝑdictū est. Curatio leprę causatę ex vstione col. rub. quę dicitur leonina, hec species difficilis est curationis & mala valde, & oportet purgare ægrum cum laxatiuis in quibus intrat aloes colloquintida, cucumeres asinini,

Cura ex sanguine vsto & corrupto

Regula flebotomiæ

Sig. humoris intra venas existētis

Sig. humoris extra venas existētis

Sanguis trib⁹ modis diuersificatur

Cura ex vstione cole. ru.

mirabol. citri. scamonea & aqua casei & similia. ¶ Modus pillularum laxatiuarum quas composuit Ysaac cuidam trigenario in quo apparuit pessima vstio & soluunt coleram vstam. ℞. apij. ʒ. ij. yerę pigrę. ʒ. i. & ß. mirabolan. indi. ʒ. i. mastic. scamoneę an. ʒ. ß. teratur totum cribelletur & conficiatur cum aqua & fiant ex eo pillulę magnę & paruę & exsiccetur ad vmbram, & tota quantitas est duæ potiones & sumat medietatem ipsarum cum aqua calida post pręseruationem a malis cibis, & suget postea succum apij & granatorum muzorum & cibetur carnibus agninis coctis in aqua: transactis autem octo diebus sumat residuum pillularum & bibat post illud aquam in qua dissolutum sit zuccarum, & confert cum dei auxilio. ¶ Modus decoctionis mirabola. ad purgandum humores adustos cum colera rubea & nigra putridis & sanguinem fęculentū grossum & putridum. ℞. alsaharrag boni corticum mirabol. citrino. spissorum an. ʒ. xl. granorum epithimi crescentis purgati a fustibus & folijs eius. ʒ. l. corticum mirabolanorum indorum. ʒ. xxx. iuiubarum. c. prunorum. l. sebesten purgatorum a capitibus suis. c. numero passularum enucleatarum. ʒ. v. congregentur omnia in. x. lib. aquæ & dimittatur ibi per diem & noctem, postea vero coquantur lento igne donec consumantur tres lib. aq̄ & exprimantur & colentur & accipiatur de colatura. v. lib. & cum lib. vna zuccari saliari triti coquantur super lento igne donec redeat ad modum sirupi iulep & ablatus ab igne infrigidetur & coletur, & sit dosis eius. ʒ. ij. cum. ʒ. aquę calidæ, vel cum sexta parte. ʒ. scamoneę post pręseruationem a malis cibis & sumat de eo vna die & alia nō quousq; consumatur eius vsus. ¶ Modus sirupi purgantis humorem generatum ex colera rubea & nigra & educentis vtranq; coleram infectionibus lepre & passionibus melancolię & cancri perfecti & nō perfecti. ℞. mirabola. citri. ʒ. centum epithimi recentis. ʒ. xx. prunorū. xx. congregentur omnia & conquassentur & coquantur in. x. lib. aquæ dul. donec deueniat ad terciam partem & exprimatur & coletur & reddita colatura ad ignem cum. vij. lib. coquantur vsq; ad perfectionem ad modum aliorum siruporum, & coletur & reseruetur & sit potio eius. ℥. i. cum quinta parte. ʒ. scamoneę. Et si fuerit ægritudo in superioribus corporis in passione vulpina vel serpentina, vel si ambo genera melancolię existunt in cerebro non est malum ponere in hoc sirupo. ʒ. i. & ß. puluis yerę pigrę in qualibet potōe bene mixta & confert cum dei adiutorio. Alius modus sirupi qui sumendus est in æstate, & est securus & perfectus ad purgandum coleram vstam. ℞. granorum epithimi recentis rubei. ʒ. c. mirabolanorum bonorum. ʒ. xxx. saharrag sicci. ʒ. x. anisi seminis feniculi an. ʒ. v. infundantur omnia in. vi. lib. aquę dul. per diem & coquatur quousq; redeat ad duas lib. & exprimetur & coletur & apponatur in colatura succi vuarum vel rob vuarum lib. ij. & coquantur donec reddatur ad modum mellis, & bibat ex eo omni die ℥. i. cum octaua parte. ʒ. scamoneę & ℥. i. aquę calidę vna die accipiendo & altera interpolando donec consumatur. ¶ Curatio eius ex melancolia quę dicitur leonina est primo cum flebotomia sicut diximus quando necesse fuerit, & si videatur sanguis fortis nigredinis in hora flebotomię / deinde vero mundificetur corpus a colera nigra forti mundificatione cum compositionibus in quibus intrant epithimū & mirabola. indi elleborū nigrū lapis lazuli & similia ex medicinis. s. simplicibus & compositis q̄ postea dicent̄, & fiat cautela in omnibus generibus lepræ præseruandi se a malis cibis qui dicuntur alhamia, & studeat toto posse mutare complexionem & transferre ipsam ab aere calido ad frigidum, & a frigido ad calorem, & ab aere putrido ad bonum & mundum, & post hanc respectionem oportet respicere conditionem sanitatis & coloris nigredinem, quoniam si videbitur color alterari parum ad colorem sanitatis in suo statu ægritudine permanente infirmo virtutis egebimus reiterare medicinam quę confert tenere ægritudinem quod non augmentetur administrabimus ei tunc ex aliqua magnarum compositionum sicut yera logodi, theodoricon magno & yera hermetis & tyriacam alfaroc quoniam confortant in hac passione. Et dixit G. q; illud cum quo sanatur hec passio quando iam completa & perfecta est comestio carnium viperarum, ut in suo loco dicemus, & confert etiam magnum & maximum iuuamentum cauterizatio cuiuslibet iuncturarum corporis vt scripta est in suo loco. ¶ Modus pillularum ad modum auellanarum compositionis Ysaac filij Abraham & sunt valde vtiles, accipiantur duę colloquintid. & perforentur & purgentur a seminibus ipsarum & sepeliantur in cineribus calidis vna nocte, postea euacuent̄ ab interioribus suis & conseruentur semotim, coquantur ergo colloquinti. cum aqua aneti bona decoctione, deinde exprimantur & accipiantur de succo expressionis earum & misceantur cum oleo cocto in colloquintid. & ponatur hoc totum in olla de simila & coquatur donec sit cocta simila ita vt non sit multum spissum, deinde proiciatur in olla elle-

Marginal notes: Pil. ysaac — decoctio mirabolanorum — Sirupus — Alius sirupus — Cura ex melancolia leonina — Pil. ysaac filij abraham

bori nigri & scamon. trita an̄.ʒ.i.& coquantur agitando cum fuste aneti quousq; inspissetur & informentur ex eo pillulę ad modum auellanarum & bibant ex eis quatuor pillulę cū.℥.ij. aquę decoctionis aneti quoniā mundificat corpus ab hūoribus melancolicis & flegmate vsto absq; nocumento & molestia. Modus decoctionis conferentis lepre ex ægritudinibus quę fiunt ex colera nigra & ex flegmate, & confert pulsui cordis. ℞.mirabol. kebul. & indo. epithimi recentis an̄.ʒ.vij. sene agarici polipodij sticados an̄.ʒ.iiij. bellericorum emblicorum camedreos cam pitheos gahadę prassij & sisimbrij corticis linguę bouis an̄.ʒ.ij. bellericorum emblicorum maltiscis spicę apij an̄.ʒ.iij. passul. enuc. ʒ.xxx. mentastri fluuialis.ʒ.iij. coquantur in quatuor lib. aquę dulcis super lento igne donec redeat ad vnam lib. & exprimantur & colentur & bibat terciam partem eius tepidę dissoluta primo in medietate potionis theodoric. factę cum nuce muscata/& si fuerit fortis tolerans medicinam dissoluatur in ea completa potio ex yera logodion veteri vel ex yera ru. vel ex yera G. & hæc quidem completa decoctio sumenda est sicut diximus. Modus medicinę factę cum albis quoniam scripserunt antiqui sapientes Indorū in iuuamento perfecte leprę in qua iam pili palpebrarum & superciliorum ceciderunt, & perfecta est in ea scissio digitorum manuum. Ego autem probaui ipsam, sed visum est mihi eam scribere, vel qui voluerunt eius causam experiri ℞.mirabol. citri. surag indi. an̄. lib.ij. pipis longi recentis.ʒ.lxxv. albis.ʒ.xxx. teratur quodlibet per se & cribellentur cum panno serici & permisceantur optime, postea vero accipiatur butyri vaccini recentis pars.i. mell. ysopi despumati partes.iij. & conficiantur cum eis medicinę prędictę cū bona confectione, & accipiat ex ea patiens post flebotomiam venę alachal & postq; laxatus fuerit cum decoctione astomaticon infrascripta, & sit dosis eius prima die.ʒ.i.&.ʒ. cum aqua decoctionis alueg, altera vero die cū aqua decoctionis alrasen. id est, enulę/& assidue accipiat de eo omni die.ʒ.iiij.&.ʒ. vsq; ad dies.xiiij. ¶Modus alius confectionis albis fortioris sapientum indiæ. ℞.mirabol. citri. & nigrorum an̄.ʒ.xviij. secani.ʒ.xxx. carphe gariophil. soadag, vel spice ciperi albis longi zinzib. colofon. an̄.xij. penidij.ʒ.cccxxx. teratur totū bene & permisceatur bona permixtione, & sit dosis eius.ʒ.ij. & abstineat illa die a cibo & potu & dormitione donec fuerit purgatus bene, deinde sumat cibum. ¶Modus decoctionis stomaticon cum qua debet laxari patiens anteq; sumat primum electuarium albis. ℞.mirabol. citri. & nigrorum mundatorum an̄.ʒ.vij. belleri cor.ʒ.v. saharrag.ʒ.iiij. agarici gariofil. contusorum polipodij turbit albi. an̄.ʒ.i. passularum enucleatarū.ʒ.iiij. sene,ʒ.ij. coquantur omnia in tribus lib. aquę dul. in lento igne, & quando deuenerit aqua vsq; ad partes vnius lib. proiciatur in ea.ʒ.i. epithimi crescentis recentis & statim auferatur ab igne & proiiciatur in ipsa colatura ex turbit bono mundato a putredine & nigredine trito & cribellato.ʒ.i.&.ʒ. yer. pigr. ʒ.ʒ.& tantundem salis indi, diluculo vero calefiat & sumat totum cum residentia eius, & abstineat a cibo & potu donec laxetur iuxta eius virtutem. ¶Modus pillularum quibus curabant viri Perses lepram. ℞.colloquintid. aloes cicotrini an̄.ʒ.xxx. salis naptici nigellę origani persici nasturcij sinapis albi an̄.ʒ.vi. teratur totum & cribelletur & conficiatur cum succo porri & fiant ex eo pillulę ad modum piperis, & accipiat ex eis.ʒ.ij. in tempore veris, & postea bibat patiens olei sisamini qualibet nocte.℥.ij. septem noctibus & cibetur carnibus castratinis auiculis, & post septem dies in quibus biberit alsirag. i. oleum sisaminum accipiat.ʒ.ij. ex prædictis pillulis qualibet nocte vsq; ad.xx. noctes continuas, & si perceperit calorem relinquat pillulas & redeat ad oleum tribus noctibus, deinde vero iterum redeat ad pillulas vsq; ad consumationem noctium, Simili modo agendum est in tempore hyemis, & quando perceperit sumere omnes pillulas iuxta predictum modū sumat ex electuario alliorum quod in suo loco determinauimus qualibet die in quantitate oui gallinacei cum aqua decoctionis aneti, & hoc faciat vsq; ad.xl. dies & proderit vltime, postea vero clisterizentur in fine mensis tribus diebus continuis cum felle bouino & oleo violaceo. ¶Modus vngenti boni ad lepram alcoabi experti accipiatur coruus niger & iuguletur & ponatur in olla & effundatur in eo de aceto forti ℥.viij. & de aqua.℥.i. ceterag humidi radic. lus an̄.℥.ij. coquatur totū super lento igne donec liquefiant carnes corui, postea vero coletur cū panno lineo super vase vitreo, & quando inungi debet eo abradatur caput & supercilia, & vngatur cum hoc linimento tribus diebus continuis, postea vero abluatur & interpollata vna die, iterum liniatur tribus diebus & confert cū adiutorio dei. Curatio eius ex flegmate adusto quę dicitur serpentina est quod adhibeatur cura in administratione euacuationis cum medicinis, in quibus ingreditur colloquintida, aloes, agaricum, & turbit & similia, & cum yeris magnis in suo loco determinatis. ¶Curatio vero eius ex compositione & permix-

Marginalia: decoctio; Confect. albis; Alia confectio albis; decoctio stomaticon; Pillulæ; Vnguētū ad leprā; Cura serpentinę; Cura ex cōpositione & pmixtione hūmorū

tione humorum ad inuicem est ꝙ componatur curatio eius scd'm compositionem humorum facientiũ eam. Qui enim nouit curationem simplicium non latebit ei curatio compositoꝝ. Et nos quidem iam scripsimus de eo plura, & accipiatur in suo loco exinde quoniam vltime perfectionis eam inueniet.

¶ De morphea. Capitulum. III.

Morphee tres sunt species terrestris

Morphee sunt tres species, vna est que similatur terræ, alia nigra, & alia alba. Que similatur terre fit duobus modis quia aut erit cum eo pruritus & resultabunt ex ea squame similes furfuribus tritici, aut erit plana & æqualis cutis corporis superficiei, & generatur aut ex humore colerico, aut ex sanguine colerico. Nigra etiam duobus modis fit, quia aut eius principiũ ex se aut ex sui translatione a specie terrestri, & generatur ex sanguine colerico melancolico paucę quantitatis & corruptiõe

Nigra

Alba

Alba etiam fit duobus modis, quia aut generat̃ ex flegmate grosso & salso, aut ex flegmate grosso & viscoso & non salso, & vniuersaliter quidem generantur genera morfeę & albaras ex debilitate digestiuę virtutis quæ est immutatiua, Et debilitas quidem virtutis contingit aut ex humorum paucitate, aut ex sui malicia, aut ex corruptione complexionis, Paucitas vero humoris contingit vel ex sui paucitate, vel ex sui priuatione. Corruptio autem humoris contingit ex vsu ciborũ generantiũ coleram nigram vel rubeam vel flegma, Corruptio aũt complexionis contingit ex excessu alicuius quatuor humorũ, aut erit ab hereditate parentũ. Signũ terrestris morfee est ꝙ sensui patet, veruntamen est alia grossa cum pruritu, & alia plana sine pruritu, sicut dictum est in pluribus apparet in æstate, & quando ingreditur quis aquã & exponit se soli & hec species facilis est curationis. Signum nigrę morfee est nigredo cũ substantia & difficultate curationis. ¶ Differentia vero inter hanc & alcoabi est quoniã humiditas alcoabi est grossa, huius vero morphee est subtilis & debilis. Signum morfee albę est quia color eius est albus & eius pseuerantia in suo statu & quia difficilis curationis est similiter. Differentia vero inter morfeã albam & albaras est quia morfea alba generatur ex sanguinis corruptione ex quo nutriuntur extrinseca cutis corporis tantũ preter corruptionem interioris, Albaras autem fit ex corruptione sanguinis de quo nutritur corpus cutis tam extrinseca ꝗ̃ intrinseca. Curatio morfeę terrestris iam scripserunt medici ꝙ hæc species morpheę est facilis & citæ curationis, & oportet euacuare infirmum a colera rubea, aliquantulum, & emendare suum regimen

Sig. terrestris morphee

Sig. nigræ

Sig. albę

Differẽt Alba & Albaras

Cura morphee terrestris

cum hijs quæ generant bonum sanguinem, vel cum cibis declinantibus ad frigiditatem & humiditatem, & abstineat a cibis generantibus coleram rubeam, sicut sunt allia raphanum vel radix & similia, & possibile est curari cum introitu balnei frequenter, & vngatur cum vngentis conferentibus maculis quę dicuntur alchelef / & est quod superponatur loco farina lupinorum aut amigdalę amarę aut farina cicerũ & superponatur ei alcaf. i. creta cum aceto, aut superponatur ei baurac tritum cum aceto intus in balneo, & fortius hijs est quod superponat̃ loco radix vel sinapis vel nigell. vel nitrum omnes trite cum aceto. Et si non recedet cum hijs quę diximus accipiat triferam paruam & regatur reliquis curationibus morfeę. Curatio morpheę nigrę est ꝙ euacuetur colera nigra cũ stomaticon & decoctione epithimi & agarici, & caueat ab omni cibo generante coleram nigrã, sicut sunt carnes yrcinę vaccinę & arietinę agnetinę al. caprolinę & asini siluestris & leporꝝ & caules & melangine lentes lupini glandes pini & similia, & competit huic valde impinguatio corporis & frequens introitus balnei & potus albi vini & subtilis, & infirmo ꝙ accipiat ex yera logodion pondus. ʒ. viij. cum hac decoctione. Modus eius est ꝙ. ℞. epithimi. ʒ. vij. passularum enucle. ʒ. xij. mentastri montani. ʒ. iij. seminis dauci. ʒ. v. coquantur hæc in quatuor lib. aquę quousqꝫ deueniat ad mediam lb. & exprimantur & colentur & dissoluantur in colatura salis indi. ʒ. ℥. bibatur cum logodion post abstinentiam a malis cibis, & sumat ex hac potione tres vel quatuor potiones in mense iuxta patientis virtutem, & obseruet in tempore hyemis & caloris regimen quod præscripsimus, & assiduet receptionem triferę maioris in diebus quibus non sumat laxatiuum. Et nos quidem plura experimenta super hæc in suo loco notauimus. Curatio morfeę albę est sicut curatio albaras æqualiter, & si fuerit cum ea fortis pruritus ex quo resultat inflatio & corpus etiã est rubeum tunc competit ei flebotomia, & si non vtatur flebotomia ne redeat ad leprã quemadmodum vt diximus in specie albaras. s. ꝙ extrahat̃ sanguis & liniatur vngento ad morfeã albam. ℞. sulphuris vsti. i. anacardi vsti. ʒ. ℥. ellebori nigri. ʒ. ij. & teratur totum & conficiat̃ cum aceto & kitram cocto cum ipso aceto donec consumptum fuerit acetum & remaneat kitram & liniatur cum eo.

Vngueta

Cura nigræ

decoctio

Cura albę

¶ De albaras. Capitulum. IIII.

Albaras Causa

Albaras dicitur aluesah propter eius subtilitatem & coloris albedinem, & est difficilis curationis.

Et causa quidem generationis ipsius est debilitas digestiuę virtutis vt diximus, & fit duobus modis, aut ex sanguine grosso adusto, aut ex accessu viri ad mulierem menstruatã, & hij vniuersi modi distinguunt per id qđ est curabile, & qđ non est curabile, Incurabilis aũt fit tribus modis, aut enim ex hereditate parentũ, aut ex accessu ad mulierem quarta die suę menstruationis, & appellatur hoc genus albaras creationis, aut erit ęgritudo antiquata tempore, ita q pene trauit profundũ membri & adherescit ossi, & heę quidem tres species efficiuntur sicut res naturalis quę non valet euitari nisi virtute creatoris omnipotentis. Signũ eius qđ generatur ex solo flegmate & eius qđ distinguuntur inter albaras curabile & non curabile, est qđ infigatur loco ægritudinis acus & extrahatur, & si exierit ex eo sanguis flegmaticus albus & subtilis sanabitur. Et si vero exierit ex eo sanguis rubeus scias ægritudinem penetrasse os & ei adhesisse & nunq curari. Simili modo experiri potest propter fractionem loci fortiter, & si rubet locus cito scias ægritudinem recedentem esse & eius curationem facilem, Si vero nõ rubuerit locus signum est ipsum antiquam esse & nõ suscipiet curationem, & etiam locus ægritudinis nõ sentiet acus punctionem sicut reliquę partes corporis. Signum eius qđ accidit ex sanguine grosso adusto est qđ querat a patiente si passus primo fuerit in loco illo alcoabi vel asperitatem illi similem aut fortem corrosionem ex qua decocta fuit cutis aut morfea nigra & post longum tempus transmutatũ fuit negociũ eius albaras, & quando hic refert taliter & volueris addere ad certitudinem signorũ punge locum cum acu quoniã si exierit ex eo sanguis rubeus ad nigredinem tendens scias illud esse ex col. nig. adusta, & si exierit sanguis rubeus scias illud accidere ex precedenti alcoabi quod grece dicitur dacti gña tum ex colera ru. adusta, & curatur hæc species cum eductione sanguinis, & si exierit sanguis subtilis & albus aquę similis est ex solo flegmate vt dictum est, & nullo modo competit ei flebotomia. Signum eius qđ accidit ex accessu viri ad mulierem menstruatam vel eius qđ ex hereditate parentum est qđ patiens refert. Curatio albaras q̃ generatur ex solo flegmate si fuerit de genere illius de quo sperat curari q euacuetur patiens a flegmate & stomacho primo per vomitũ cum melle radice & sinapi, & fiant reliqua quę diximus in suo loco, deinde vero euacuetur flegma a reliquo corporis cũ stomaticon maiori & theod. maiori facto cũ nucemuscata & yera logod. & infusione aloes & yer. G. & similibus quę scripta sunt in suo loco, & vtatur post purgationem electuarijs calidis sicut est anacardino & electuario de piperibus & electuario de zinziberi & similibus, & competit passionibus albaras potus secaniabin facto cum aceto squillitico, & vsus eius apud cibaria grossa al. cum cibarijs grossis, & caueat a cibis generantibus flegma, sicut sunt olera pisces & fructus vniuersi, & caueat a flebotomia alicuiꝰ venę & totaliter ab extractione sanguinis. Modus electuarij laxatiui conferentis albaras & morfeę albę. ℞. mirabol. citri. & indorum & kebullorum añ. ʒ. i. & ſ. epithimi rubei turbit albi añ. ʒ. i. colloquintid. salis indi bdellij scamoneę añ. ʒ. ſ. terantur & cribellentur & conficiantur cum melle despumato, & diuidant in duas partes, quarum vnam sumat in mane cũ aqua calida temperata cum rob de vuis, & post quintam diem sumat aliam partem, & si hoc nõ sufficit iterum administrentur de eo duę alię potiones iuxta prędictum modum. ¶ Modus puluerˀ qui dicitur sufuf conferens albaras & est expertus, accipiatur ex cannis vstarum & aluercm & salis indi añ. pars vna, musci tercia pars terat & bibatur omni die in mane ante comestionem de eo. ʒ. v. cum aqua calida, postea vero curetur locus cum vngentis, & est q abluatur locus primo cum aceto squill. & baurac, deinde superponantur ei folia ficus vsta & trita cum aceto vel sulphure aut aliquid generũ ellebori vel nigellę, vel serarag, vel cum galbano & aloes & similibus separatim vel coniunctim, vel accipiatur alcasaya alnaheman. i. genus papaueris & radicis vitis quę dicitur carmabaysa. i. spina alba æqualiter terantur cum aceto & vngantur cum eo, & si confert vnctio cum huiusmodi simplicibus vngatur cum hac compositione. ¶ Modus vngenti boni conferentis turpi albedini, dissoluit enim & delet eam & est valde fortis. ℞. nigell. sinapi. piretri ellebori nigri & albi añ. ʒ. iij. euforbij corticum cappar. piperis albi costi añ. ʒ. i. & ſ. papaueris rubeę añ. ʒ. v. & ſ. terantur & cribellentur & conficiantur cum kitran confectione optima & liniatur cum eo locus post eius lotionem cum aceto squill. mane & sero & in balneo semper donec sanetur, Et si perceperit patiens in loco albaras ex vsu huiusmodi medicinarũ. q. motionem formicę in profundo membri derelinquat tunc vnguentũ, & si non confert hoc quod diximus non est alia ingeniatio circa hæc nisi quod superponatur loco medicinæ acutæ per spacium temporis, & nos pluries diximus ex huiusmodi in suo loco, vel cauterizetur locus cum igne donec alteretur eius color ab albedine vt dictum est. Curatio albaras quę fit ex sanguine grosso ad-

Sig. ex solo flegmatico sanguine

Sig. ex sãguie grosso & adusto

Sig. ex viri accessu ad mlierẽ

Cura albaras ex flegmate

Electuarium laxatiuum

Puluis

Vnguẽta

Vnguẽtũ bonum

Cura ex sanguine grosso adusto

usto est scd'm id q determinauimus.s. q flebotometur de vena alachal & educatur ex sanguine multum q̄diu videtur niger & vstus, postea statim restringatur, & cum mundificatū fuerit corpus ab illo sanguine vsto tunc redeat ad scarificationem loci albaras & liniatur ex sanguine, deinde cum farina lentiū assatarū & litargiro loto & trito cum oleo ros, alcali & aceto, & possibile est vngi cum cerusa & balaustia cum aqua frigida, Et si confert eius medicina quam diximus euacuetur col. nig. cum decoctione epithimi & cum foris auellanarum ysaac & alijs medicinis consimilibus scriptis in pluribus locis huius libri.

¶ De pruritu. Capitulum. V

Pruritus descriptio

Pruritus est ex humore subtili acuto & colerico vel ex hūore bauratino quē natura ad cutim expellit & p̄manet ibi & nō apparet cum superficie corporis, Et prohibitio eius apertionis est duabus ex causis, ex debilitate virtutis expulsiuę/aut ex debilitate corporis eiusq siccitate & macie & pororum strictura quemadmodum accidit senibus. Signū pruritus ex humore colerico acuto est fortis corrosio cum mordicatione & vstione & scissura, & quando concordant regimen cibaria fortia & acuta complexio ętas & tempus erunt signa fortiora, Et ex signis p̄prijs ad hoc est q quando ingreditur patiens balneū aquę calidę/vel facit vnctionem calidā, generat fortem mordicationem & econuerso eius accidit in pruritu & scabie accidentibus ex flegmate quoniam delectabit ipsum aqua calida forti delectatione. Signū eius ex humore flegmatico & salso est perceptio delectationis ex scapellatione & corrosio nō fortis & excoriatio cutis cum eo post scapellationem sicut squamę albę/& quando ingredit̄ in aquā calidā valde suscipit in ea delectationem sicut diximus, & si conueniunt ad hoc ætas tempus & complexio erūt signa fortiora. Curatio pruritus ex colera rubea est quoniā quando est modica curat̄ per ingressum aquę calidę & sudationem in ipsa, postea vero vngatur in eo cū oleo sirag, vel effundatur super eum aqua decoctionis alselac/vel aqua decoctionis maluæ montanę vel succus albamad. i. acetosę vel furfuris simile cum aceto & farina fabarum & corpus melonis & similia, & abstineat a cibis generantibus col. ru. sicut allia cepe rafanum vinum mel & similia & regatur cū cibo frigido & humido, & si non curatur cum hijs quę diximus curetur cum hijs quę dicturi sumus in scabie sicca. Curatio eius ex flegmate salso possibile est curari similiter per vsum balnei & sudationem in ipso & vngatur corpus suum cū succo apij vel succo mentastri, vel cum aqua decoctionis aldefle. i. oleandri, & confert ad hoc farina fenugreci distemperata cum melle puro in balneo, vel dissoluatur nitrum cum aqua decoctionis furfuris tritici & administretur in balneo, & in exitu a balneo vngatur corpus totū cum oleo sirag, & hoc faciente pluries recedet pruritus, & si nō recesserit cū hijs quę diximus curet̄ curatione scabiei quā dicturi sumus infra p̄fecte.

Sig. pruritus ex humore co. acuto

Si. ex humore flegmatico & salso

Cura ex co. rubea

Cura ex salso flegmate

¶ De scabie. Capitulum. VI.

Iam diximus q si humor fuerit grossus generabit scabiem de qua decoriatur pellis, quod est quia natura expellit humorem nocentem ad superficiem cutis vt mundificet id quod est interius, & fiunt per hęc membra principalia salua a malis ægritudinibus necantibus, postea vero putrescit humor ille in corporis superficie & reddit in vlcera scabiem. Sunt autem scabiei duę species, humida & sicca, humidę vero tres sunt species quędam cū sit ex abundantia sanguinis vsti cum col. ru. æqualiter quędam vero ex predominio col. ru. cum sanguine, alia vero ex dominio flegmatis cum sanguine, Et siccę quidem tres sunt species, quędam fit ex colera ni. quę nō peruenit ad adustionem, alia vero ex flegmate salso bauratino sicut accidit in corporibus senium. Et alia quę fit ex colera rubea acuta. Signum scabiei humidę quando adæquatur sanguis cum col. ru. est quando sentit patiens delectationem in hora suę corrosionis & scapellationis, & si fuerit sanguis abundans a colera erit id quod exit ex putredine grossum si colera rubea prædominat̄ sanguini erit putredo egrediens subtilis citrina calida & molesta cum hijs quę regimen ipsius infirmi consecuntur. s. cibi calidi & acuti complexio & siccitas. Et si fuerit scabies tardę maturatōis & digestionis & quod fluit ex ea est indigestum, & patiens ætatis senilis & cutis eius frigida cum simili regimine, & cum ingreditur aquam calidā magnam inuenit delectationem in ipsa sciat esse ex flegmate. Signum siccę scabiei est q consideret si est ex p̄dominio colerę nigrę sanguineę, quando scabies erit fortis siccitatis ad nigredinem declinans, & cum scissura & asperitate superficiei corporis, & fuerit ætatis senectutis & complexionis melancoliæ, & reliqua signa ex colera compositis, & vrina testatur hoc idem, Quando vero fuerit ex p̄dominio colerę rubeę tunc sequitur cum scabie incendium & mordicatio & parua corrosio & molestatur a tactu aquę calidę. Et si fuerit ex flegmate salso tunc sentiet vehementiam corrosionis, & decoriatur cutis post scapellationem squamę albę. Et si conueniat ad hoc ætas complexio & regimen erūt

Scabiei p̄prietas

Scabiei sunt spēs plures

S'g. scabiei hūidę

Sig. scabiei siccæ

Cura scabiei humidæ

signa fortiora. Curatio humidę scabiei est cum flebotomia venę alachal & basilicę, si sanguis abundat in eo & non erit aliquid prohibens, & cum euacuatione humoris dominantis siue simplicis siue compositi sit cum decoctionibus .s. vnicuiq; humorum conuenientibus qui purandi sunt. ¶Modus decoctionis quam sumere debet patiens post flebotomiã & est expertum. ℞. mirabol. citri. ℥. xv. nenimerẽ corij. i. genus celidonię. ℥. ij. epithimi sene fumiterrę añ. ℥. v. seminis endiuię ros. absinth. polipod. añ. ℥. iij. coquantur omnia in tribus lib. aquę decoctionis epithimi donec redeat aqua ad duas tercias vnius lib. & exprimantur & colentur & dissoluantur in eo mãne. ℥. x. & bibat ex hoc multas bibitiones continuas, est enim potens & bona.

decoctio

¶Modus vngenti ad scabiem humidam, accipiat ex nucibus antiquis & caulibus recentibus partes æquales & terantur cum succo apij & fricetur in balneo forti fricatione & vltima, & hoc faciat multotiens quoniã cessabit scabies.

Vnguẽtũ ad scabiẽ humidã

¶Modus alius vngenti, accipiat ex succo mentastri & misceatur æqualiter cum aceto & ponatur in eo modicum nitri puluerizati, & effundat in ipso de oleo ros. & liniatur cum eo in balneo quoniã valebit.

Aliud vnguentum

¶Aliud vngentum est ad scabiem humidam. ℞. sulphuris albi non vsti condisi salis cinerum glandium piretri oleandri canibil partes æquales & ponatur in eo de argento viuo pars .5. & erit bonum vltime, terantur omnia & conficiantur cum aceto & oleo ros. & liniatur cum eo.

Aliud vnguentum

¶Modus mollis & boni pueris & corporibus humidis. ℞. sulphuris cæræ citrinę añ. ℥. iij. olei rosa. ℥. vi. vitellorum ouorum assatorum tria vel quatuor numero, infundantur vitella ouorũ in aceto per diem & noctem, deinde liquefiat cæra cum oleo & proiciatur in eo sulphur tritum & postea ponatur totum in mortario & pistetur totum cum vitellis ouorũ bona pistatione & liniatur cum eo in balneo quoniam valde confert. Q; autem ego ꝓbaui pluries & sanati sunt per illud perfecte omnes qui peruenerũt ad manum meam est ꝙ accipiat ex succo fumiterrę depurati per ignem lib. 5. & infundatur in eo corticũ mirabol. citri. electo. ℥. v si constauerit ei ꝙ humor ꝑdominans est colera ru. Si vero æstimauerit coleram nigram ponatur in eo mirabol. nigri. triti parum & stent ibi per diem & noctem, mane autem coletur & accepta aqua proiciatur in ipso de rob vuarum bono vel ex zuccaro tabarzet. ℥. ij. & sumatur totũ in mane & nõ comedat vsq; ad meridiem & hoc faciat vna completa hebdomada & rectificetur eius regimen toto posse, Et si nõ cessauerit scabies cum hoc reiteret potum hmõi alia hebdomada iuxta modũ predictũ, & postea vngatur totum corpus eius cum hoc vngento.

Vnguẽtũ pfectũ ad scabiẽ pueris

Modus vngenti perfecti ad delendum scabiem & pruritum, accipiantur folia aldafle. i. oleandri recentia & coquantur in aqua ita ꝙ operiatur ab aqua, deinde extrahatur & ponatur in ea ex cæra citrina tantundem & ex oleo antiquo & dulci vel oleo ros. tantundem, postea reducatur totum ad ignem & coquatur bene donec consumetur aqua tota & deponatur ab igne & coletur & reseruetur, & vngatur cum eo patiens semel, & remaneat sic per tres dies, postea vero intret balneum & in ipso secundario vngatur iuxta modum ꝑscriptum, & si non cessauerit scabies per hoc, fiat hoc tercio qm̃ cadet pellicula quę est super ipsam & recedit pruritus & radicitus exstirpabit & ex toto. Et si volueris hoc vngentum facere fortioris operationis pone in qualibet lib. eius. ℥. i. sulphuris citrini triti post eius decoctionem & conseruetur, Et si cũ hijs que diximus non cessauerit scabies bibat patiens. ℥. i. & .5. de aloe qualibet die vsq; ad. iij. dies postmodum sumat a sumptione ipsius per tres dies & sumat de alijs tribus diebus, & sic faciat donec sanetur, & si superuenerit in ano pondus tenasmon desinat a potu aloes & studeat erga curationem tenasmon, & postea redeat ad curationem aloe, aloes etiam radicitus exstirpabit scabiem & pruritum.

Vnguẽtũ pfectũ

Curatio scabiei siccæ est ꝙ consideretur natura si est colera nigra, & tunc curet patiens cũ decoctione epithimi agarici & similibus, postea vero vtatur balneo aquę tepidę & fricetur in balneo cum oleo ros. & caueat a cibis generantibus col. nig. & vngatur cũ hoc vnguento.

Cura scabiei siccę

Modus vngenti boni scabiei siccę. ℞. baurac costi salis condisi añ. ℥. i. storacis liquidę. ℥. vij. aneti & olei ros. quantũ sufficit ad congregationem & permixtionem medicinarum fiat vnguentũ & vngatur cum eo in balneo & permittatur vna hora, & postea abluatur cum aqua dulci & reiteret vnctionem & lotionem donec sanetur, & si humor fuerit pabundans sanguine col. ru. curetur cum euacuatõe ipsius cum decoctione mirabol. vel cum aqua costi vel cum sahatrag vel alsahatrag. i. fumoterrę vel cum decoctione cassief. & caueat ab omi cibo vrente sanguinem, & vtatur balneo aquæ dul. & fricetur in eo cum furfuribus tritici & farina cicerum & farina fenug. infusis cum aqua bletę. Et si fuerit humor superabundans sanguine flegma salsum curetur cum eius euacuatione. Et curatio eius est sicut curatio scabiei factę ex colera nigra & liniatur cũ storace in balneo & vngatur cum sale & oleo.

Vnguẽtũ bonũ ad scabiẽ siccam

¶ De alcoab.i.vlcere.Cap.VII.

Alcoab quatuor habet species

ALcoab est vlcus & diuiditur in quatuor species, quoniã quedam est que adæquatur corporis superficiei & vocat alnachi.i.serpentina, Alia est cum qua sequitur amissio sensus & nõ sentit quãdo regitur, Alia vero est que comprehendit magnũ locum, & est similis passioni & vocatur alsaafa & vocatur al casabid. Et omnes hec species aut erunt in inchoatione & non ꝓfundantes in carnem, aut erunt antiquate & profundantes in carnem. Signum eius que adequatur corporis superficiei est qm̃ quãdo humor est putridus & fortis motus erit cum eo pruritus, & generatur hec species ex colera ni. que generata est ex fœculentia sanguinis. Signũ alcoabi fortis qđ dicitur alnachsi.i.serpentinus est quia color eius terrestris vel similis rubedini super qua generantur multi furfures & qñq; asperitas & scissure, & sequitur cũ eo pruritus. Signum eius cum qua est amissio sensus est quia patet sensui, & generatur ex col.ni. grossa valde & vltime vstionis, & hæc genera vlterius ꝑsignificant lepram. Signum alcoabi qđ dicitur alcasacad, & est asperitas & res que vocatur haserisa.i.macule & aque defluxus, pruritus molestia & dolor. Cura alcoabi quando generatur apud sui principium & quod nõ ꝓfundauerit in corpore est ꝙ euacuet modicũ ex co.ni. & rectificetur cibus, deinde balneet in aqua tepida dulci, postmodum vero vngatur cũ pinguedine galline & anatis & reliquis pinguedinibus auium, aut vngatur cum butyro vł oleo sirag, aut oleo viol. aut oleo amigd. amararum, aut vngatur cũ gumi arab. & gumi dragaganti, aut cum gumi prunoꝝ, de quocunq; ipsorum inuenerit postq̃ dissoluta fuerit in aceto, & si non recedit per hoc vngatur cum oleo de frumento vel oleo de siles quoniã sanabitur cum hoc. Curatio mali vlceris qđ dicitur alcoabã & alitasia & aliorumq; huiusmodi generũ sunt & alcasacad est cum flebotomia primo si apparet plenitudo & non est aliquid ꝓhibens, deinde vero cum euacuatione co.ni. cum decoctione epithimi, Et abstineat infirmus ab omni cibo generante coleram nigram, vel assiduet ingressum balnei aque dulcis, postea vero suspendantur ei sanguisuge vt attrahatur sanguis corruptus, deinde vero abluatur locus cũ aqua calida, & fricetur bona fricatione, deinde vero reuertentur super eum sanguisuge pluries donec perficiantur sugere qđ est in eo, postea vero vngatur cum oleo de frumento, vel oleo de siles, vel oleo de serpentibus de nigellis. Et nos scripsimus modos ipsorũ oleorũ in suo loco. Vel vngatur cum acetositate citri mixta cum aceto.

Sig. q̃ sup ficiei corporis adequatur

Sig. alcoabi fortis siue serpẽtinæ

Sig. cuius ẽ amissio sensus

Cura q̃ñ gñat apđ sui principium

Cura mali vlceris

aut accipiantur cortices nucum recentiũ & humidarum & bene terantur & conficiantur cum alacalaubac.i.guma, & permisceantur cũ aceto & liniatur cum eo, & lac quidem ficus qñ permiscetur cum farina ordei & emplastrabit cum eo confert, Et si non curatur cum hijs que diximus fricetur quousq; rubeat, & superponatur ei medicamen acutũ mixtum cum aqua saponis & dimittatur per dies, hoc enim aufert illud, vel cauterizetur igne donec recedat, & superponatur ei vnguentum quousq; sanabitur. Modus vnguenti ad delendũ alsahafa & alcoabi & alcasacad, & nõ est simile in omibus huiusmodi combustionibus. ℞. cucumeris asinini cõdisi armoniaci aristolog. longe æris vsti argenti viui vsneti alcasadin stercoris canis albi litargiri dechan auripig. gallaꝝ floris eris ceruse plũbee corticũ ouorũ partes æquales terantur & conficiantur cum oleo oliuarũ vel cum oleo cõmuni alnerad & vngatur cum eo frequenter donec sanetur. Et ego quidem expertus sum in huiusmodi adustionibus factis superficie pedis & cruribus cum quibus est corrosio & vstio qđ accipiatur ex vitellis ouorũ assatorũ & terant cum churan & alharbar, & supponatur ei pluries post corporis mundificationem a col.ni. & cum hoc sanabitur. ¶ Aliud medicamen expertum ad hoc, accipiantur musce que vocant beiracverdan, & sunt animalia nigra que generantur in domibus tempore æstatis terantur & fricentur super locum ter & sanabitur. Modus medicaminis ad hanc infirmitatem quando est fortis, ℞. ellebori albi. ʒ. iiij. farine lupinorum cedef vsti bauracañ, ʒ. iij. terantur & permisceantur & fricentur super locum sicce quoniã iuuat, Et nos plura ex hijs diximus in suo loco.

Vnguẽtũ de corti. nucũ

Vnguẽtũ

Fricatio cũ muscis

Fricatio ex fortib⁹

¶ De ægritudine que dicitur alsara. Capitulum. VIII.

HVius ægritudinis alsare quatuor sunt species, Vna species est que fit ex sanguine, Alia ex colera rub. Alia ex flegmate salso, & alia ex colera nig. & hec peior, Quod fit ex colera ru. fit tribus modis, aut em̃ ex colera rubea vrente subtilis substantie, aut ex colera mediocri inter subtilem & grossitudinem Signa precedentia hanc ægritudinem anteq̃ appareat est pulsus cordis, strictura pectoris & fortis molestia offendens, strictura anhelitus, asperitas gutturis, & accidentia proxima accidentibus alhasba.i.variolis donec extenduntur per totum corpus, & quando exierint hec accidentia recedent. Signum passionis alsare ex sanguine est vehementia rubedinis apparentis in superficie corporis, & vt plurimum incitatur in die Et si conueniunt ad hoc ætas complexio & re=

Alsare q̃tuor sunt species

Sig. ꝑcedentia

Si. ex sanguine

Sig. ex cole. ru. acuta

gimen erunt signa fortiora & veriora. Signum eius ex colera ru. acuta est citrinitas coloris eius qui apparet de ea eiusq; acuitas & delectatio in firmi in aqua frigida quādo abluitur in ipsa, & si conueniant ad hoc regimen infirmi eiusq; etas color & complexio erunt signa veriora. Signū eius ex col. rub. grossa vel ex flegmate salso est quia incitatur egritudo in nocte & paucitas ru bedinis apparentis super ipsum, & qa delectat infirmū lotio aque cal. & si conueniunt ad hoc ætas complexio erunt signa potentiora. Signū eius ex colera rubea mediocri in substantia est commixtio signorum & compositio eorū ad inuicem. Signū eius ex col. ni. est grossities que apparet ex passione alfara eiusq; nigredo & sue curationis difficultas & eius delectatione in aq̄ calida, & qn̄ conueniūt ad hoc ætas complexio & cetera signa vt nigredo corporis & eius gros sities & regimen erunt signa fortiora. Curatio passionis alfare vniuersaliter in sui principio est q; ingrediatur aquam calidam sepe, hoc em̄ al leuiat ægritudinem & tangatur corpus, & stu deat apud resolutionem ægritudinis qm̄ aer fri gidus incitat ipsam. Curatio eius ex sanguine est cum flebotomia vene alachal & eductione sanguinis ab ea, postea vero laxetur natura cū aqua decoctionis prunorū cassiæf. & declinet patiens cibum suū ad cibaria frigida, postea ve ro vngatur cū succis frigidis si remanserit ex eo modicū residuū. Curatio eius ex col. rub. acuta est q; laxetur natura cū aqua decoctionis pru norum vel cū aqua infusionis mirabol. citri. & thamar. & granatis acetosis, vel cum aqua casei & scamonea, deinde vero bibat tribus diebus psilium cū iulep aut semine portulace aut semen scariole, & conferunt ad hoc trocisci de camph. & similia, vel electuariorū de sandal. & sit cibus eius alrayb acetosus & cibaria facta cū agresta & granis granatorū & aceto & oleo cōi & si milibus, posteavero supponat loco succus sola tri vel succus coriandri humidi, vel liniat cū pul uere sandali & modico croci, vel accipiant car nes melonū, & conficiant cum aluerem & fri centur cū eis in balneo postq; sudauerit in ipso, postea vero abluatur cū aqua tepida, & cōfert omnibus speciebus alfare excepta illa que fit ex colera nig. q; bibat patiens. 3. i. & 5. magre dis solute in aqua, vel fricetur magro recens in aq̄ vel accipiat albasp & teratur cū aceto & bibat. Curatio eius ex colera rubea grossa vel flegma te salso est cum euacuatione flegmatis salsi cum decoctione absinthij endiuie lupuli & fumiter ræ, & bibat patiens nucum alfare recentiū. 3. i. cū. 3. i. boni aloes, & confert ad hec iuuamentū maximū q; bibat patiens. 3. i. & 5. cubebe cū. 3. ij. zu ccari, postea vero assiduet balneum & su det in ipso & rectificet suū regimen quousq; sa netur. Curatio eius ex col. nig. hec species dete rior est & difficilior atq; molestior temporis diu turnioris, Sed curatio eius est cum euacuatione colere nig. & regatur cura & regimine dictis in scabie generata ex colera nig. & ingrediatur in balneum & sudet in eo valde, deinde vero fri cetur corpus cū oleo anetino & oleo camomil lino, & sumat omni die. 3. i. tyriace alfaroc cum aqua decoctionis sticados, Et si non curatur cū hijs curetur cura melancolie.

Sig. ex co. ru. grossa vel ex fle gmate sal so

Sig. ex cō lera rub. medio. substātiæ

Sig. ex co le. nigra

Cura vl'is

Cura ex sanguine

Cura ex cole. ru. acuta

Cura ex cole. rub. grossa vel flegmate salso

Cura ex co. nigra

¶ De ægritudine alhahaf. Ca. IX.

A'hahaf sunt duæ species

Passio alhahaf est pustule albe aut ad al bedinem declinantes acutarum extremita tum que in superficie corporis generant Sunt autem species due earum, vna generat in æstate ex multa sudatione & pretermissione lo tionis locorū in quibus accidit huiusmodi pas sio. Secunda vero species fit ex fumo col. ru. ge nerato in quibusdam corporibus quorū oppi lati sunt pori & prohibita est in eis resolutio vn de fiunt in corpore sordities & squame, & acci dit hoc plurime pueris paruis. Signum primæ speciei est quoniā accidit in æstate ex sudatione circa ceruicem & subassellis & radices coxarū. Signum alterius speciei est quia in singulis gene ratur temporibus. Curatio prime speciei est qm̄ oportet eum cui hæc ægritudo frequenter in citata fuerit in ipso loco q; ante sui aduentū ab luatur locus cum aqua ro. & aspergat desuper parum de tucia trita vel litargirum vel mirta, vel rose, & quando exierit ægritudo curet cu ratione scabiei generata ex col. rub. & cum hijs que diximus. Curatio secunde speciei est per e uacuationem cum aqua infusionis mirabol. cū sirupo alchasatrag, deinde superponatur loco muscilago melonum si reperiuntur vel eorum cortex trita & distemperata cum aqua decoctio nis furfuris tritici, vel superponatur ei succus so latri, vel succus cucurb. aut aqua ro. vel accipiat zeguesurum. i. cinobrium & teratur cum aqua frigida & liniatur cum eo, vel accipiatur camph. si calor est fortis & dissoluatur cum aqua frigi da & liniatur cum ea vel liniatur cum succo ius quiami triti & operiatur & cooperto rubeo bi bat ex sirupis frigidis & regatur regimine fri gido & humido, & caueat ab omni cibo acuto & salso.

Sig. pri. æ speciei

Sig. scdæ speciei

Cura pri. e

Cura scd̄e speciei

¶ Capitulum. X. quod in se habet par ticulas quatuordecim, quarum prima est de variolis in se.

Variolæ duob⁹ fi unt mōis

Variole fiunt duobus modis, aut erūt secure & non periculosæ, aut paruæ & mortifere & generat ex sanguinis

putredine eiusq́ ebullitione, & expelluntur cũ eis fumorũ superfluitates & transmutantur ex sanguine adolescentię ad sanguinem iuuentutis Et plurime accidunt hec pueris habentibus cõplexionem flegmatis mixtas cum col.ru. & raro accidit alijs complexionibus. Signum futuri aduentus ipsarum est dolor dorsi, febris continua, fricatio nasi, pruritus, caliditas oculorum, & grauitas totius corporis, frequens oscitatio, & alices als extensio, dolor gutturis & pectoris raucedo vocis, strictura anhelitus, tussis siccitas & grossities sputi, fortis dolor, & casus appetitus cibi, & passio quę dicitur altegar, stomachi indignatio & molestia, & quãdo apparent hęc signa aut aliqua ipsorũ pręcipue dolor dorsi & timor in somno & febris acuta scias tunc ꝙ superueniet patienti algidri. Signa vero indicantia statum infirmi est bonitas anhelitus & facilitas motionis ipsius sanitas intellectus & rationis, bona digestio cibi in sua ægritudine bonitas iacere ipsius & pauca molestia & reuolutio per lectum & potentia pulsus arteriarũ. Signa vero coloris variolarũ sanarum ex quibus liberandus est infirmus sunt variolę albę & magnę segregatę celeris exitus cum febre quarũ non est magna punctio, nec fortis calor, nec molestia, neq́ sincopizatio & quę post exitũ quiescit febris & reliqua accidentia perfecte, & accidit ei hoc ad sanitatem & albę & magnę/Et si multiplicetur earum numerus & sunt ꝓpinquę laudabiles sunt ex eo quę cito exeunt, & earũ exitus fit absq́ molestia vt diximus. Signa indicantia variolas mortiferas contrariant signis prędictis laudabilitũ variolarũ & qđ sunt siue magnę & albę & ad inuicem coniunctę/deinde dilatantur & effiduntur virides & occupant magnum locum ex corpore. Et si non est in ægro salsitas in tempore ipsarum exitus sed deterioratur & corrumpitur eius status magis & quę declinant ad rubedinem omnes sunt paruę & perniciosę si æger fuerit debilis corpore, & accidit ei fortis vomitus & pulsus cordis & febris augmentum post exitum earum, tunc enim nõ interficiunt, Et quando apparet hæc passio, & postea occultatur & tardatur eius exitus, & ex eo sequitur magna molestia cum permixtione rationis signum est mortis, Et quando post exitum algidri subito redit ad corporis interiora signum est mortale, Et quando apparet in sui principio anteq́ accidat patienti ægritudo est leuis motus facilis curationis, Et si apparent in die tercia est mediocris, & si tardant vsq́ ad diem quartam est tarde digestionis, nisi alleuietur patiens post eas & econtra, Et si ægritudo procedit dilatando & confirmando se cum ventris tumore signum est citę mortis.

Sig. futuri aduẽt⁹

Sig. statũ indicãtia

Sig. colo. variolarũ sanorum

Sig. idicatia variolas mortiferas

¶ De regimine omnium pertinentiarum huius ægritudinis particula secunda

SEptem sunt agenda in curatione variolarũ Primum est præcauere ab eis anteq́ superueniat, Secundum est id quod earum accelerat exitum, Tercium est adhibitio prouisionis & cautela circa oculos & palpebras & ea quæ dicitur alsomach & interius nasi & gutturis & iuncturas vt non superueniat ex eis quod relinquat malum finem, Quartum est qđ acceleret digestionem, Quintum vero est quod deleatur id quod remanet de vestigijs post curationem, Sextum est regimen cibi, Septimum est custodia naturę a malo fluxu pernecabili.

¶ De cautela huius ęgritudinis anteq́ appareat & eius prohibitione post exitum eius particula tercia.

OPortet prouideri si appareat vel videatur ægritudo vniuersalis & conuenit succurrere illi de quo timetur, Vel si accidit huiusmodi passio adolescentulis anteq́ grauetur & generetur in eis, Vel si apparet debili apparitione & qui peruenit ad annum.xiiij. ꝙ fiat flebotomia & fiat scarificatio in ea qui minoris ætatis fuerit, deinde rectificetur locus habitationis eorum cum infrigidatione, Et sint cibi eorum omne quod inspissat sanguinem & infrigidat, ac eius ebullitionem reponit, sicut cibaria de lentibus & de agresta que dicuntur alharchia & alsumacia & cibaria dicta alsachbal & alcariez & almaczoz, omnia hæc cum carnibus pullorum & perdicum, & bibant aquam niue infrigidatam vltima infrigidatione, & assiduet sumere poma granata acetosa musa & citri acetositatem agrestam & similia, Et si fuerit complexio fortis caloris sumat quolibet mane ptisanam ordei coctam cum quarta parte succi granatorum acetosorum, & abluant se in meridie cum aqua frigida & submergantur in ea donec corpus infrigidetur, & superponantur eis lintheamina cum aqua frigida madefacta, & ventiletur cottidie erga eos. & bibat lac statim mulsum, & caueat a vino & ficubus & granatis & melle & alhalua & ferculis coctis in aqua & carnibus ouinis & columbinis & speciebus & seminibus calidis, & abstineat a labore & balneo & a statione in sole & a potu aquarum existentium in foueis & cisternis, Et si aer est malus & putridus abluant faciem cum aqua ros. & bibat trocisc. de sandal. & trociscos de cam

phora. Puerorũ vero qui preterierint quinq; menses & maxime quorũ corpora sunt albi coloris mixti cum rubedine, nutrix regatur cum hijs quę diximus. ¶ Memoratio medicinarum simplicium sanguinem ingrossantiũ cõmuniter cũ ipsarũ materia & naturę lentes caules coriandrum humidũ lactuca papauer endiuia solatrũ iuiube celsi spodium psilliũ & camphora. Modus pulueris sedantis ebullitionem sanguinis & conferentis febribus & epatis inflationi & acumini colerę ru. ℞. ro. rubearũ. ʒ. x. spodij. ʒ. xx. sumac seminis acetosę lentium excorticatarum berberis seminis portulacę seminis lactu. corticum papaueris albi añ. ʒ. v. cum. ʒ. i. rob de granatis, vel rob de citro, vel de agresta, vel cum sirupo secaniabin zuccarino, vel sumat ex sirupo alyandaci scripto in suo loco, qui enim sumit eum ante aduentum ægritudinis fiat exeuntis ab ea, & si exierũt nouem variolę nõ tamen perueniet ad decem. Hæc autem est regula completa & sufficiens in cautela ægritudinis algidri anteq; adueniat, sed post sui aduentũ & signorũ confirmatiõem nõ decet al’. oportet vti hoc regimine, sed oportet iuuare naturã & expellere humorem illũ & educere ipsum a corpe vt infra dicemus. Curatio variolarũ postq; apparent in eo hæc accidentia. s. extensio alices corporis & membrorum & fortis dolor capitis & dorsi vehementia febris & reliqua accidentia, Vltima potentia est ꝙ extrahatur ægro multum ex sanguine quousq; perueniat sincopis, & melius est ꝙ educatur ex vena basilica & ex aliquibus ramis ipsius, & si non reperitur predicta vena fiat ex vena cefalica, vel fiat de safena cauillę pedis, & si non reperitur basilica aut aliquis ex ramis ipsius ab huiusmodi autem locis melius est educere sanguinem, hęc enim attrahunt sanguinem a magnis venis corporis magis q̃m attrahat cephalica, & quando non fuerint hęc signa valde fortiora parum educatur ex sanguine, & quando erunt pauca pauca sit attractio sanguinis, deinde vero acceleretur extinctio eius & infrigidatio quoniam cum hoc depelletur ab eo vigor exitus variolarũ ex rebus valde vigorosis ad extinguendum calorem sanguinis est ꝙ bibat infirmus semel & simul aquam infrigidatam niue vltima infrigidatione, & si postea calescit & redit ad eum calor bibat secundario ex aqua frigida, & sit quantitas potus eius a duabus lib. vsq; ad tres vel amplius & hoc totum in spacio medietatis horæ, & si redit febris & fluxerit vrina & sudor sciat horam liberationis esse proximam, & si viderit redire ad eum calorem & accidentia calida confirmari & ęgritudo augmentari reiteret potum aquę multę frigidę in hora. i. & tendat ad alios modos extinctionis quos superius diximus, Et si videbitur alleuiari infirmum vt dum regatur curatione regimine pręcedenti, Si vero videbitur sequi postmodum molestiam que dicitur alcerab & alcalab & reliqua confirmari accidentia sciat tunc esse impossibile pręter augmentum ægritudinis & tunc decet iuuare naturam vt dicemus cũ auxilio dei. Regimen autem accelerantię exitus ægritudinis extra corpus est ꝙ iaceat infirmus in locis quę non sint vltimæ frigiditatis, & sumat sorbitiones de aqua frigida paulatim & maxime quando augmentatur inflatio, & fricetur corpus leui fricatione cum manibus, & ponantur super ipsum duæ ollæ plenæ aquæ feruenti vnam ex parte anteriori, alteram ex parte posteriori, vel madefiant in eo panni & ponantur super ipsum & ingenietur ꝙ perueniat vapor aquæ per totum corpus præter faciem q̃ cooperiri oportet & eam cauere a vapore, & oportet non permittere vaporem super ascendere corpore post pannorum madefactionem & superpositionem & alleuiare ipsum oportet cum bona diligentia & prouisione, & hoc sufficiat in acceleratione exitus humoris extra, Veruntamen si fuerit in humore grossities & viscositas, & sit eius impulsio difficilis, & differt eius exitus vsq; quod transeat quinta dies administretur tunc illa die quod exitum accelerat & hoc diligenti prouisione & prouida discretione fiat vt non incidat circa hoc error & deceptio, nam error in hoc loco maximũ quid est & non sit promptus ad huius medicinas sed abbreuiet apud regimen huiusmodi infrigidationis quantumcunq; negligere & superstare poterit quod indigeat illis, & si non potest transire absq; illis bibat patiens de aqua calida vna hora post aliã vel coquatur in ea de semine feniculi & de semine apij & bibat de ea. ¶ Modus medicaminis leuis non incitantis magnum calorem & accelerantis exitum ægritudinis. ℞. ficuum viridium xxx. passularum mundatarum. ʒ. xx. bulliant suauiter in tribus lb. aquę donec liqueat, postea bibat ex illa aqua patiens lib. ʃ. ter & regatur & inuoluatur pannis madefactis in aqua calida sicut diximus. ¶ Modus compositionis fortioris supradicti & experta quæ administranda est post apparitionem algidri & alhasba. ℞. ro. ʒ. iiij. lentium excorticatarum. ʒ. viij. lactę mundatę a suis lignis. ʒ. ij. seminis feniculi apij seminis citoniorum dragaganti albi mast. añ. ʒ. i. coquantur omnia in lib. i. aquę sub lento igne vsq; ꝙ consumpta sit media pars eius & expri

Puluis

Cura

Potio

alia potio

matur & coletur & bibat ex eo patiens quartā partem lib. cum. vij. 3. zuccari tabarzed & hoc assidue faciat donec deueniat ægritudo ad sui status perfectionem & tunc desinat a sumptione prædictæ aquæ. Et si fuerit patiens ætatis adolescentię & sub lactis nutritione sumat nutrix eius prędictas medicinas, vel sugat puer aliquas sugationes ex rob de vuis vel ex decoctione alcandi aut zuccari vel penidij, vel coquatur modicum passularum, aut ficuum siccarum cum semine feniculi, & inmittatur de aqua illa in suum guttur paulatim.

¶ De preuisione & cautela erga membra quę solent offendi ab hac ægritudine, & primo erga oculos, Particula quarta.

Oportet medicum cum incipiunt apparere huiusmodi signa ꝙ incipiat instillare oculis infirmi de aqua rosa. bis in die & madefacere faciem eius cum aqua frigida Et si ægritudo fuerit leuis & debilis sufficiat ei hoc regimen, Si vero apparebit fortis apud sui principium & multi nocumenti in sui exitu cū pruritu palpebrarum & rubedine albedinis oculorum erit signum multiplicationis eius exitus in huiusmodi locis magis ꝙ̄ in reliquis, & tunc incipiat confortare loca hæc cum stipticis, & loco sumac administrentur gallę / fortiores enim sunt, vel instilletur eis succum carnium granatorum acetosorū, vel liniantur palpebrę cum collirio dicto sief memithe & alhasas. i. licio & aloe & acacia & rosf. añ. pars vna & de croco. x. pars, Et si exierit ægritudo per oculum considerandum est si exit in tunica quę dicitur almaltahan quoniam tunc non offendetur per hoc visus sanabitur enim perfecte. Si vero exit in tunica cornea vel in medio pupillę oculorum instilletur eis aqua rosf. bis in die, vel liniatur cum vitellis ouorum crudorum & inuoluatur cum sudario & ligentur & obturentur oculi diligenter & non dissoluatur vsqꝫ ad tres dies, postmodum vero instilletur eis de sief prędicto ablato tamen croco & adiuncto in eo pars. i. desedene id est lapidis emathitis & non superueniat magis exitus, postea vero ligentur oculi & dimittantur sic ligati tribus diebus, Et si non suffecerint hæc ad curationem ipsorum accipiat curationem ipsorum perfecte ex capitulo apostematum & vulnerum.

¶ De preuisione & cautela erga guttur & os Particula. V

Contingit quandoqꝫ cum passione malarum variolarum pessimę & difficiles prefocationes quę si superueniat. nulla erit spes euasionis infirmi, quapropter incipiūt apparere signa hæc in passione algidri incipiat infirmus gargarizare cum succo granatorum acetosorum, vel cum aqua infusionis sumac, vel cum rob de celsis & similibus, vel cum aqua vltimę infrigidationis si alia non inueniatur, & hoc fiat sæpe in die, Et si confirmantur accidentia ægri & alleuiatur suffocatio & apparebit in eo strictura anhelitus & vocis raucedo, & cum eo remanserit virtus flebotometur ex vena cephalica, & post exitum perfectum variolarum, Et si non affuerit ægro fortis calor nec mollitudo naturę sorbeat patiens ex butyro & zuccaro tabarzed, Et si calor fuerit fortis vsqꝫ in finem vtatur muscilagine psillij vel muscilagine seminis citoniorum cum amigdalis excorticatis vel cum semine cucurbi. & zuccaro, Et si natura fuerit lenis & fluxibilis accipiatur gumi arab. amigdal. excorticatę semen altee & amidū terantur & permisceantur cum muscilagine seminis citoniorum.

¶ De preuisione apud iuncturas sequitur Particula sexta.

Qvando apparent signa ægritudinis & maxime si apparent fortia & multa & dominantia acceleretur inungi iuncturas cum sandal. & memitha bolo ar. & rosf. & camphora & aceto & aqua rosf. sæpe in die non transeundo iuncturę terminum, & si exierit in eo magnum apostema acceleretur eius apertio & educatur quod est diligenti prędcuisione & sine tardatione ne forte sit illud maioris periculi causa. Et ego iam vidi plures pueros quibus hoc accidit ex prauo ipsorum regimine & ex illis fuerunt quorum iuncturę amisit motum genuum ipsorumqꝫ iuncturarum & manuum amiserunt.

¶ De cautela erga nasum & aurem Particula septima.

Oportet cum incipit apparere passio algidri ꝙ intromittatur naso cotum infusum cum aqua ro. in qua trita & mixta sit camphora, & effundatur in aurem acetum in quo permixtum sit modicum memithæ vel licij, & hoc fiat sæpe in die.

¶ De cautela a dolore pedum. Particula octaua.

ET si accidit in fine pedis dolor inungatur cum oleo oliuarum tepido & superponantur panni madefacti in aqua cal. & si non recedit dolot per hoc & non acceleretur exitus ægritudinis terantur sisami excorticati cū lacte, & emplastretur planta pedis cum eis & ligetur & dimittatur per diem & noctem, & su-

perponantur ei panni infusi in aqua cal. vel emplastretur cum eo donec sanetur.

¶ De hijs quę maturant algidri post exitum Particula. IX

SI tardatur maturatio ipsarũ & ægritudo est de hijs quę sunt curabiles superponant̃ ei panni madefacti in aqua decoctionis camomillę violarum aloe & furfurꝝ tritici & similiũ coniunctim vel diuisim, & quando erunt maturatę superponantur eis quod exsiccat, vt postea dicemus.

¶ De hijs quę excitant algidri. Particula Decima

OPortet aperire de illis quæ magnæ & difficiles sunt, postea vero exsiccare humiditatem ipsarum cum coto veteri & fumigare illas cum folijs ro. siccarum vel folijs mirtę vel cum sandalis in æstate, in tempore vero frigoris cum lignis alcape. i. tamarisci vel cũ folijs alczaro. i. lentisci, Et si abundat humiditas dormiat patiens super rosᷓ. tritis vel super farina risi, vel super farina glares. i. panici, vel super farina milij extenso super lecto leni, Et si sentit pruritum in corpore superponantur eis folia lilij humidi, & aspergatur desuper alterira. id est calamus aromaticus & folia rosᷓ. & folia mirtę & si non exsiccantur cito dissoluatur in aqua modicum salis & aluminis & liniantur cum eo pustulę omissis locis pruritus, hoc enim mordicabit forti mordicatione & dimittantur super eis per horam, deinde abluatur cum aqua decoctionis amblac. i. coralli & tamarzach. i. tamarisci foliorum mirtę & corticum granatorꝝ & hoc valde confert.

¶ De hijs quę delent maculas algidri Particula vndecima

QVod est quia cum superuenit pruritus & corrosio ex predicta ęgritudine & scalpellant faciem & oculos, excoriat algidri ante tempus debitum & relinquunt̃ inde turpes maculę. Causa huius quapropter cum hoc accidit oportet ligari manus ægri vel pueri cum sudario leui vel fiat eis cerotum de pellibus alfanach aut leporum, & sit pilus extra vt non possit offendere in actu scapellationis, Et si relinquat̃ post istam ęgritudinem albedo in oculis, & fuerit hoc in oculis puerorum & eorum maxime qui sunt mollis corporis & cutis erit facilius dissoluere, alᷓ. resoluere albedinem, & quod resoluit eam est stercus passerinum & hyrundinum & stercus lacertæ & alchafes, & fortius hijs est sal armo. & spuma maris, & baurac & sal andrani & cancer marinus & almahacoia, & residentia vrinæ & similia quę diximus in suo loco, Et quę delent maculas a facie & residuo corporis est litargirũ dealbatũ & ossa combusta spuma maris costũ radices cannarꝝ siccę amigdalę amarę aristolo. grana de ben semen radicũ melonis lupini lubra. i. faseoli fabę & similia vngantur cum hijs frequenter coniunctim vel per se tritis cum aqua decoctionis ordei. Et nos quidem iam plura scripsimus de hijs vltime & perfecte.

¶ De dieta huic ægritudini competenti. ℞. Particula. XII

OPortet bibere ægrum aquã decoctionis ordei sapienter paratã sicut parari solet in acutis ęgritudinibus ęqualiter Et si febris fuerit lenta & molesta & natura nõ fuerit lenis misceatur cũ aqua sicut medietas q̃ntitatis ipsius succi granatorꝝ acetosorꝝ tritorũ cũ suis nucleis & non cũ carne ipsorũ, & non curetur de subtili pellicula ipsorũ, & sumat butyrum q̃m hoc lenierit naturã, Et si abundauerint vigilię apponat̃ in eis. q. medietas ipsorũ de papauere, & si natura est lenis multũ apponat̃ in eo de spodio & gũi ara. succus cucur. melonis & citruli & similiũ, Et hęc quidem nõ competũt algidri sed magis competunt passioni alhasba nisi forte calor fuerit fortis & fuerit cũ ipso algidri molestia & magnę vigilię/q̃m quod melius & competentius est in hac passione est ꝙ infrigidat & exsiccat & ingrossat sanguinem, sicut est suc⁹ granatorꝝ succ⁹ agrestę & siᷓia quẽadmodũ dictũ est, Et conferunt in hac passione lentes excorticatę q̃n bibunt̃ cum aqua frigida.

¶ De regimine naturę algidri Particula. XIII.

SOlet nãq; natura mollificari plurime apud finem huius ægritudinis, & p̃cipue in passione alhasba: & ob hanc causam oportet omne qđ lenit & mollificat naturã postq; peruenit ægritudo ad statũ, & si fuerit natura ęgri sicca in principio & ante statũ ægritudinis oportet lenire ipsam, & maxime apud vehementiam caloris & capitis dolorem, & alleuiat̃ natura & humor algidri, & postq; viderit potentiã virtutis infirmi, & corpus eius nõ siccum mundũ cũ colore albo & virtutem pulsus & hoc post flebotomiam lenificet̃ natura cũ decoctõe mirab. citri. tantum, vel bibat succũ granatorum tritorum cum sua carne cũ zuccaro, hoc em̃ melius est ad laxandũ infirmũ quia nõ incitat calorem, Et si fuerit natura lenis non approximetur infirmo aliquod lenitiuum & laxatiuũ. Curatio vero eius si fuerit lenita natura est qđ bibat loco ptisanę ordeaceę aquã decoctionis sanic de ordeo qđ est farina ordei assata, Et si necessitas

inducit aquam decoctionis sanie de nucleis granatorum. Et si natura fuerit magis lenis bibat gumam cum spodio postq̃ trita fuerit ad modum alcohal & aspergatur super quatuor. ℥. aque decoctionis sanie de ordeo & bibat totũ, Si vigoratur fluxus curetur cum his que dicta sunt in passione fluxus, & si perseuerauerit fluxus bibat alrayb. i. lac acetosum valde ablatum ab eo butyrũ cum bono alcahac & modico gumi arab. vel cum spodio.

¶ Sequitur nunc de passione alhasba. Capitulum. XI.

Alhasba .i. morbilli in duas diuiditur species

HAec enim passio diuiditur in duas species .s. curabilem & non curabilem, quoniam est de genere algidri .i. variolarum, excepto dolore dorsi qui proprius est in illa, sed molestia sincopis magis propria sunt in hac passione alhasba, & generatur quidem ex sanguine valde colerico & in corporibus calidis & siccis & macilentis & in tempore quo hyems est calid. & sicca & retardant pluuie in ipsa tũc superuenit hæc passio & inuadit corpora cali. & macilenta colerica sicut diximus. Signum hasbe mortalis & praue est liuedo coloris & viriditas vel color violaceus cum reliquis que dicta sunt in passione algidri, & qui apparebit algidri vel hasba, & post earum exitũ subintrant profundum corporis repente, deinde superuenit ægro molestia & indignatio stomachi iudicabis hoc mortalem sincopim q̃usq; redeat ad exiendum. Signum passionis alhasbe curabilis est vehementis rubedinis & reliqua que diximus in passione algidri preter maculas. Curatio alhasbe sicut electio curationis & eius virtutis in passione algidri est exitus sanguinis quoniam ægritudo est multa & non quiescit eius ebullitio cum extinctione sicut oportet in principio passionis alhasbe parum educere de colera ru. si videris ipsam multe abundantie & natura non lenis, deinde vero extinguetur ipsa cum modis extinctionis positis in passione algidri & melius & electius ad leniendũ cum eo est aqua decoctionis prunorum humidorũ per se aut in fusorum in sirupo iulep, aut infusorũ in aqua & zuccaro, & non ponatur eis in laxatiuo viol. vel lebleb & manna & similia, & oportet esse cibum patientium hanc ægritudinem alhasba ptisanam ordei sua proprietate cum succo granatorum acet. & cucurb. & alhandi & citro, & solatrum & psilium, aqua vero frigida & nix magis competunt huic ægritudini algidri, hoc est in quo differt passio & alhasba a passione algidri, reliqua vero dicta sunt in passione algidri ex signis, s. & medicinis omnia cõmunia sunt.

Sig. alhasbe mortalis

Sig. alhasbe curabilis

Cura

¶ SEQVITVR SECTIO SECVNDA Tractatus. xxxi. que continet in se cap. xv. Quorum primũ est de fustigatione.

Fustigationum distinctio

FVstigationum alie sunt cum spinis quæ dicuntur alsiet & albarciabus & cum funibus de canapo & similibus, Alia fit cũ tuitibus & corticibus palmarum & cum albalah & cum albuziadan & similibus. Signum huiusmodi sunt quod sensui patet. Curatio fustigationis facte cum aliis spini fustibus in sui principio est q̃ superponat̃ ei pellis agni recens cal. cum eius sanguine quando decoriatur, & dimittatur sic tota die, postea renouetur alia, Et si fuerit suspectio ne crescat calidum apostema & ferueat tunc accelerat flebotomia basilice vel alchal, Si æger fuerit plenus venis & fortis virtute nam vt plurimum huiusmodi fustigatio dissoluit virtutem & debilitat spiritum vitalem Et possibile est ducere sincopim & maxime qñ fustigatio fuerit fortis, & tũc bibat statim pondus vnius. ʒ. musci. cum lib. i. boni vini & odoriferi, deinde cibetur cum hiis que infrigidãt & sedant calorem pluribus diebus donec quiescat calidum apostema, Et si fuerit percussio scissio vel contusio & non fluxerit sanguis ex ea scarificetur post sedationem caloris & terso loco a sanguine liniatur cum aloe & sandalo distemperatis cum aliquo succorum frigidorum, deinde vero curetur cum reliquis que diximus in distinctione ægritudinũ herisipile. Et si fuerit pcussio ex hiis q̃ separant carnem donec pueniat ad ossis detectõem & vigorat̃ infirmo molestia & dolor & volueris hoc sedare vt nõ pstret̃ virtus regatur cũ hiis q̃ dicta sunt in sincopi cõtingente sedantis omnem dolorem & molestiã ex percussione contingentes. ℞. cære albe. ℥. i. olei ros. ℥. iiij. liquescant ad ignem deinde aspergat̃ desuper ceruse. ℥. ʒ. remoto ab igne misceat̃ in eis quanta est quantitas de vitellis ouorũ assatorum & teratur totũ optime in mortario, & si emulsum fuerit super eis de lacte mulierũ aut de succo alsaris. i. scariole, vel ex succo solatri erit melius pro sedatione doloris & vngatur cũ eo & dimittat̃ tota die, Et si cum hoc nõ quieuerit dolor reiteretur hoc idem super ipsum, & si quieuerit calor & redditur securus ab apostemate calido abluatur cum aqua maris, & curetur cum hiis quibus curantur vulnera, Et quando nõ reperitur aliquod vngentorũ & superponat̃ ei bis in die coccũ vel coccinũ vestitũ. & non desinat hoc facere quousq; curetur p̃ter qd̃ egeat aliqua illa curationũ. Et ego iam expertus sum pluries, maculis aũt & vestigiis per

Signa Curafustigationis

Vnguẽtũ

eussionum q̄n fuerit in eis rubedo confert vngi cum vngento molli quo curantur vestigia quæ dicuntur alcelef. Et si loca fuerint nigra vel coloris viol. & similia absq; calore emplastretur loca cum folijs cauliũ vel radicis vel mentastri, & melius hoc est q vngatur cũ arsenico citrino & succo coriandri humidi vna vice post aliam continue vel cum abal kiakel.i.lapidis qui sonat.q.esset aliquod granũ intus & vocatur lapis pregnans & semine erucę post fumigationem eius cum vapore aquę calidę.

¶De passione alues & cleblan. Ca.II

Alues & Cleblan duob⁹ fit modis

HÆc passio fit duobus modis, nigra & rubea. Et curatio eius est cũ acutis medicinis vel cum cauterio, & est qđ supponatur ei vnctio anacardina quousq; indurescat vulnus, vel liniatur cum aqua saponis & calcis non extinctę partes æquales terantur & permisceantur & vngantur cũ eo & dimittatur per duas horas, & tunc efficient̃ loca nigra, & fiet in eis vulnus, postea vero superponat̃ eis de butyro tribus vel quatuor diebus donec amoueat̃ pellis nigra, deinde curetur curatione cæterorũ vulnerũ quousq; curetur perfecte, qđ si apparet aliquid ex eis postea reiteretur eadem curatio in eis & sanabitur, Et cum hac eadem medicina curetur alcheblan cum auxilio dei.

¶De corruptione coloris. Ca.III

Coloris corruptio duob⁹ fit modis

COloris corruptio cõtingit fieri duobus modis, aut enim sequitur post aliam infirmitatem vel ægritudinem, sicut contingit nigra ycterícia vel citrina, & illis qui conualescunt ab ægritudine & ex corruptione complexionis quemadmodũ contingit leprosis, aut contingit ex eo quod contingit sanis ex calore solis & exeuntis ex frigore, aut ex eo qđ subito insurgit sicut rubedo & pallor ex verecundia & timore, & possibile est contingere citrinitatem coloris absq; causa & curatione quidem ycteríciæ iam diximus in suo loco. Curatio conualescentium ab ægritudine consistit in ciborũ multitudine & corpis impinguatione quemadmodũ in suo loco determinauim⁹. Curatio q̄dem lepre manentis ex frigore sicut cũ balneatiõe & fumigatione cũ vapore aquę cal. & in continuatione vsus artificij in suo loco descriptę, & possibile est contingere ex hmõi causa rubedinem & turpem alterationem faciei, & tũc oportet nõ pati negligentiã apud sui curationem q̄a turpe est. Et eius curatio est scarificare locum fontanelle colli & flebotoment̃ ambę venę cephalicę & cooperiatur bene indumentis, & abstineat a vociferationibus & repletione ab omĩ qđ sanguinem reuocat ab interius ad extra vt detentu anhelitus & diuturna salutatis, & confert ad hoc flebotomatio venę cephalicę & extremitatis nasi & vnctio postea cũ sapone, & abstineat ab omĩ qđ multiplicat sanguinẽ, & a vino & carnibus & alhaua, & vtat̃ balneo & fumigatione cũ aqua cal. frequenter. Et si nõ inuenitur balneũ vngatur cũ vnctione alsahafa forti, & caueat a vento & frigore q non tangat multũ eius vultũ, & q̄n hoc contingit patienti festinet ad balneũ. Curatio aũt citrinitatis vult⁹ absq; causa confert cibari per singulos dies gallina assata, & bibat vinũ dulce, & comedat ficus & granata & vitella ouorũ & cicera cocta in omnibus cibarijs, & sumat ex asa in quibusdã tpibus & cibaria in quibus sunt allia, & confert ei electuariũ de limatura ferri & assiduitas balneationis & fricatio faciei & linimenta decoratiua rubificantia vultum quę in suo loco sunt determinata.

Cura con ualescẽtiũ

Cura citrinitatis vultus absq; cã

¶De conseruando corpore humano mortuo. Capitulum.IIII.

PRimũ qđ oportet fieri ad conseruandũ corpus mortuũ vt nõ putrescat est q clisterizetur cũ aqua colloquint. & baurac eleuatis eius cruribus & ipso sup faciem inuersato & bene cõmoto ventre exprimat̃, vt exeat totũ quod est intus, postea vero reiteret̃ clistere in eo pluries donec egrediant̃ omnes fęces, post modum aũt accipiat̃ aloes myrrhę acacię ramic .i.gallię camph. partes æquales oĩa coadunent̃ cum aqua ros. & clisterizetur cũ ea & obturet̃ anus cum coto infuso & submerso in medicina p̄dicta, & vngantur vniuersę iuncturę ipsius cum p̄dicta medicina postq; mixta fuerit cũ ea acetum & aqua rosa. & modicum salis & insuffletur naribus eius modicum alsambac.

Clistere

Q: aũt confert & conseruat a corruptione corporis eius est linitio eius cũ kitran. Modus linimenti optimi ad conseruationem corporũ mortuorum & confert in viuis a pruritu & scabie & alcohaba humido. ℞. aloes subcitrini sarcocollę salis añ. ℥.vi. croci olibani añ. ℥. ij. opij myrrhę añ. ℥. iiij. acacię. ℥. iij. licij. ℥. iij. musci camph. dauich.i. calami arom. quantũ volueris sed de camphora plus apponat̃ terantur medicinę & permisceant̃ & ponantur in olla cũ multa aqua & qđ cooperiatur cũ ea & bulliant sup lento igne paulatim donec inspissetur, & caueat q non vratur, deinde clisterizetur cum eo corpus mortuũ, post euacuationem totius eius qđ est in visceribus vt supra diximus, deinde vero liniatur cum hoc medicamine totum corpus & impleatur ex eo guttur nares os & aures, & obturentur inde hęc cum bombace vel cum panno hoc enim conseruabit corpus longo tempe, & confert etiã scabiei humidę & alcoabi & altasi

Linimẽtũ optimũ

alad & remouet excessum sudoris & eius iuuamenta plura sunt.

¶De tumore & pruritu digitorum tempore frigoris. Cap.V.

[Cura] Curatio horũ est qd' effundat̃ super eis aqua calida salsa, vel submergatur in aqua decoctionis alselac, postea fricetur cũ oleo de ben aut similibus; & si excesserit illud in eis emplastretur cum sale trito cum oleo communi cum cepe vino & similibus.

¶De passionibus contingentibus vngulis. Capitulum. VI.

De passionibus contingentibus vngulis & sunt puncta alba asperior ipsarum & scissio & minuta lipitudines, & accidentes in cute circa ipsas earum citrinitas & alteratio coloris. [Cura albedinis] Curatio albedinis ipsarũ est ꝙ frequenter liniatur cum pice liquida / aut liniat̃ cum arsenico rubeo vel cum sulphure nigro cũ aceto vel vino, vel accipiantur nuces de alsero & coquantur in aceto & permisceant̃ cum lupinis, & liniant̃ cum hoc qm̃ delet maculas ipsorum, [Cura apparitionis] Curatio appitionis ipsarũ est ꝙ emplastretur cum pinguedine tribus diebus, postea tollantur si fuerint mollificatę sin aũt reducat̃. [Cura vngularũ a scabie excoriatarũ] Curatio vngularum a scabie excorticatarum est ꝙ liniatur cum sale & fæcibus vini, aut emplastret̃ cum squilla & oleo alhal. i. sisamino. [Cura scissionis & lippitudinis cutis] Curatio scissionis & lippitudinis cutis que circa ipsas est ꝙ euacuetur colera nigra & corpus humectet̃, & emplastretur cum cæra & oleo pinguedine & cerebro. [Cura citrinitatis] Curatio citrinitatis ipsarum est ꝙ liniatur cum semine erucę & aceto frequenter. [Cura alterationis coloris] Curatio alterationis coloris ipsarum ꝙ superponatur eis qd' faciat eas cadere, quod est ꝙ accipiatur calcis viuæ & litargiri & arsenici partes æquales terantur & conficiant̃ cum bono sapone, & hoc superponatur eis donec cadant, postmodũ vero curetur cum vnguento nigro perfecte sin autem accipiatur earum curatio in cirurgia. [Cura lippitudinis] Curatio lippitudinũ exeuntium circa eas est ꝙ accipiatur sal & nasturciũ, & loco superponatur, aut emplastretur cum mastice cum modico salis dissoluta.

¶De scissura plantarũ pedũ. Ca. VII

[Scissurã plantarum pedũ dupliciter cõtingit] Scissura plantarũ pedum contingit dupliciter, aut erit causa eius intrinseca, & hoc erit ex sanguine mixto cum co. nig. grossa, aut cum colera rub. acuta. [Sig. frigoris] Signũ frigoris est qd' patiens refert, & testat̃ ætas & complexio. [Si. causæ secundæ] Signũ secundę causę est qm̃ si fuerit in planta pedis est ex co. nig. & præcipue si concordant in hoc ętas complexio & regimen infirmi, Si vero fuerit scissura in manibus & testatur ad hoc ætas & complexio est ex co. ru. vt in pluribus. [Cura ex frigore] Curatio scissurę accidentis ex frigore est ꝙ submergantur pedes in aquam calidam donec bene remolliantur, & postea superponat̃ eis cerotũ factum cum oleo de fenugr. vel cum oleo de kerua, vel cum oleo de lilio, vel cum oleo de sirag, vel accipiantur ficus combustę / & fiat ex eis vnguentum cum cæra & oleo oliuarũ & superponat̃ loco, & si accipiatur vna rapa & comburat̃ & perforetur & dissoluatur in eo cera & oleũ ro. super cineribus calidis conferet scissurę ex causa frigoris, & si misceatur cæra cum aneto & sirag confert, Et qd' confert scissurę profundę & antiquatę est ꝙ accipiat̃ sandarus & oleũ seminis lini & coquatur donec inspissentur, & postea distilletur de eo super ipsum. Q̃ autem vltimum confert iuuamentũ est ꝙ liniatur cum kitran qm̃ delebit ipsam, vel terant̃ cepę muriũ cum oleo sisamino & superponatur & confert scissurę pedis & liniatur cum pice, vel madefiat pecia panni in oleo cõmuni & suponatur subter pedem, & sit semper calciatus, & caueat incedere discalciatus & abluere, & confert vltimum iuuamentũ ꝙ dissoluatur pinguedo caprina & aspersa super ipsam modico pulueris gallarum tritarum sicut alcohol, intromittat̃ de ea in aquã calidam in scissuram antiquatam. [Cura scissuræ profundæ] Curatio scissurę profundę interius est ꝙ purgetur humor p̄dominans cũ medicinis proprijs illi quemadmodum sępe diximus, deinde vero liniatur cum ceroto facto cum oleo viol. vel accipiatur cæra alba & medullę cruriũ bouis, & dissoluatur cũ eo sirag & instillato in eo succũ maioranę vngatur cum eo. [Vnguentũ bonum] Modus vngenti boni ad scissurã manuũ & pedum. ℞. medullę cruriũ bouis pinguedinis gallinę añ. ℥. s. gumi dragaganti albi cære mirre rubeę añ. quartam partem. ℥. i. terant̃ medicinę siccę bona trituratiõe & dissoluatur pinguedo in. ℥. i. sirag, & cõficiant̃ cũ eis alię medicinę tritę & siccę & cõquassent̃ optime & vngant̃ cum eo plantę manuum & pedum.

¶De passione aluase. Cap. VIII

Almasc est rasura coxarũ quę solet accidere itinerantibus ex fricatione coxarũ ad inuicem p̄pter quã impedit̃ ambulatio. [Cura Almasc] Curatio huius est ꝙ aspergat̃ super eas de vitriolo trito aut tucia almachlasa vel de litargiro albo, de quocũꝗ ipsorũ inuenerit, aut accipiatur ex puluere alcodan & super eas aspergat̃ indurat em̃ locũ & ipsũ corroborat ad ambulandũ. Et si fiat in eis vulnus curet̃ cũ vngento albo & similibus.

¶De sudoris abundantia. Ca. IX

[Sudoris abundantia dupliciter fit] Sudoris abundantia contingit dupliciter aut per viam crisis, aut nõ per viam crisis, Quę vero contigit per viã crisis fit tempo-

re consummationis ęgritudinis salubriū & tempore laboris temperati & exercitij moderati in tempore æstiuo. Sudor vero qui absq; modo cretico accidit est sicut sudor proueniens ex carnis dissolutiōe, ꝑpter quā corpus eo indigeat, & excessit sudor eius naturales modos, aut in q̄ntitate aut in qualitate, Excessus in quantitate fit tribus modis, aut colore vt cum declinat ad rubedinem, vel ad citrinitatem, vel ad albedinem, vel ad viriditatem, aut excedit in odore vt cū fuerit valde fœtidus, aut carens fœtore, aut sapore, aut fuerit salsus, aut dulcis, aut amarus aut acetosus. Significatio autem iuuamenti vel nocumenti prędictorū est sc̄d'm humorem nocentem. Excessus aūt contingit in quantitate tripliciter, quia aut superabundat aut erit modicus Superabundantia vero ex tribus contingit causis, aut enim ex multitudine humorū aut horū subtilitate, aut ex pororū corporis ampliatione & cutis laxitudine, aut ex virtutis expulsiuę robore. Paucitas vero ipsius causę erunt hijs contrarię/quia ex paucitate humorū vel ipsorum grossitudine vel strictura pororum vel ex virtutis contentiuę robore. Signum sudoris ex causa crisis est ꝙ prouenit de infirmitate infirmo, & qd' sequitur post ipsum ex quiete & salute infirmi cum exit in certis temporibus. Signum eius preter viam crisis est qd' patiens refert & qd' ex ipso sudore manifestatur. Curatio excessus sudoris quando debilitatur corpus ex ipso est vt cum est modicus ꝙ vngatur cum oleo ros. vel cum oleo florum granatorꝝ, aut cum oleo mirtino, aut cum oleo de citonijs & similibus, Et si fuerit sudor multus & si non conferunt ei hæc olea oportet coqui in aqua res stipticas in nocte & lauare cum ea vt capita ros. mirta folia oliuarum siluestrium & folia alsaro, & qd' fortius hijs est ꝙ aspergatur super corpus puluis aluminis combusti vel puluis thuris. Modus olei fortis ad retinendum sudorem. ℞. foliorum ros. aut capitum earum quę fortia sunt 3.xx. sandal'. balausti. añ. 3.x. gallię. 3.iij. mirtæ recentis. 3.i. congregentur omnia in duabus lib. aquę & coquantur super lento igne quousq; redeat aqua ad terciam partem & exprimantur & coletur & apponatur in colatura olei ro. lib. ſ. coquantur cum lento igne quousq; consumetur aqua & remaneat oleum, postea coletur & vngatur cum eo corpus & exponatur ante ipsum si calor excedit in eo vasa plena aqua frigida & exsternatur in domo rami mirtæ ros. & alchosl ef. i. salicis & bibat sirupum iulep aut ros. aut sirupum de psillio, & caueat a multo labore & ingressu balnei.

Sig. sudoris cretici Sig. non cretici

Cura excessus sudoris corpus debilitantis

Oleum forte

¶ De priuatione sudoris. Cap. X.

Priuatio sudoris & eius defectus contingit quatuor ex causis, aut ex humorum paucitate, aut ipsorum spissitudine & pororum constrictione, aut ex debilitate virtutis expulsiuæ, aut ex forti frigore ab extra contingente. Curatio huius non oportet studere apud sudoris prouocationem nisi in febre quę est cū rigore, & quando virtus est sana nec timetur de casu eius & videtur ꝙ sudor alleuiat ægritudinem & diminuit de ea & sequitur post ipsum quies & leuitas. Prouocatio autem sudoris fit multis modis, aut enim per balneū & laborem, aut cum oleis resolutiuis vel per medicinas coctas in aqua ex qua recipitur fumus desubtus, vel cum fricatione facta cum manu. Olea vero fortia ad prouocationem sudoris sunt oleum de balsamo, & post ipsum est oleum oliuarum cum baurac & oleum cucumeris asinini, & oleū camomillarū, oleum aneti, oleum de ben, oleū de spica, & oleum de costo & similia, Et fumigia vero conferentia ad hoc sunt castoreum carpobalsamum bdellium semen agni casti & nigelle mentastrum semen vrticę cardamonum & similia. Et nos quidem plura huiusmodi diximus in suo loco quod sufficiens est.

Sudoris priuatio ex q̄tuor causis fit

Cura

Sudoris ꝓuocatio multis fit modis

¶ De lassitudine. Cap. XI.

Lassitudo generatur aut ex causa extrinseca, aut ex forti morsu laborioso, aut ex causa intrinseca vt ex motu malorum humorū. Lassitudinis vero species sunt quatuor, prima dicitur grauis, secunda extensa vel extensiua, tercia calida, quarta vero dicitur nocitiua. Lassitudo grauis causatur ex repletione corporis grossorum humorū ad frigiditatem & humiditatem declinantium qui dissoluitur in motu forti dissoluenti sanguinem qui ingreditur per venas & vasa corporis, & redditur inde virtus naturę corruptę & debilis & pondere pressa eiusq; operationes impediuntur, & generat̄ ex hoc species hæc lassitudinis appellata grauis Secunda vero species quę dicitur extensa fit ad modum primę. Veruntamen impletur meatus humore illo dissoluto qui tendit ad sanguinem & virtus cū hoc remanet potens & sollicita & resultat ei ex hoc extensio ad vniuersa laterum, & hęc duarū specierū. Curatio est per euacuationem vt dicturi sumus, reliquę vero duę species. s. calida & nocitiua fiunt cum existunt in corpore humores pungitiui & ignei, & quādo moueт̄ corpus īmoderato motu comprimenт̄ huiusmodi humores ex illo motu, & calefac̄t corpus & offendit, & possibile est generare febr... [illegible] ... ſimeram, & hmōi species dicunт̄ calida.

Lassitudinis causa

Lassitudinis quatuor sūt species

Lassitudinis grauis causa

Lassitudinis extēsiuę causa

Cura Lassitudinis cal. & nociuæ causæ

Si vero bullierit forti bullitione & non putre- fiunt humores generant species lassitudinis do- lori & nocumento vulneris in tota corporis su perficie, & sentitur cum eo punctio vt punctio acus. Curatio harum specierū. s. calidę & noci- tiuę est ꝙ vngatur totum corpus cum oleo ro. mixto, & temperato cum aqua tepida, vel cum oleo viol. vel cum oleo de nenufare, & vngatur cum eis leniter, & assiduet balneationem & sub mersionem in aquam tepidam & dulcem, & as siduet quietem & ocium & regat virtutem cum cibis temperatis, Et si non cessat lassitudo per hoc & apparebit in ipso plenitudo venarum & dominiū colerę ru. flebotometur patiens & pur- getur a colera ru. & hoc fiat discrete & suauiter Lassitudo aūt quę generat ex humoribus qui cōmouentur extra corpus erit similis plenitudi- ni scd'm virtutem & amplitudinem scd'm vasa, qd' est qm̄ quando excedit cibus corpis quanti- tatem sibi oportunā ita ꝙ relinquat aliqd ex na tura nō respicit illud corpus ꝓ sui nutrimento, & pigrescit natura a sui dominio & dissolutōe dicitur hæc plenitudo scd'm virtutem. Quando vero fit decursus sanguinis humorꝝ & spirituū per venas & arterias cum obseruatione ipsorū modi precedentis anteꝗ̄ adueniret illis excessus corporis cum hoc existit sanus & firmus, dicit tunc hæc repletio scd'm vasa. Signa plenitudi- nis scd'm virtutem defectus appetitus cibi, gra- uitas motus, pigricia, ocium, defectus sensus ob liuio, & defectus cogitationis & imaginationis est species lassitudinis quę dicuntur grauitas & extensio. Signa plenitudinis scd'm vasa sunt rubedo coloris, calor corporis, eiusꝗ̄ grauitas, pigritatio, extensio venarū, multitudo somni, ossitatio cum ore, & extensio membrorum & species lassitudinis quę dicuntur calida & noci- tiua qua dolor similatur dolori vulneris. Cu- ratio lassitudinis causatę a repletione scd'm vir- tutem, nisi eius curatio acceleretur induet ęgri- tudines, vt febrem cottidianam & apostemata mollia, & alias frigidas ægritudines vt apople- xia, & perditio medietatis partis corporis, & similia, & oportet incipere cum euacuatione fle gmatis discrete / & sudare in balneo sudatione modica, & sit parcus in cibo & potu, & vtatur ex cibis qui generant modicum sanguinem sicut sunt carnes auium & similia. Curatio lassitu- dinis accidentis scd'm lassitudinem scd'm vasa, & nisi acceleretur eius curatio generabit ægri- tudines difficiles vt præfocationes & obtalmi- am oculorum febrem & mortem repentinam & sinca, & ideo oportet festinari ad flebotomiā & multū educere de sanguine, deinde vero rega tur cibo modo temperato & æquali.

Cura lassitudinis calidæ & nociuæ

Sig. plenitudinis secundum virtutem

Sig. plenitudinis secundum vasa

Cura lassitudinis ex repletiōe scd'm virtutem

Cura lassitudis ex repletiōe scd'm vasa

¶ De dolore. Capitulum. XII.

Dolor est mutatio subito insurgens q quidem multis causis accidit, quādoꝗ̄ erit eius causa extrinseca, vt percussio & casus, Vel solutio continui, vt dislocatio fra ctura & contusio, vel eo qd' iacuit longo tem- pore infirmus dormiens super aliquo membro rum suorum inconuenienti situ ex quo subi- to aliqua eius membra sunt extorta & alia hu- iusmodi. Causa vero intrinseca est vt excessus frigidę complexionis vel calidę vel ex sumptōe multorū ciborum in excessu, aut ex retentione naturę vel ex oppilatione subito facta ex lapide generato in renibus, vel ex alicuius expulsione subito quę natura consueuit retinere & similia. Signum doloris insurgentis ex causis motis in- tra est id quod in pluribus huius libri locis ex- posuimus & quod determinauimus in intro- ductione in principio huius libri qd' introducti onem nominauit. Curatio doloris cuius causa ab extra est cū euacuatione corporis, primo si virtus est fortis ab humore requirente purgatio nem, deinde vero cum emplastris & vnctioni- bus. Curatio doloris ex adiectione alicuius hu- moris est curare quemlibet huiusmodi per sui contrariū, Et si videtur plenitudo in venis per flebotomiam, Aliȷ vero humores per euacuati onem, Plenitudinem aūt cum abstinentia cibi & per potus laxationem aut per restrictionem, & alia contraria, postmodum vero redeat ad se dationem doloris cum emplastro & vnctione & similibus, & erit securus a fluxu humorum, Et si ei manifestatur plenitudo incipiatur ab em plastratione loci cum eo quod sedat dolorem. Qꝫ autem est melius & electius vt fiat ei subito accidit dolor fortis, & corpus eius est sanū & robustum suis membris, ita ꝙ corruit subito & epilenticatur est illud quod narrauit G. in loco epidimiarū est ꝙ illa die fiat flebotomia & edu- catur ex sanguine vltra quam sit virtutis tole- rantia, & si non acceleretur flebotomia deinceps & ꝙ accidit tibi signum & firmitatem sup hoc quoniā dolor existit in membro paruo, & quia manifestat tibi humoris malitia facientis ægri- tudinem. ¶ Medicamen quorū natura est seda- re dolores laudabilius & melius, ipsa est aqua tepida dulcis si lauatur cum ea locus doloris cū pannis mollibus post euacuationem sicut dixi- mus, vel in aqua in qua decoctę sunt herbę hel- be. i. camomilla anetum corona regis alhast al- tea violę folia caulium cortices papaueris or- deum excorticatum fenugr. semen lini furfures vero frumenti si coquantur per se vel si misceat parum butyri, & emplastretur cum eis locus do loris sedabunt ipsum, si simili modo fiat de fe-

Dolor mo tis ex causis accidit

Sig. doloris ex cā mortis

Cura doloris

Cura ex adiectiōe alicuius humoris

nu greco & emplastret cum eo sedabit dolores.

Olea dolorē sedātia

¶ Olea quidem sedantia dolorem sunt omne oleum ꝓpinquū æqualitati & vt est oleū camomillę, oleum aneti, oleum margis, & oleum alkiri & sambucinū & alsirag quod est oleū sisaminum & quod sedat dolores est ꝙ accipiatur olei ros. & olei viol. pars æqualis & locis superponatur, est enim expertum. Q; autem fortius est ad sedandum dolores & qđ operari debet in amissione sensus membri est vt folia iusquiami & folia lactuc. & radix alnirog & papauer nigrum & coriandrū humidum, & qđ fortius est est opium, quādo accipitur de eovna pars, & castor. pars. ʒ. & terantur cum aliquibus succorū. Curatur cum hijs dolor fortis vt auris & dolor oculorū & alij dolores laboriosi & potentes.

Cura doloris ex frigidita. & hūori. viscosis

Et quod sedare facit dolores generatos ex frigore & humoribus viscosis est emplastratio cum panico & milio, vel cum sale & mentastro aut ordei vel alcazama vel carnibus aut nasturcio calido & similibus, qm̄ calefaciūt tpate & supponatur loco, & hmōi emplastra nota & vsitata sunt ad hęc.

¶ De passione bouina. Cap. XIII

Passionis bouinę dēscriptio

PAssio bouina dicitur eo ꝙ in pluribus generatur in bobus, & est vermis generatus inter cutim humani corporis & carnem & totū corpus perambulans donec perforans cutim, & exit vbi contigit, & possibile est contingere suum oculum per exitum deuastare illū Est autem huiusmodi vermiculus in colore corporis patientis cuius caput est nigrum, & generatur ex eodem humore ex quo generant̄ pediculi & lendes. Est autem hmōi humor putrefactus sub cute, & possibile est contingere quibusdam hominibus in quibusdam regionibus.

Signum

Signum huius passionis est quia via videt̄ ad sensum sub cute repens.

Cura

Et curatio eius est cum euacuatione corporis ab humore dominante, deinde cum vsu balnei seu balneatione in aqua calida frequenter: aqua enim calida remollit corpus & humores, postmodum curetur curatione scabiei humidę cum his quę diximus, & oleis & reliquo regimine. Vltimo vero aperiat̄ cutis in loco vbi reperitur vermiculus cū instrumento quod dicitur almalza & extrahat̄.

Nocumē tapassiōis bouinæ

Nocumentum aūt maximū quod ex eo contigit est qn̄ circumierit sub cute exit qn̄q; per aliquem oculorum & destruit ipsum, & oportet vt cū videris ipsum repentem prope oculum ꝙ liges subtus ipsum cum ligatorio stricto, hoc enim retinebit ipsum non exire per oculū, deinde scindatur cutis desuper & extrahatur & intromittatur in locum scissure aquam salsam. Curatio vermiculoꝝ nascentiū in vulneribus.

¶ De vulneribus & apostematibus. Capitulum. XIIII

Vermes i vulnerib⁹ & āpati bus gn̄ati

GEnerantur in his genera vermium & in apostematibus ceruicis quæ dicuntur scrophæ, & sunt vermiculi graciles & longi vt capilli nigri capitis, & generant̄ in plantis pedum breues vermiculi, & generant̄ etiam in vulneribus putridis, qn̄ cadit negligentia in curatione ipsorum ad modum vermiculoꝝ generatorū in cadaueribus animaliū.

Cura vermiū apatū scopharū Arden

Curatio vermium apostematū scropharū est ꝙ accipiatur arden iuuenis, quod est animal simile magno ericio arden, & iuguletur & scindatur per medium & calidum superponat̄ apostemati & dimittatur per horam, & tunc visibiliter exibunt omnes vermes sicut operatur illud.

Cura vermiū ī plātis pedū nascentiū

Curatio vermiculorum nascentium in plantis pedum est qđ fumiget̄ bene fumigio iusquiami & statim submergantur in aquam frigidam, quoniam tunc exibunt omnes visibiliter & recedet omne nocumentum qđ ex illis consequebat̄.

Cura vermiū ī vulneribus nascentiū

Curatio vermium nascentium in vulneribus est ꝙ impleat̄ folijs persicorum tritis & ligentur bene cum litargiro per vnam noctem, & tunc mouentur omnes vermiculi vel vermes, vel intromittatur in eis cotum madefactū & submersum in oleo viol. & persicorū, aut in oleo laterū, aut in oleo grossomelorum, aut in oleo amigd. amar. deinde vero abluatur vulnus cū aqua & sale, aut cū aqua marina, aut cum aceto & sale.

¶ De passione fluxus sanguinis a quocūque locorum. Capitulum. XV.

Mirandū accidēs

VIdi in quibusdam regionibus casale quoddam dictū alkiria viros qui narrauerunt mihi quoniam cum accidit in corporibus ipsorū aliquod vulnus magnū indesinenter sanguis fluit ex vulnere quousq; moritur: & recitauerunt mihi super hoc quod quibusdam ex pueris suis cum fricaret manu gingiuas cepit sanguis fluere ex illis donec mortuus est, Alius vero flebotomatus a minutore sanguinis non cessauit ex eo emanare donec perijt, Et vniuersaliter eorum mors vt in pluribus contigit in hunc modum, Hęc est res quā nunq; & nusq; vidi nisi in casali prædicto, nec reperij hoc accidens ab aliquo antiquorum memorantium, nec scio eius causam, & quod mihi videtur de curatione eius est ꝙ ille cui hoc accidit celeriter cauterizet locum donec sanguis restringatur, & ego minime probaui hoc, & est apud me monstrum.

¶ INCIPIT TRACTATVS. XXXII. & vltimus huius libri qui tractat de febribus, & diuiditur in quatuor sectiones, Quarum prima vnicum comprehendit capitulum quod est de febre in generali.

Febris diffinitio

FEbris est calor extraneus naturam transgrediens adherens primo cordi & arterijs dilatans se a corde cum calore naturali subito per totum corpus offendens operationes naturales prima offensione. Diuiditur autem febris in tria genera. Primum genus est febris quę generatur in spiritibus quę dicitur febris effimera. Secundum genus est febris quæ generatur in membris solidis & dicitur sicca, id est ethica, & febris quę generatur in humoribus quę dicitur feb. putrida. Febris autem effimera in tres partes diuiditur, Vna est febris quę generatur in spiritu animali. Secunda est febris ex calore solis. Tercia est febris quę generatur in spiritu naturali vt illa quę fit ex cibis calidis. Generatur autem febris effimera in qualitate simplici non composita, & diuiditur in duo genera, quoniam alia est quæ ipsa est ægritudo, alia vero quę est accidens præcedentem ægritudinem consequens, & eius quę ipsa est ægritudo, plures erunt causę omnes extrinsecę sicut fortis calor solis & ebullitio medicinarum mortiferarum & venenorum, aut calor aeris balnei aut intensum frigus ex niue vel gelu, vel balneatio seu natatio in flumīe & aqua frigida, aut balneatio in aquis exsiccatiuis exteriorū corporis, vt aquę aluminosę sulphureę vel nitrosę, aut repudiatio balneationis qua vsus erat & excessus agitationis animę in sollicitudine & forti laboratione & fatigatione & ambulationis assiduatione & equorum cursu, & ira & tristicia, aut vigilia & excessu motuum corporis & maxime ei qui non fuerit consuetus, aut ieiunijs & abstinentia cibi, vel ex siti aut ex ventris solutione, aut ex vsu ciborum & potuū calidorū, aut ex multo potu vini fortis & cibi calidi simul, aut ex superabundatione præter consuetum, aut ex grossis cibis, aut ex vnica comestione quę ipsum aggrauabit ex humore crudo incidente qui nominatur cachuia. Febris autem effimera quę est accidens ipsam egritudinem consequēs & febris quę sequitur ex apostemate inguinū, aut ex apostemate subascellarum vel radicum aurium, vel ex casu siue percussione, aut ex dolore in aliquo membrorum existente, aut ex fluxu reumatis a capite, aut ex catarro, aut ex dolore epatis vel splenis, vel cerebri, vel diafragmatis, vel pulmonis, vel renum, vel vesicæ & similium. Signa febris effimerę in vniuersali sunt, quoniam principium signorum ipsam indicantia est quia non permanet nisi vna die vt in pluribus, & si diutius permanserit contingit ex pluribus causis, & quia non incipit cum rigore & tremore & vrina patientis non multum alteratur a sui consueto in colore substantia & odore & quia eius crisis fit in declinatione per emanationem vrinę aut cum sudore vel vapore aut cū modica humectatione & statim perfecte quiescet, & non adiacet ei periculum vel malicia, veruntamen possibile est ipsam esse causam aliarum prauarum febrium, sicut febris ethicę & febris vrentis & similium quando error contigerit in sui curatione & regimine, & eius plura accidentia sunt exteriora, nec eius causę sunt p̄cedentes sed nouę ac propinquę, & quādo permanet huiusmodi febris vltra vnum diem erit illud monstruosum, & hoc quidem constringit strictura in poris naturaliter & prohibeatur vaporum resolutio & maxime quando contingit esse in vaporibus aliquid grossitudinis & remanent vapores astricti & conseruati in profundo corporis & calebit corpus, & erit hoc causa perdurationis febris per duos vel tres dies aut plures, & habet hæc febris proprietates quibus discernitur & separatur ab ethica quarū est quoniam causę febris effimerę sunt incipientes & in tempore proxime paucę associationis, vt est labor, sollicitudo, suspirium, atq; tristicia & similia. Causæ vero ethicę sunt antiquatæ quæ tempus prę terierunt, vt labor, tristicia & suspirium per vnum vel duos menses, & possibile est adæquari febrem ethicam cum effimera in tribus, Et primum eorum est quia vtraq; conueniunt in causis quę ipsas efficiunt. Secūdum est quia simplices ambę sunt ex simplici qualitate absq; humore. Tercium est vero quia vtriusq; calor lentus est & absq; vigore, & si hęc diuersificentur erit illud modicum, & etiam proprium feb. effimerę quę a febribus discernitur putridis, quia fe. putridę generantur ex qualitate cum humore, febris vero effimera sine humore, & habet etiam proprium quo segregatur a febre terciana, quoniā effimera si non contingit deuiare in sui regimine erit eius terminatio semper in prima die cum abundantia vrinę vel cum vapore humido.

Febris in tria p̄tiſ genera | ephimerę tres ptes | ephimerę duo gña | Ephimerarū causæ plures | Si. febris ephimerę in vniuersali | Febris ephimerę ab ethi. discretio | Ethica similat ephimerę tribus | ephimerę a tertiana segregatio

¶ SECTIO SECVNDA HABET. XIX capitula. Quorum primum est de feb. effimera ex calore solis contingente vel venenis vel ex diuturna mora in aere balnei.

Sig. ex sole vel balneo.

Signum huius febris est quia capita patientium ipsam & superficies corporis calidiora sunt q̄ in cæteris effimeris, quod est qa calor aeris & eius vigor occupant spiritum animalem & vitalem simul qua ꝓpter vigoratur in hijs dolor capitis, & calefiunt vultus illorum, & venę ipsorum implentur, & plurime accidit eis catarrus calidus in naribus, Signum ebullitionis medicinarum mortiferarum est quia calor corporis fortior existit calore capitis quoniam feruor illarum extenditur æqualiter per totum corpus proueniens ad cor cum aspiratione & pulsu in magna quantitate & inflatur eorum corpus & exsiccatur humiditas similiter & vigorat sitis & exsiccatur saliua & delectantur in aere frigido, Et curatio eius est quod infrigidetur & humectetur eis aer prosternantur ante eos aromatica frigida & ro. violę alchalani & alsamar & similia, & aspergat instrumento cum aqua calida cottidie & humectentur nares cum oleo viol. aut oleo de nenufare, & vngantur timpora sua cum oleo ro. cum aceto mixto Et si calor fuerit fortis humectentur timpora & pectora cum sandalo camphora & aqua ro. Et si non fuerit ibi reuma nec fuerint capita eorum vaporibus plena oportet tunc inclinare caput suum super vaporem aquę calidę in qua coctę sint violę camomill. semen alteę & ordeum excorticatum, & si non fuerit ibi reuma nec plenitudo capitis vaporibus nec habet fortē dolorem capitis non nocet effundere super capita eorum post decisionem febris aquam decoctionis violarū & camomillę & nutriantur cibis frigidis ex fructibus, & accipiant ex sirupis frigidis vt sirupo prunorum viol. & similibus, Et quando recesserit febris non nocebit intrare balneum aquę dulcis cum aeris subtilitate temperati caloris præterquam producant moram in ipso, & comedat micam panis lotam in aqua inzuccaro, Et quando erit mundificatum corpus a febre cibetur pullis coctis in aqua cum agresta vel cum portulaca & similibus.

Si. ex medicis mortiferis.

Cura

Curatio eius est quod iaceat in locis frigidis, & bibat aquam frigidam vel aquam niuis, & epitimetur pectus cum sandalo camphora, & regantur reliquo regimine prædicto.

Cura ex sole vel balneo

¶ De effimera contingente ex magno frigore. Capitulum. II.

Signa

Signum eius est quod infrigidatur cum ea superficies corporis, & alleuiatur & dissoluatur & oppilantur subtiles pori & color infirmi alteratur & recedit vigor sanguinis & eius decor & transmutatur ad colorem terreū & fuscum, & accidit ei tumor faciei & sentit grauitatem in capite, aut quia nihil defluit ex naribus preter frigus oppilans poros, aut quia defluit ex illis quid viscosum & frigidum & pulsus erit paruus & tardus vrina vero cum cruditate & albedine. Curatio huius ægritudinis melius & electius in curatione huius ægritudinis est cauere ab ingressione balnei ante completionem & digestionem temporis febris, & cum viderit digestionem & potentiam febris decisam submergantur pedes infirmi in aqua decoctionis camomillę sisimbrij mentastri & similium, & inclinet caput super vaporem huius aquæ, postea ingrediatur balneum & fricetur cū ipso leui fricatione absq; oleo, & si non inuenitur balneum laborent in exercitio temperato, & cibetur cum cibis pullorum vel cum carnibus, & & bibat vinum temperatum cum aqua calida, & euitent omnem cibū in quo est frigiditas viscositas & grossities, & cooperiantur pannis, & odorent aromata puri odoris & temperati caloris, Et si fuerit in eis reuma & frigora euitent balneum nisi post maturationem reumatis & eius dissolutionem & resolutionem. Et hoc modo curationis curatur febris quę prouenit ex natatione in aqua frigida.

Cura

¶ De febre effimera ex ebullitione in aquam frigidam. Capitulum. III

Signum

Signum huius febris est quoniam cutis corporis infirmi efficitur siccior & macilentior cuti effimerę ex caus. frigoris, & quādo tangitur cutis sentitur quasi stetisset in aqua infusionis gallarum, & vrina eius declinat ad cruditatem & albedinem, & pulsus redditur altus & amplus. Et curatio eius est sicut curatio effimerę ex frigore æqualiter.

Cura

¶ De effimera ex vsus balnei dimissione. ℞. Capitulum. IIII.

Cura

Oportet intromittere infirmum in balneum post febris declinationem & effundetur super ipsum multam aquā tepidam dulcem & multiplicet fricationem sui corporis cum furfure & semine melonū & modico baurac, & in eius exitu a balneo cibetur cū aliquibus ciborum frigidorū, & bibat vinū album subtile valde, & in crastinū redeat ad balneum & redeat postea ad sui consuetudinem.

¶ De effimera ex ira & superbia. Capitulum. V.

Signum

Hæc febris exsiccat & dissoluit spiritū animalem & vitalem simul. Et signum huius est rubedo faciei & profundatio oculorū & eorum mobilitas, & siccitas palpebrarum, & potentia pulsus & eius magnitudo. Curatio eius est sedare acuitatem caloris &

Cura

auferre iram cum animę lętificatione, deinde ingrediatur balneum aquę dulcis & temperatę caliditatis & fricentur cum oleo viol. postmodū cibet̄ cū cibis frigidis & humidis, & abstineat ab ira quousq; sedetur ira perfecte, & n accedant ad coitum ne ad febrem transferantur p̄dictam & emplastretur caput cū emplastris frigidis.

¶ De effimera contingente ex anxietate & tristicia sequitur modo Ca. VI

Anxietas & tristicia differt

DIfferentia est inter anxietatem & tristiciam, quoniam anxietas consistit in virtute tantum cogitatiua que est in cerebro, tristicia in virtute tantum vitali quæ est in corde / & propter hoc contingit q tristicia magis ducit ad ethicam q̄ anxietas. Signum huius febris est econtrario signorum effimerę contingente ex ira & superbia, nam oculi horum erūt quandoq; reuulsi extra, quandoq; mobiles, & quandoq; quieti, & hoc quidem propter diuersitatem modorum anxiationis & molestię cogitationis. Curatio eius consistit in priuatione causæ nocentis cum eius contrario & mundificatione, & est sedare imaginationes infirmi & dilatare cor cum generibus musicorum letificorum, deinceps hūectare corpus cū cibis frigidis & humidis & impinguare corpus cū vino valde limphato, & ingressu balnei aquę dulcis & fricatione in ipso equali temperata fricatione cum oleis humidis, & caueat ab omni quod exsiccat & extenuat & deueniat ad febrem ethicam, Ethica enim ex hac fe. prę cæteris euenire solet.

Signum

Cura

¶ De effimera contingente ex excessu fatigationis corporis. Ca. VII

ACtio & lesio aut laboris & fatigationis corporis fortis commutant omnes tres spiritus subito. Signum quod inducit hanc febrem est p̄cedens fatigatio, & quia redditur corpus siccum & macilentum, & pulsus fit subtilis & paruus, veruntn̄ est frequens grossus & extensus, vrina vero subtilis est cum acumine. Curatio eius est cū ocio & tranquillitate & fricatione cum oleo viol. cum oleo de nenufare subtili & leui fricatione bis aut ter in die & intret postmodum balneum aquę dulcis cū aeris subtilitate & caloris temperie frequenter absq; longa mora in ipso, & caueat ab omni quod dissoluit vt a coitu & a ventris solutione ab ira & sollicitudine, & cibetur cibo frigido & humido facilis digōnis & nutrimenti modici.

Signum

¶ De effimera contingente ex frequenti ieiunio. Capitulum. VIII

Signum

SIgnum huius est declinatio coloris faciei ad citrinitatem & similatur faciei conualescentium ab infirmitate vel ægritudine & oculorum concauitas & pulsus debilitas & vrina redditur calida vel acuta & rubea. Curatio eius est quod relinquat cibum in hora febris, & sugant cottidie granata & vuas hyemales melones & citruli, & cibetur pane similę super quo preterierunt duo vel tres dies mollito & cribellato cui adiungatur de zuccaro & modico amigdal. dul. excorticatarū & tritarum, & cum apparebit tempus fractionis febris, & stomachi vacuitas & exigunt cibum, & sumat ptisanam ordei & eo digesto intret balneum & cum incipit corpus calefieri & sudare vngatur cum multo oleo viol. vt oppilent̄ pori corporis & vtat̄ cibis subtilibus bonū & subtile nutrimentū generantibus, & caueat a cibis grossis & viscosis.

Cura

¶ De effimera contingente ex longa retentione sitis. Capitulum. IX.

OPortet autem febris consumationem peruenire infirmo cum potu ptisanæ ordei loti pluries in aqua frigida multa cum modico zuccaro, & si non est ei preparatum ante ebullitionem febris bibant de aqua frigida paulatim, & si inuenerit accipiant de psilio cum zuccaro vel semen portulacę vsq; ad tempus declinationis febris, & bibant aquā ordeaceam & cibentur cum cibis humidis, & abstineant a labore quousq; recesserit frigus.

Cura

¶ De effimera contingente ex ventris solutione. Capitulum. X.

CVratur hæc febris que in suo loco diximus, in declinatione vero febris intret balneum & cibentur cum hijs que diximus in effimera contingente ex longa detentione sitis.

Cura

¶ De effimera contingente ex cibis & potibus. Capitulum. XI

SIgnum huius est quoniam eius principium oritur a naturali spiritu qui est in epate, deinde adheret & expanditur calor per totū corpus, in hora vero vehementię febris & eius status sentitur calor in epate quod est ex p̄prietate huius febris ad epar, Vrina autem in hac febre redditur intensę rubedinis. Curatio eius est potus secaniabin zuccarini permixta cū succo granatorum & iulep zuccarini facti cū sandalo & camphora, & nutriantur infirmi cibis humidis & frigidis & oleribus & fructibus, & emplastretur epar cum emplastro de sandal. & ros. & farina ordei camphora & aqua rosa. & portulaca & similibus, & non ingrediatur balneum nisi post finem declinationis febris.

Signum

Cura

¶ De effimera contingente ex multo potu vini. Capitulum. XII

CVratio huius febris est q sumat patiens ex sirupis frigidis deiminatis cū aqua frigida vehementis frigiditatis paulatim,

in tempore vero declinationis febris ingrediat balneũ temperatũ & supereffundat capiti eius aquam multam tepidam, & cibetur cibario lentium viridiũ frigido & reliquis cibarijs paratis cum succo granatorũ agresto & aceto & piscibus in aqua coctis & odoret cũ viol. & studeat plongare somnũ, & cũ excitatur a somno secũdario intret balneum & reiteretur ei idem regimen, & omnino caueat a vino, & si persisterit in eo grauedo capitis & oculorũ, & apparebit in eo rubedo faciei & extensio flobomet. tunc aut scarificet cũ ferro & regat cũ hijs quę diximus.

¶ De effimera contingente ex multa comestione. Capitulum. XIII

Cura Curatur hæc febris cũ laxatiuo ex fructibus & potu secaniabin, & nutriatur cũ ptisana ordei tantũ, & cum declinatione febris ingrediatur balneũ non trahens morã in ipso & supereffundat ei aqua tepida, & fricet corpus forti fricatione & sequenti cũ aqua decoctionis furfurũ, & postea intret balneum, & exiens ab eo redeat ad sui regimen cum laxatiuo fructuũ, Et si superuenerit ei rigor in balneo festinet exire ab eo, Similiter faciat cuicũq; hoc accidit in balneo, qm̃ huiusmodi febris putrida est & nõ effimera, sed si habuerit rigorem scias illam esse effimeram cum reliquis signis.

¶ De effimera contingente ex vnica comestione. Caplm. XIIII

Cura Curatio huius febris est q; flebotomet patiens qñ sentit grauedinem in ventris superioribus, aut superponatur liciniũ si senserit grauedinem in ventris inferioribus donec alleuietur ab eo, & intret balneũ & producat somnũ & humectet cibũ & relinquat laborem per dies, & purgetur corpus cũ aliquibus laxatiuis frigidis lentę laxationis.

¶ De effimera contingente ex cruditate humoris qui dicit cachuta. Ca. XV

Cura Si contingat leniri naturam in hac febre alia curatione non indigebit nisi tantum quod bibat aliquas sorbitiones de aqua calida, postea intret balneum, & cibetur cibis quibus insit stipticitas & frigiditas et cibis dictis hasera uia & alsumacia & similibus, vel bibat sirupos frigidos & stipticos, & abstineat a labore & sudatione ad solem & euitet balneum, Et si nõ fuerit natura lenita per se oportet penitus ipsam lenire.

¶ De effimera contingente ex apostemate magno. Capitulum. XVI.

Causa Quando coadunatur sanguis in huiusmodi locis mollibus corporibus & timetur de putredine in illis calescit spiritus vitalis & adhęret calor cordi ex vicinitate arteriarum ad ipsum, & generatur ex hoc febris effimera. Signũ huius est quia pulsus redditur magnus & frequens & vrina declinat ad cruditatem cum albedine, & facies infirmi est rubea & tumida, & cum puenit finis febris ex eo qd' apparet in suo corpore accedat in sui curatione ad maturationem apostematis & sedationem doloris, & post declinatoẽm febris & eius quietem ingrediatur balneum aquę dulcis calidę & moram trahat in ipso vt calor paulatim resoluat residuum apostematis & fricentur in balneo suauiter absq; oleo, & vtatur cibis subtilibus facilis digestionis & bonę substantię. Signum

¶ De effimera consequente ex alijs apostematibus factis in reliquis membris corporis. Cap. XVII

Oportet primo flebotomari infirmum ex parte opposita & infrigidare apostema cum hijs quę diximus in curatione calidorum apostematum, & nullo modo balneum intret, nec vinum bibat donec quiescat dolor inflationis apostematis & febris & laxetur natura si apparet in eo plenitudo, & studeat calorem extinguere, & nutriatur cibis frigidis. Cura

¶ De effimera consequente ex dolore aliquorũ membrorũ vt epatis splenis vesicę diafragmatis cerebri pulmonis & similibus.
Caplm. XVIII

Oportet inspicere si est apostema calidũ aut grossa ventositas, aut hũor mordicans, aut multa extensio, aut siccitatis excessus in loco illo, aut mala complexio calida seu frigida simpliciter, vel cũ humore aut oppilatione ex lapide calculo vel ex alia re consimili, & post febris quietem balneetur in balneo leui balneatione, & cibetur cibis predictis. Cura

¶ De effimera consequente ex reumate vel catarro. Capitulum. XIX.

Oportet imprimis flebotomari patientem, & si tempus est propinquum scarificetur si non conuenit ei flebotomatio, & abstineat a carnibus & vino, & bibat aquam decoctionis ordei, & soluatur natura cũ hijs quę determinauimus in curatione catarri, & leniatur pectus, & sedetur tussis donec decli net febris, & maturetur reuma & molliatur tussis & tunc intret balneũ & ad sui regimen paulatim redeat, & non decet committere negligentiam in curatione huius febris, quia possibile est transferri ex ea ad apostema cerebri quod dicitur birsen. Cura

¶INCIPIT SECTIO TERCIA VLTImi tractatus, quę habet capitula quinque, Quorum primum est de febre quę fit in membris solidis quę dicitur ethica.i. febris, alcac.i. ossium, debul [illegible]tisis quę nominat̃ passio sicca

Febris ethicę diuisio

HÆc febris diuiditur in duo, quia aut erit cũ calore & dicitur ethica.i. febris aldac.i. ossium, aut erit absq̧ calore febrili & dicitur altebul.i. dissolutio contingens in corporibus senium, & anteq̧ incipiamus determinare hanc febrem eiusq̧ partes & curas oportet primo enunciare passionem siccã quæ nominatur altebul.i. ptisis significat dissolutionem humiditatum corporis & exitus membrorum a multiplicatione & additione ad dissolutionem & diminutionem, quapropter nominata est passio sicca, Diuiditur autem hæc passio sicca in duas partes, quoniam alia est naturalis, & alia est accidentalis, Naturalis est siccitas aduentens in corporibus senium & decrepitorum, & dissolutio naturalis est ex virtutum naturalium defectu. Causæ autem facientes ptisim sũt tres, quarum vna est vehementia caloris & eius potentia ad exsiccandum substantiales humiditates sicut videtur hoc in vegetabilibus & plantis. Secunda est priuatio humiditatis nutrientis illa vt videtur hoc contingere arboribus & plantis æstiuo tempore & pluuiarum retentione. Tercia est corruptio humoris nutrientis illa, quando declinat a dulcore & salsedine ad saporem bauraccinum & aluminosum & cæteros sapores quos natura fugit, & abhorret nec ex illis nutriretur, & contingit ptisis corporibus cum dominatur ipsis accidentalis calor vt ptisis consequens post terminationem acutorum morborum, & illa quę sequitur ex diuturna membrorum tristicia & anxietate contingit, & ex corruptione sanguinis nutrientis corpora. Accidentalis aũt est duplex, quia alia est cum febre, alia vero sine febre. Et quę fit sine febre duabus contingit causis, qa aut ex calore, aut ex frigore, ex frigore cõtingit ptisis ex longa dissolutione accidente corporibus ex continuatione aliquarum cronicarum passionum donec infrigidatur. Ex calore vero contingit ex coadunatione humoris calidissimi ad cor ex quo resultant corrupti fumi facientes acquirere accidentalem calorem propter quod recedit grossitudo sanguinis & eius dulcedo & redditur abhorribilis & transgrediens terminum nutritionis & odit ipsum natura & nõ nutritur ex eo & sequitur ex hoc siccitas & dissolutio necessario, & appellatur hæc species ptisis accidentalis senectus & nominatur hoc nomine vt distinguat̃ a ptisi naturali. Determinato itaq̧ a nobis de ptisi communiter & ea in suas diuisã species, determinatis etiam causis eius naturalis & accidentalisquę fit sine febre relinquetur nobis determinare accidentalem ptisim cum febre quę quidem dicitur febris ossium.i. ethica

Causæ ethicę sunt tres

¶De ptisi accidente cum febre ethica. Capitulum secundum.

Febris ex ptisi distĩctio

ANte quidem q̃m incipiamus determinare ipsam oportet distinguere febrem quę generatur ex ptisi, Dicimus autem φ febris quę generatur ex eo diuiditur in duo, quia aut erit ipsamet ægritudo, & generat̃ cõmuniter cum eo qđ calefacit & exsiccat cum excessu, & si connectunt̃ quemadmodũ causę facientes effimeram ab extra venientibus & maxime animales causę/& vigilię & cogitationes cõtrarię suspiriũ & tristicia & profundatio continui studij super profundis scientijs, & possibile est etiam accidere ex causis corporalibus & excessu laboris & ambulatione & equitatione & similibus. Febris aũt quę est accidens concomitans ægritudinem fit ex quatuor causis, aut enim fit ex effimera ꝓlongata, aut ex febre putrida q̃n miscetur cum alia, & confundunt̃ & permisceant̃ paroxismi ipsarum & occultantũ terminationes ipsarũ, aut fiet ex alijs ægritudinibus antiquatis a tussi dolore pectoris vlceratione pulmonis, dolore diafragmatis, vlceratõe vesicæ, dolore epatis, renũ, & vniuersaliter ex omibus antiquis & diuturnis passionibus quorum natura est dissoluere virtutem calefacere corpus & eius detruncare humiditatem. Ptisis autem quę est dissolutio accidentalis cum febre diuiditur in tres species, sed anteq̧ determinemus eius partes & curationem oportet prenotare humiditates in quibus hæc febris generat̃, Et dicimus φ humiditates existẽtes in venis & arterijs quę similis est humiditati arborum & plantarũ existenti in meatibus substantiarꝫ & ramorũ ipsarum & humiditati existenti in meatu pedis spicę frumenti & meatibus radicũ & ramorũ vitis. Secunda est humiditas existens in locis vacuis membrorꝫ sicut sanguis perueniens ad mollitiem membrorꝫ in qua nõ operatur tercia digestio, nec potest eam condempsare, & est similis humiditati aquosę perueniens ad grana frumenti qđ nondum recepit maturatõem nec φ perfecta est eius condempsatio. Tercia est humiditas membrorꝫ cuius decoctio perfecta est & incepit condempsari, sed nondũ hoc est in ea ꝑfectũ, & volo ꝑ hoc carnem mollem recentis

Febris ægritudinẽ concomitans ex quatuor fit causis

Humiditates subiectiuę febris ethi.

condempsationis & proximũ assimilari membris quę quidem humiditas similis est humiditati frumenti quę cepit condempsari, sed nondũ pfecta est condempsatio in ea est tñ molle & humidum. Quarta est humiditas continens & conseruans ipsorꝫ materiã, & est humiditas cuius condempsatio pfecta & completa est membris similis, & redditur eidem cum eis similis, & similatur humiditati frumenti cuius dempsatio est completa & siccitati materiã ipsius conseruanti & ab eo ,phibentis corruptionem & vermium generatõem. Determinato igitur qm̃ humiditates carnosorꝫ corporꝫ sunt quatuor. Sciendum est ꝙ species febris ptisis sunt tres vt dicemus. Species febris ethicę sunt tres, quarꝫ vna est febris quę generatᷣ in humiditatibus proximis membris & ea cõseruantibus vt diximꝰ, qđ est qa hmõi sanguinis humiditati contingit læsio duobus modis, Vno modo qñ multiplicatᷣ in venis & naturã aggrauat odit ipsum natura & suũ regimen dereliquit, cuius regimine a natura neglecto nõ mundificatᷣ a suis supfluitatibus quę cum dũ remanebunt detentę in vasis suis ebulliet cũ calore corpis putrefiunt q̃ & generabunt febres putridas quarũ quelibet nota est ab humore sibi dominãte, vnde si calescit sanguis solus ex aliqua causarꝫ pdictarꝫ generantium febrem effimerã adherebit calor sanguini puro existenti in venis & arterijs & expanditur cũ calore naturali per totũ corpus, & resultat in membris calor extendens nõ permanens vt calor effimerę, & si permanserit calor sanguinis & vigoratus fuerit & excesserit modũ suũ ita ꝙ calefaciat substantiã venarꝫ, & adherebit calor humiditati sanguinis ad mollitiem membrorum puenienti, & recedet de eo grossitudo eius abhorrebunt ipsum membra, & nõ nutrientur ex plurima parte ipsius ,ppter sui horribilitatem & defectũ, & generatᷣ ex hoc ptisis & corporis dissolutio & fit ex hoc prima species huius egritudinis. Quapropter erit hęc species facilis curationis valde & sanationi proxima, & si pmanserit calor membrorꝫ & puenerit donec adhereat secundę humiditati quę ,ppe condempsationem est ita ꝙ eius grassitudinem & dulcorem consumpserit, addet in corpore siccitatem & dissolutionem, & fiet etiã secunda species huius febris, & ,ppter hoc fit hęc species impossibilis curationis nisi post laborem & sollicitudinẽ vltimam, sed si adhuc vltra calor adiciat continuationem & existentiã in corpore, & dominabitᷣ humiditati materiali quę similatᷣ membris & cõseruat ea donec exsiccabit ipsa subintrans humiditatem naturalem existentem in ipsis membris

Hũiditates carnosorũ corporũ sunt quatuor Species ethicę sũt tres

& extenuabũt, & fiat ex hoc tercia species huiꝰ febris, & ,ppter hoc facta est hmõi species impossibilis curationis & nunq̃ suscipiens curationem, al'. sanatõem, calor accidentalis consumit humiditatem materialem continens & conseruans membra agens in ipsum vt calor solis agit in ligna & lapides cum diu illis assistit. Causa vero febris ptisis quę ipsa est ægritudo est qñ cordis humiditas existens in suis concauitatibus & venis & calefit & a sua claritate naturali transmutatᷣ ad caliditatem & siccitatem propter causas animales iam dictas præterq̃ aduẽniat cordi defectus vel causa nisi caliditas solis generabitᷣ, Hæc prima species specierꝫ febris eticæ simplex q̃ ipsamet est egritudo, Et hęc species est etiam earum quę suscipit curationem, calor etenim non agit in calorem cordis nisi calorem & ebullitionem tantũ non pueniens ad secundam humiditatem, & si puenerit calor ad reliquas humiditates erit qđ diximus de reliquis ambabus speciebus. Signa indicãtia febrem eticã vniuersaliter diuiditᷣ in quatuor species, Primum signum est qm̃ calor huius fe. totum cõmunicat corpus & abundat in membris humiditatibus & spiritibus æqualiter ,ppria sicut in solidis membris & sanguine. Secundũ signum quia calor ipsorũ lentus est & non molestus, & eius acuitas leuis & modica est a mordicatione dolore & molestia libera ita ꝙ æstimant nõ pati febrem. Tercium est qm̃ corpora infirmorꝫ huius febris similantᷣ colori plumbeo & abundat in eis alteratio & liuor parũ ad citrinitatem declinans, Quartũ vero signum est qm̃ timpora ipsorum infirmorꝫ nuda & extensa sunt & oculi concaui in quibus est sicca lachrimatio & corpore sicci & extenuati & reliqua signa quæ dicemusꝰ post hæc, Signum vero febris ethicæ contingentis alijs ægritudinibus & maxime cõtingentis febris effimerę est quoniam accidit alicui febris effimera ex tristicia ex suspirio & similibus, & permanserit vsq̃ ad diem tercium, in eodem modo, non faciens mutationem ab eo quod fuerat in principio, neq̃ declinat ad augmentum & diminutionem, & color infirmi est alteratus ad obscuritatem & liuorem atq̃ citrinitatem, similem corpori mortuo absq̃ vigore, & videtur in corporis superficie durities cum macie & dissolutione, & sentitur sub tactu manus in corpore infirmi calor dissolutus & acutus, & cum non manifestatur iste calor in tactu pulsus aliquo temporum scias hoc esse signum primæ speciei specierum ethicæ. Signũ speciei secundę est quando cum predictis signis videtur calor augmentari apud ciborũ retentio

Causa ethicę

Sig. indicantia febrẽ ethicã sunt quatuor

Sig. primæ speciei

Sig. scdæ speciei

nem erit hoc cum illis terciū signū esse speciem secundam. Signū vero tercie speciei manifestū est qn̄ videt̄ vultus infirmi coloris plūbei & alteratur valde & eius oculi cōcaui cū sicca lacrimatione & timpora extensa & subtilia & subtilitas nasi & citrinitas auriū & citrinitas ipsarum & rugatio faciei & vniuersaliter totū corpus in hac existit dispositione denudatū a carne & pellis frontis & faciei est ad modum sicci corij ex extensa sup illis, & collū eius est gracile, & euulsio musculorum pectoris & extenuatio canne pulmonis, & cū detegit̄ venter eius videt̄ .q. vacuus ab interioribus, & cū tangitur manibus sentit̄ .q tabula extensa similis corio arido, & qn̄ accipit cutis ventris & extrahit̄ & extendit̄ pmanebit directa cū nō habeat humiditatem que ipsum remolliat, & si inspiciunt̄ ossa pectoris cū tactu vel visu inueniunt̄ singula in eorum termino, & vniuersaliter inueniunt̄ in corpore infirmi nisi pellis & ossa, & redditur vox subtilis & debilis & virtus pstrata, & pulsus est subtilis & debilis, & cū hoc tamen sunt corde ipsorū apparentes & vene euulse & vrina est cū pinguedine & similitudo humorum, & qn̄ effundit̄ vrina audit̄ sonus eius ad modū soni olei qn̄ effundit̄ & penitus recessit vigor caloris, & possibile est apparere ossa plantarum & manuū putrefiunt vngues, Et aliqui sunt quorum cadunt pili capitis & natura soluitur quibus mors valde est proxima, & qn̄ puenit corpus ad hunc terminū dissolutionis & extenuatōis nō est via in sui curatione, Et qn̄tumcūq3 residebit in eis aliqd residuū carnis & sanguinis & vigoris coloris & aliquid de virtute, nec cum erunt huiusmodi accidentia perfecta & vigorosa erit spes curationis in eis.

Si. tertie speciei

¶ De curatione ethice. Cap. III.

Iam dictū est a nobis q̄ tres sunt eius species, & illarum prima est que suscipit curatōem cū bona sollicitudine, Haec tn̄ febris qn̄q3 componit̄ cū aliqua fe. putridarum, & quandoq3 existit simplex, sed incipiendū est a curatione simplicis, postea dicemus curationem composite. Curatio simplicis etiā consistit duobus modis, quia aut erit corpus abundans cole. rub. paratū ad receptionem putredinis. Curatio vtriusq3 est cū vene fuerint plene co. ru. q̄ pbeatur ingeniatio imprimis remouere causas facientes ipsam & delere singulas suis contrarijs vt laborem per quietem, tristiciam per leticiam, vigilias per somnū & similia, deinde vero acceleretur purgatio corporis ab humoribus paratis ad recipiendū putredinem cū medicinis s. que stant loco ciborum & que euacuant absq3 calefactione & exsiccatione vt est succus lebleb cū moraba ros. & moraba violarum & cū succo lebleb in quo in fundatur aliqd ex mirabol. & in quo dissoluatur & coleaur medulla cassiefistu. & manne & viole/aut bibat iulep cū infusione mirabol. & similia quorum pprie est educere talem humorem, & qn̄ laxaueris & mundificaueris corpus tunc accedas ad eius regimen & curationem. Curatio aūt ethice in octo consistit rebus, quarum prima est regimen & aeris & loci. Secunda consistit in aromatibus. Tercia in linitionibus & epithimatibus. Quarta in aqua frigida & alijs rebus frigidis. Quinta est regimen in vino. Sexta in lacte Septima in balneo. Octaua in cōmuni curatōe in cibis & medicinis & reliquo regimine. Regimen febricitantiū ethica in aere & loco est q̄ cōsideretur de tempore qn̄ si fuerit frigidū & nō vltime frigiditatis nō egebit reparatione. Si vero fuerit in excessu frigiditatis tūc oportet moderate operiri infirmum cum pannis, & si fuerit tempus aestiuum oportet ingeniari erga emendatōem aeris & in frigiditate & humiditate, & est q̄ disponat̄ locus infirmi in mansione cuius porta sit septentrionalis & ampla in qua sternātur aromata frigida vt ro. viol. & nenufar alsehebrā rami mirte & vitis virga pastoris & spuiua & alsamar & sipia torent̄ cotidie aq̄ frigida & suspendant̄ apud portas domus & eius parietes manthilia & lintheamina madefacta in aq̄ dulci frigida & qn̄cunq3 exsiccant̄ aspergatur aqua & exponant̄ ante ipsum vasa noua plena aqua frigida, in declinatione aūt diei ascendat infirmus ad viridaria vel ad supremas mansiones multi aeris & qua porte aperte sint a parte septentrionis & quibus etiam prosternent̄ aromata pdicta. Regimen vero ipsorū in aromatibus est qn̄ oportet ea esse munda & odorifera ex aromatibus frigidis & confortantibus sicut sunt ro. alchelef. i. genus salicis mirta viole nenufar alsehebran, ex speciebus aūt vt sūt sandali & ros. & euitēt camphorā ppter sui siccitatem nisi forte fuerit in capite de hūiditate naturali aliqd tunc enim est vtile ad exsiccationem. Si vero fuerit in eo modicum humiditatis naturalis & habuerit reuma vel accidentaliter humiditatem caueant ab ea penitus & exponat̄ ante ipsos vas figuli nouum plenum argilla rubea vt algebar puri odoris, & madefiat frequenter aqua frigida & renouetur argilla cum odorem aspirauerit.

Cura simplicis

Cura vtriusq3 spēi

Ethice cura in octo consistit rebus

Regimen in aromatibus

¶ Regimen autem ipsorum in linitionibus est quod consideretur corpus si liberum est ab humiditatibus tunc liniatur cum succo lactuce & portulace/& possibile est misceri cum illis oleū oliuarum lotum, aut oleum rosa. aut oleum camomil. iuxta oportunitatem vniuscuiusq3 complexionis ipsorum, Si superuenit ei calor for

Regimē in linitionibus

tis & corpus videtur dissolutum humiditatibus & timetur de aduentu sui corporis vngantur la certi & reliqua membra & maxime venter cum vnctione de sandalis & camphora & modico croco tritis & distemperatis cum aqua ros. vel cum succo mirtę vel cum succo porrorum, & aspergatur facies aqua rosa. multa & ventiletur ante ipsos cũ ventalabris, & omnino adhibeatur omne studium quod nullo modo aliquid resoluatur ex corpore. Et nos quidem iam scripsimus in suo loco linitiones & emplastra quę conueniunt ventri & quę liniunt eos. Regimen vero ipsorum in aqua frigida & cæteris rebus frigidis est quoniam si fuerit febris etica ipsamet ægritudo & non pręcessit eam aliqua febrium simplicium & corpus fuerit exemptũ ab apostematibus & humoribus paratis ad receptionem putredinis, pręcipiatur infirmo tũc potare aquam frigidam post cibũ, nec vetetur eis si necessitas cogat ad hoc, & maxime si fuerit virtus fortis, & signa digestionis apparent in vrina & tunc cibari debent cibis frigidis & humidis sicut ptisana ordei & pane in aqua infusi cucurbitis & silibus. Si fuerit hæc febris contingens ægritudini vel cum aliq̃ passionũ antiquarũ pmixta sicut cũ febre putrida vel aliq̃ veterũ apatum & contingit esse in venis aliqd ex humoribus, tunc oportet oĩo eos abstinere ab aqua frigida scd'm posse & virtutem qm̃ tũc est pessima & mortifera, & maxime qñ non apparent signa digõnis in vrina, & fuerit virtus infirmi fortis, & apã qđ exstiterit in ipsis fuerit lenti caloris & inflãmatõis modicæ, Et silr oportet eos cauere ab vniuersis emplastris & lenientibus & succis frigidis, & apponaẽ studiũ ad augendã sitim ab eis cũ regimento aere frigido & sub tali & aqua pauce frigidis & cibis & potibus & fumigijs, nisi fuerit apã qđ fuerit in ipsis calidũ & inflãmatiuũ, tunc eñ concedaẽ ei potus aquę frigidę. ¶ Regimen vero in vino est quoniam quando fuerit ægritudo ex malicia complexionis frigidę & ethica quando defecerit animalis spiritus & vitalis, & cepit deficere & extingui calor naturalis, tunc oportet eis concedere potum vini albi grossi pontici puri odoris vna vice temperatum cum aqua & alia potũ & nõ sumat ipsum vacuo stomacho ante cibum, neq; simul & semel, sed paulatim: & vltimo modo caueat ab ipso cum fuerit ex calore humiditatem corporis ægri dissoluente & ipsum exsiccante. ¶ Regimen ipsum in lacte inter genera lactis laudabilius est ptisis lac mulierum, & post ipsum lac asininum, sed quia plures hominũ abhorrent hæc duo genera lactis oportet misceri cum eis lac caprinum, & oportet

Regimen in aqua frigida

Regimen in vino

Regimẽ ethicę in lacte

q; non sumat ex lacte nisi post regimen animalium de quibus debet ipsum accipi, & est quod eligatur ex capris & asinabus albę & iuuenculę & quarum partus non sit proximus, & sit lac temperatę substantię & æqualium partium non fluxibile & nutriantur hę in domo cũ fœno albo nouo & folijs quercuum mirta arnoglossa semperuiua & lactucis & similibus nutriantur frondibus arborum tantũ prohibebiẽ corruptio lactis in stomacho. ¶ Nocumentum autem quod solet ex potu lactis superuenire est quia coagulatur in stomacho quapropter admiscendum est ei parum zuccari si accidit ex potu eius solutio ventris, & quando hoc videris siste a potu eius quousq; recedat solutio, & postea redeat ad sui potum, Et si superueniat ei rasura in intestino aut lubricatio tunc ferueat lac cum lapidibus ignitis ad ignem aut cum bono ferro puro vt in suo loco dictum est, & quando fuerit virtus retentiua stomachi & intestinorum sana & fortis non nocet comedere cancros fluuiales cũ ordeo cocto, & si habuerit febrem abstineat a potu lactis, aut sumat illud cum succo granatorum vel cum sirupo ros. ¶ Regimen in balneo est quoniam si fuerit febris ethica simplex & est cum ea mixtum aliquod ex febribus putridis & corpus existit liberum ab humoribus & apostematibus, confert eis tunc balneũ valde quando regitur in eo vt decet, quod est quia oportet esse balneũ in eius mansione aut prope ipsam, aut quod deferatur cum lecto, & sit balneum aquę dulcis & amplum valde, multi luminis, alti ædificij, temperati aeris & boni caloris vt æger in eo delectetur, & cum ingreditur ipsum stet super stramineis lineis lenibus & cum steterit in ipso statim intret pilum aquę calidę & non trahat in ipso moram ne corpus debilitetur, & cum exiuerit de balneo liniatur corpus eius cum oleo viol. festinanter, & postmodum simul & semel submergatur in aquam frigidam, vel abluatur in ea cum festinantia, & caueat ne sudet in eo & debilitetur corpus, & si sitierit non nocebit sedare sitim eius cum potu alicuius siruporum frigidorum temperatorum cum aqua, deinde nutriatur cum bono cibo vt diximus. Curatio febris ethicę in vniuersali diximus iam non studeri circa curationem huius febris nisi circa illam de qua speras curatõem & videris febrem lentam & continuã & quę de pximo incipit in ægris aliquid dissolutionis & exsiccationis, tunc oportet regere eum cũ ptisana ordei, & post eius descensum a stomacho cibetur pisciculis fluuialibus apud mõtanis locis euntibus & sint assati & cũ oleribus frigidis & cucur. & oleo iame. lactu. & silibus, & euitent

Regimen in balneo

Cura ethicę febris in vñi

balneū aque dulcis vt diximus temperati aeris
& cuius calor aque sit proximus calori lactis
statim mulsi, & deferant ad ipsum cū lecto, &
stent in loco balnei qui non offendat a calore,
& superetfundatur ei aqua tepida frequenter,
& stent in ipso parua hora, & postea vngatur
oleo violarum & celeriter etfundatur super eos
aqua frigida, cum exierit a balneo ventiletur eis
vt non sudent corpora sua deinde morentur in
mansionibus in quibus prosternentur aroma=
ta vt diximus, Et si patiuntur sitim & augmen=
tatus fuerit calor ipsorum bibant oleum viol.
aut oleum seminum cucurb. per se vel mixtum
cum iulep & modico aque frigide/& iaceant
in tempe dormitionis in cubilibus paratis stra=
minibus lineis & bombicinis, & ingenietur dor
mire toto posse, & caueat sibi a doloribus aīali
bus vigilijs cogitatōibus & motibus corpis &
coitu & statōe in locis calidis & siccis, Et si fu=
erit febris fortis caloris bibant de aliqbus troci
scorū quos scripturi sumus, trocisc ūvnū q̄libet
die, & postmodū bibant ptisanam ordei apud
solis ortum, & bibant sirupum iulep in vniuer
so potu ipsorum cum muscilagine psilij in ho=
ra sincopis, & humectetur sibi pectus cum em=
plastris frigidis, & diuidatur ei cibus in mul=
tis vicibus, & maxime si fuerit æstas addendo
eis quolibet die paulatim, & caueant perficere
cibum suum simul & semel, & quando sitiunt
bibant ex aqua frigida paulatim, & abstineant
ab ea si fuerit in ipsis apostema aut humores in
venis, & nunquam ferant famem & sitim &
euitent omnia que calefaciunt & exsiccant, Et si
ægritudo fuerit in medio sui status & manife=
statur in ipsis diminutio sed nondum peruenit
ad illum terminum qui non curatur, decet tunc
adhiberi studium circa hoc idem regimen cum
bona diligentia & cautela forti, & ingrediatur
balneum aque ter in die vt diximus, & oportet
eos esse in balneo in loco. s. vbi nō offendit eos
calor & non inferat eis molestiam neq̧ fedatio
nem, & q̄ non perterreantur in hora effusionis
aque calide super eos, & sit ingressus eorum
in balneum post laxationem & sumptionem pti
sane ordeacee. q. per duas horas q̄n iam alleui=
atus fuerit venter a ptisana, & nihil eius saporis
in intestinis remanserit & non fatigetur in ipso
& non morentur in ipso nisi quantum eorum
corpora aliquantulum rubeant, & ingrediant
pilum aque calide/postea submergantur in a=
quam frigidam aliquantulū q̄ non offendan=
tur & vngantur corpora sua cum oleo viol. &
post exitum eorum a balneo ventiletur eis cum
ventoralijs, & stent in mansionibus in quibus
sternantur herbe & res aromatice & cibentur
cibis supradictis, & oportet nō reparari in suis
mansionibus ignem neq̧ fumum & aspirent
aerem frigidum q̄m valde bonum & laudabile
in curatione ipsorū est, & vngantur pectora cū
vnctionibus frigidis quas prediximus, & tegat
corpus suum leui tegmento & precipue caput
vt non superueniat reuma, & fricentur extre=
ma sua leui fricatione, & odoret oleum de cu=
curb. & producant somnum, Et si fuerint dies
longi intrent balneum aque ante noctem & con
feret eis, Et si fuerint in vltima siccitate & macie
constituti emulgeatur super corpus suū lac ca=
prarum & liniatur ex eo, & introducatur etiā
in balneū aque temperate & in exitu ab eo vn=
gatur oleo viol. aut oleo cucur. & si non fuerit
in eo fortis calor & acumen sit potus eorum vi
num album subtile temperatum cum aqua fri=
gida ita vt minime sentiatur sapor vini, & si acu
men fuerit in eis apparens bibat iulep zuccari
cum aqua rosa. & illud quod maxime oportet
eos precauere est quod liniatur natura ipsorum
neq̧ venter laxetur, & cum superuenerit aliquid
ex hoc adhibeatur sollicitudo ipsum celeriter de
cidere cum hijs que diximus in curatione ven=
tris solutionis & que hic etiam dicturi sumus,
& confert ex hoc succus lactis vaccini quod di
citur almachu de quo extractum sit butyrum,
& sit in eo acetositas cum pane cocto qui dici=
tur alcaf & albasmac, Eorum vero quorum
vrina oleagena aut fuerint in ipsa resolutiones
ad modum filorum & laminarum vel furfurū
oportet regi vltimo regimine, Illis vero quorū
corpus existit siccum & macilentū valde & non
est in eis fortis calor confert lac statim mulsum
sicut dicturi sumus post hoc in regimine conua
lescentium ab ægritudine, & oportet omni die
considerare calorem infirmi cum tactu eiusq̧
anhelitum pulsum vrinam & eius sitis quanti=
tatem, & si eum inuenerit multum augmentari
super eo quod primo fuit ante potum lactis de
sinat a sui potu, & bibat ex lacte acetoso aut ex
aqua ordei, & accipiat ex trociscis frigidis, & la
xetur natura si fuerit constipata cum aqua deco
ctionis prunorum & manna donec recedant ac
cidentia, deinde redeant ad potum lactis, Hæc
quidem est regula vniuersalis & magna in eo
quod oportet fieri in regimine febris ethice. In
curatione siquidem eorum qui peruenerunt
ad exitum ossium plantarū manuum & pedū
casum virtutis & pulsus, & videtur in eis de die
in diem deficere paulatim cum bono regimine,
& videntur omnia ossa eorum emersa & graci=
lia & appetitus cibi decisus non oportet labora

re, veruntamen regi debent cum aqua carnium & medicinis bonis aromaticis & similibus.

Cura tpe quietis febris in ethica

Curatio autem ethicæ in tempore quietis febris & determinatione ægritudinis est, quoniam oportet eos regi regimine conualescentiũ ab ægritudine, & est qd' bibat quolibet mane lac caprinũ statim mulsum qd' coquatur cum aqua cal. donec consumetur aqua & remaneat lac & bibat ipsum tepidum in modũ tepiditatis lactis statim mulsi & sumat de eo parum imprimis, & de die in diem addatur ad eius quantitatem quousq; deueniatur adquantitatem mediocrem quã stomachus possit digerere, & nõ offendatur & exspectetur super ipsum donec bene digeratur, & cum fuerit hora cibationis cibentur carnibus gallinarum iuuenum vel pullorum iuuenum, aut perdicum & aliarum auium similium & comedat eas paratas per ferculum qd' dicitur zibag, & bibat post illud vinũ album stipticũ temperatũ cum rectitudine, & qui non sustinebit per potũ lactis per se coquat ea cum ordeo, vel cum simila, aut cum rizo, aut cum tria, si fuerit corpus mundum ab humoribus & oppilationibus, postea vero intrent balneum & sint ibi donec rubeant corpora sua & tumida fiunt deinde exeant, & sit eorũ ingressus in balneum in diuersis horis, & est q prima die intrent in ipsum in mane ante potũ lactis & ptisanę ordei, sequenti vero die intrent in sero, Et si videtur virtus infirmi fortis & volueris addere ad sui corporis humiditatem mulgeatˀ super ipsum lac anteq̃ ingrediatur balneum, & sit aqua balnei dul. in qua fundantur viol. alteæ lactucę & folia psilij, Et si videbitur debilitari virtus infirmi desinat a mulsione lactis super ipsum, sed permisceatur lac cum aqua balnei & non trahat moram in ipso, & cum exierit a balneo vngatur corpus cum ceroto facto ex oleo viol. Et si indigerit infirmus copioso cibo & corpus eius mundum est ab humoribus parastis ad receptionem putredinis, bibat post eius exitum a balneo lac asinę tepidũ sicut exit ex vberibus, Lac enim asininum est de rebus melioribus huic egritudini: & cũ fuerit digestũ lac vltima digestione ingrediatur secundario in balneum iuxta modum prædictum, & ponat distantiam inter hæc sicut. iiij. vel. v. horas, Et si videtur infirmum recipere delectationem in potu lactis & coquitur in suo corpore bibat ex eo post secundum balneum, & si non delectatur in ipso bibat loco sui ptisanam ordei, & si videbitˀ intromittere ipsum in vespis tercio cibetˀ in sero pane mundo cum carnibus perdicum aut fasea norum aut pullorum & testiculis gallorũ magnorum in casalibus crescentibus, & caueat ab hijs qui in domibus nutriuntur, & euitet aues a calore longinquo pigras carnibus, Et vniuersaliter dico qm oportet eius cibos esse leues facilis digõnis bonarũ carniũ & acuti nutrimenti, & non vtatur de cibo nisi quantum virtus sustinet ad digerendum, & suę conuenit complexioni, & oportet adhiberi intentio & prouisio erga quantitatem eius qd' sumpserint ex cibo patientes hãc ęgritudinem scd'm tres modos, Vnus modus est quod non repleatur cibis aggrauantibus stomachũ. Secundus quod alleuietur stomachus quod accidit in ipso grauitas festinanter. Tercius est quod caueat vltima cautela qd' non superueneritin eis in stomacho extensio & inflatio, quoniam si superueneritt eis hoc oportet eos transferre tunc de illo cibo ad alium, Et sit studium ipsorum & intentio diminuere de quantitate cibi scd'm illud quod accidit in stomacho, & in multitudine, vel in paucitate & scd'm fortitudinem & debilitatem, Et si videbitur negotium recte procedere & patuerit ei qd' accidens recesserit & emendata fuerit conditio infirmi addatur ad eius cibum paulatim de die in diem donec peruenerit ad vnum modum in quem non sit addendum, & caueat toto posse quod non accidat eis accidens propter quod sit eis necesse redire ad cibi diminutionem, & si necessaria fuerit diminutio fiat paulatim sicut fit additio, & isto modo regatur & tale sit istorũ regimen in labore motu ambulatione equitatione & in balneo fricatione & toto alio regimine, Et si fuerit corpus indigens cibo copioso & augmenti mutatione bibat lac vaccinum post extractionem butyri ab eo. & addatur ad quantitatem potus ipsius quolibet die paulatim ita q in prima die sumat ex eo. ʒ. i. & addat omni die ad illud parum donec peruenerit ad. ʒ. iij. & non est inconueniens sumere de trociscis scriptis in suo loco, & quando fuerit proxima sanitati desinat a potu lactis & ptisanę ordei & transferant cibos suos ad carnes auium, & post has carnes hedinas. Et oportet esse cibationem ipsorum in die modica & paulatim ter in die quousq; vigoretur stomachus super digestionem bene, & tunc comedat bis in die, & addatur ad quantitatem lactis, & oportet eos nõ accedere ad vinum in cibatione serotina quousq; digestus sit cibus, & si sitierint sumantˀ ex eo quantum sedet sitim, & cum fuerit perfecta digestio cibi perficiãt de eo statutũ potum, & cũ voluerit cibari in die ambulent parum. & postea fricetur corpus temperata fricatione cum oleo oliuarum ad confortationem digestionis per hoc & excitationem vitalis virtutis & calefiat corpus temperate, & maxime eorum quorum

frigiditas dominatur stomachi complexioni sicut corporū senium, & vtatur fricatione scd'm corporū virtutem atq; debilitatem caliditatem & frigiditatem, Et si voluerit impinguare corpora sua post hæc regantur cum hijs quę diximus in tractatu de coitu de impinguatōe macilenti & alijs locis cum medicinis & cibis. Et scito q; in omnibus quę continent̄ in prędicto regimine cōmunicant quinq; corporum genera, Quorum vnū est corpus quę extenuant & diminuunt carnem ipsorū sine ęgritudine. Secundum est corpora quibus dominant̄ complexio sicca, & vniuersaliter aūt in aliquibus membris vt stomachi. Terciū est corpora conualescentium ab ægritudine. Quartū est corpora seniū Quintū est corpora ethicorū. Et inter hæc corpora duę sunt differentię. Qd' quoniā corporibus macilentis accidit carnis & pinguedinis diminutio ex labore & exercitio absq; complexionis mutatione, & ppter hoc oportet restituere quod ex suis corporibus mutilatū est cum cibis grossis & viscosis & copioso cibo absq; caliditate sicut cibis qui dicuntur albarays & granū coctum & tria similibus. Corpora vero quibus dominatur siccitas & duritia sunt corpora conualescentiū & corpora seniū & corpora ethicorum, Attamen inter corpora ethicorū & aliorū duę sunt differentię ex causa caloris ignei in corporibus ethicorū dominantis & manifesti cum pprietate, sed non est ita in corporibus senium & conualescentiū ab ægritudine, nec in his quorum complexioni stomachi vel corporis dominatur. Veruntamen dico q; calor naturalis in hijs tribus corporibus diuersificatur scd'm sanguinis diminutionem & augmenti in ipsis quoniam sanguis diminuitur in eis & diminuit̄ ex substantia naturali scd'm ipsius diminutionem, & sicut augmentatur sanguis augmentatur & substantia scd'm augmentū illius, quapropter melius & electius in eorū regimine est adhibere studiū circa caloris naturalis vnificationem cū rebus quibus insit modica caliditas suauis & naturę conueniens ad modū caloris naturalis temperatis, sicut est vinum subtile mediocre in suo tempore & exercitiū temperatū & calor similis corporibus patientibus variolas vel similis aeri temperato & balneo temperato & similibus, determinata ergo a nobis prima specie ptisis cū calore decet nobis determinare secūdam speciem ipsius quę est ptisis absq; calore.

¶ De curatōe ptisis absq; calore. Ca. IIII

Ptisis causæ sunt plures

CAusæ ptisis sunt plures, dissolutiones corporis humiditates, diuiditur aūt in duas partes, quia possibile est dominari complexioni corporis caliditatem absq; febre & calore, quando vero fit ex dominatione frigiditatis complexionis oportet studeri calefacere rebus temperati caloris est paulatim vt nō alteretur cōplexio simul, & pereat infirmus plurimum debet eis administrari in vsu ipsorū haberi est sirupus ex folijs citri, & sirupus de zinzibere & feracub & sirupus almazbul qui dicitur feral alnegah, Et sint dietę ipsorum cibaria quę dicuntur alaspidagat & carnes omnes auiculę/& bibāt vinum valde vetus, & intrent balneum aquę in qua cocta sint maiorana sisimbrium mentastrū & folia citri, & fumigetur cū fumigio ligni aloe almatra & odorent frequenter algoali, & bibant de tyriaca alfaroc & de electuario musci, & abstineant a coitu, Et quando additur ad virtutem ipsorū ingrediatur balneū non trahentes moram in ipso, & comedant anteq; intrent in ipso panem in vino infusum, & cū exierint ab eo cibentur carnibus agninis coctis in aromatizatis cum spica darsen & zinzibere, & assiduent somnū post cibationem, & q; magis eis confert est clistere impinguantiū corporis, & impinguandū est ipsum cum his quæ diximus in tractatu coitus ex cibis & clisterijs, Et nos quidem iam diximus in p̄cedentibus de regimine seniū quod sufficit in hac materia, Et si acciderit eis aliquid febris & tussis & exspuerit cum tussi aliquid album grossum atq; viscosum, accipiat ex aqua decoctionis ysopi dicta in curatione pectoris, & est vt dissoluatur in tercia lib. aquę de moraba rosˀ. & colata, accipiant ptisanam factam ex frumenti excorticati partibus tribus & farina fenugr. parte vna amidi ℈s .ʃ. penidij & mell'. ℥. i. olei rosˀ. ℥. ʃ. coquant̄ totum & colentur & sumant̄ & accipiant ex hoc alohoc. Modus allohoc fenugr̄. & bombicis. Lohoc
℞. fenug. ℥. i. medullę seminis bombacis. ℥. ʃ. succi liquir̄. ℥. ij. teratur totū & coquat̄ cū oleo amigd. dul. & cōficiant̄ cū melle despumato, & accipiat ex eo. Modus alterius lohoc qd' sumendū est cū lacte asinino, & cōfert tussi. ℞. ex succo caulium lib. iij. & ex melle lib. ij. & coquant̄ lento igne donec consumantur succus & remaneat mel, & recipiatur ex fisticis mundatis & tritis quantum sufficit & misceatur cum melle, & accipiat ex hoc omni die cum lacte asinino vel vino cocto cum aqua & pondere. ʒ. ij. casam, & si secur⁹ fuerit a caliditate & siccitate bibat infirmus ex lohoc squillę cū lacte asinino, & maxime si videtur sputum eius grossum & viscosum & calor debilis, & vniuersaliter oportet vti in hac specie ptisis calidis rebus, & hoc fiat post q; sibi constauerit de complexione infirmi ætate regione & tempore anni memoratio modorꝫ medicinarꝫ ptisis cum febre, diximus enim cu-

Lohoc aliud

rationem ptisis absq; febre in complexione frigida. Curatio aut̄ ptisis ex febre cū dn̄io caloris cōplexionis corpis melior & laudabilior apud sui principiū anteq̄ pueniat ad humiditatis dissolutōem q̄ membra humectat est infusio ahahal. Modus infusionis alahal cōferentis ptisicis accipiat̄ ex semine alahal.ʒ.iij.& terat̄ & cribelletur & infundat̄ in tercia lib.aq̄ ca.per noctem vnā, in mane vero exprimat̄ & colet̄ & apponetur in eo zuccari.ʒ.iij.olei amigdal.dul.ʒ.ij.& collocet̄ vas cū aqua p̄dicta in aqua cal.donec calefiat & bibat̄ ex hoc, faciat tribus diebus continue: vel accipiat de semine alahal trito & distpato cū oleo amigd.dul.& misceat̄ cū eo zuccari.ʒ.ij.& comedat totū, & bibat post illud aquā calidā, & hoc faciat tribus diebus cōtinuis & post hoc accipiat de his troc. Modus trocisc. quos cōposuit Ysaac filius Salomonis israelita conferentiū ptisicis & dolori pectoris & pulsationi cordis. ℞.gumi ara.boli ar.boli romani berberis an̄.ʒ.iiij.folior̄ ros.spodij semis portulacę an̄.ʒ.ij.&.ς. cancrorum fluuialiū exsiccatorū & tritorū.ʒ.vij.badarangaya.i.mellissa plantaginis linguę bouis an̄.ʒ.ij.coriandri infusi in aqua agrestę p diem & noctem & exsiccati & torrefacti.ʒ.ij.&.ς.gumi dragaganti amidi medullę seminis citruli mell.cucu.& cucur.an̄.ʒ.ij.minus quartā partem.ʒ.seminis acetosę.ʒ.ij.granor̄ mirtę.ʒ.iij.minus quartā partem.ʒ seminis citonior̄ excorticati.ʒ.ij.succi liquir.ʒ.iij.terat̄ quodlibet per se & congregent̄ totū & misceat̄ cū eo de semine psilij loti & sano nō trito.ʒ.ix.& conficiat̄ totū cū succo pomor̄ acetosorū & dulciū simul, vel cū succo granator̄ acetosor̄ & dulciū simul q̄ dicunt̄ almaz, & fiant ex eis troc.& exsiccent̄ ad vmbrā, & sit potus earū.ʒ.ij.cū succo granator̄ vel cū sirupo ro. Modus troc.conferentiū laxationi accidenti in stomaco lubricitate & intestinor̄. ℞.ros.spodij an̄.ʒ.iiij.berberis.ʒ.vi.coriandri sicci infusi in succo agrestę per diem & noctem exsiccati & torrefacti.ʒ.iij.seminis acetosę.ʒ.vi.granorum mirrę.ʒ.iij.boli ar.ʒ.v.gumi ara.assati.ʒ.iij.taratit.i.ypoquistid.ʒ.iij.sanic alnabo & sanic almabel & sanic alguares an̄.ʒ.ij.&.ς. Et si nō inueniunt̄ ista sanic ponat̄ loco ipsor̄ charubę glandes & castaneę de quocūq; ipsorū inuenerit terat̄ totū & distemperet̄ cū succo citoniorū vel cū succo pomor̄ muzorū, & fiant ex eis troc.& exsiccent̄, & sit dosis eorū.ʒ.iij.cum sirupo citonior̄ vel cū sirupo pomor̄ aut sirupo de mirta, sed nō accedat ad sumptionem horum trocis.quicūq; habuerit tussim aut rasurā intestinorū. Puluis conferens solutioni continu=

Cura ptisis cum febre

Infusio alahal

Trocisci ysaac

Trocisci alij

Puluis

genti ex rasura intestinor̄ & maxime si fuerit cum ea tussis. ℞.gumi arab.torrefacti boli ar.boli rom.an̄.ʒ.v.amidi torrefacti seminis maluarum & seminis alteę assator̄ an̄.ʒ.iij.seminis sehiberam torrefacti.ʒ.ij.&.ς.granor̄ mirti ʒ.iij.psilij torrefacti.ʒ.vi.accipiat̄ de omnibus his excepto psilio postq̄ trita fuerit & mixta cū oleo ros.bono & accipiat̄ & bibatur post illud sirupum de mirta dulcem aut aquam frigidam & ponat̄ in aqua q̄ vsus fuerit potu gumi ara. spodiū bolum arm.& sit cibus eius mica panis assata donec exsiccetur & lota cum aqua multotiens & apposita in ipso modico gumi trito & amigdal.torrefactis cum sua cortice & tritis & zuccaro tabarzed assato cibetur, vel accipiant̄ micę panis torrefactę & coquantur cum modico gumi arab.torrefa.& amigd.torrefa.cū sua cortice interiori, & vniuersaliter regatur regimine curationis ventris solutionis. Et si fuerit in eis tussis absq; solutione bibat ex hoc allohoc. Modus allohoc conferentis ptisicis cum tussi & maxime cum fuerit tussis ex fluxu reumatis fluentis ad pectus, & generant̄ in eo humores grossi & viscosi quos oportet abstergere & mundificare. ℞.sebesten numero.c.iuiubar̄.xxx.passularum sine nucleis.ʒ.xx.capilli veneris seminis alteę & seminis maluę an̄.ʒ.iij.cancror̄ fluuialium.ʒ.xx.plantaginis.ʒ.v.liquir.℥.i.coquant̄ omnia in octo lib.aquę donec redeant ad duas lib.deinde coletur & apponatur in colatura ex rob vuarum dul.& bono tercia pars lib.zucci tabarzed duę partes lib.& coquatur totū donec redeat grossum & viscosum & deponat̄ ab igne, deinde accipiatur gumi arab.gumi dragaganti seminis citonior̄ excoriati.ʒ.viij.seminis portul.ʒ.vi.seastig.ʒ.iij.seminis papaueris albi.ʒ.v.teratur totum & misceatur cum aqua prædictę decoctionis & lambeat ex eo sępe, sed euitet illud apud stomachi repletionem, iuuat enim & valet tussi. Modus emplastri conferentis tussi & lenientis pectoris. ℞.muscilaginis seminis alteę & seminis maluę an̄.ʒ.v.farinę foliorum eius an̄.ʒ.ij.dragaganti albi.ʒ.i.teratur dragagantū & infundatur in aqua dulci quantitate qua cooperiat̄ ab ea per diem & noctem, & stet in mortario quousq; fuerit dissolutū, deinde apponatur in eo muscilaginis & reliqueres & conquassetur & teratur bene donec totū bene misceatur, deinde liqueat ad ignem cæræ albę.℥.i.cum.xxv.ʒ.olei viol.& effundatur totū super mortariū & permisceatur totum bene donec redeat ad modum vngenti & extendatur de eo super peciam panni linei & emplastret̄ cum eo pectus & latera, est enim subtilis iuuamenti.

Lohoc

Emplast.

Sirupus

Modus sirupi conferentis tussi & sputo sanguinis. ℞. succi plantaginis succi buglossę succi costarum portulacarum añ. ℥. ij. succi cimarum tenerum ros. ℥. i. succi fructus mirti albi. ℥. i. extrahantur predicti succi absq͂ permixtione nisi quantum sufficiat ad terendum & exprimendum solum & colati coquantur & despumentur & accipiatur spodij. ʒ. i. boli armeni. ʒ. i. terantur & conficientur cum oleo ros. & dissoluatur cū succis prędictis & bibat totum & dissoluatur & superponatur pectori hoc emplastrū.

Emplast.

Modus emplastri conferentis exitui sanguinis cum tussi & sedantis calorem febris, accipiatur cucur. & incidatur cum eius interiori & pistetur donec sit ad modum vngenti & apponatur in eo de camphora. ʒ. ϛ. sandali albi & rubei añ. ʒ. ij. ros. mundatarum a capitibus suis. ʒ. ij. & ϛ. teratur totum in puluerem, & accipiatur cærę albæ. ʒ. xxx. & olei ros. ʒ. l. dissoluatur ad ignem, & effundatur super species in mortario & permisceantur bene & extendantur de eo super pecia panni linei & emplastretur cum eo pectus.

¶ De febre ethica composita. Capitulum. V.

DE febre ethica composita cum alijs febribus putridis & signis eius & speciebus febrium putredinis & accidentibus eius coniunctis & de permanentia febris eticæ post consumationem vniuiusq͂ temporum febrium putredinis.

Cura febris ethicę cōpositæ

Curatio huius est ingeniari studium circa conseruationem humiditatum materialium & ipsarum permanentium & permanentiā substantię humiditatis in lacertis post appositionem studij circa causarum remotionem facientium febrem ethicam & obuiare illis cum contrarijs ipsarum, & obuiare labori per quietem, & tristicie per lęticiam, & suspirio per cantum & vigilijs per somnum & alia quę diximus, postea vero attendatur ad id quod excitat calorem naturalem & ad confortandum ipsum & extinguendum acumen extranei caloris & ipsum auferre & disponatur plurimum sui regiminis cum cibis & potibus bonorum chimorū cōtinentibus humectatōem & infrigidatōem & subtiliationem simul sicut est ptisana ordei & similia, & euitet medicinas toto eius posse nisi apud magnam necessitatem, & administretur ex illis quę faciles & conuenientes sunt naturæ, Et vniuersaliter dico quoniam oportet considerare quę febrium putridarum commixta est febri ethicæ, Et si fuerit terciana vel cottidiana vel quartana, accipiatur curatio ipsius ex loco proprio & non negligatur in conseruatione materialis humiditatis & confortatione caloris naturalis sicut diximus. Et iam quidem perfectus est tractatus de febribus generatis in spiritibus quę sunt effimerę & eius distinctio & curatio sub compendio, & perfectus est etiam tractatus de febribus quę fiunt in membris solidis. s. ossibus, & sunt febres ptisicę & ipsarum distinctio & curatio. ¶ Restat ergo nobis perficere tractatum de febribus quę fiunt in humoribus & sunt febres putridę, & in eo perficietur summa distinctionum omnium febrium.

¶ Sectio quarta vltimi tractatus de febribus humoralibus putridis, habet septem capitula principalia, Quorum primū est de febre humorali putrida in se & eius causis & signis.

Febris putridę quatuor sunt species

FEbres putredinis diuiduntur in quatuor species, Prima est febris quę generatur ex sanguine vt est febris continua. Secunda est febris quę generatur ex colera rubea & dicitur terciana, Tercia est febris cottidiana quę generatur ex putredine phlegmatis & dicitur febris cottidiana. Quarta est febris quartana & generatur ex putredine colerę nigrę & dicitur febris quartana, Et antequam determinemus has febres oportet nos dicere corpora & complexiones paratas ad recipiendum putredines & causas facientes ipsam, & signa eas significantia.

Qui paratiores ad febrē putridam

Dicimus autem q͂ complexio recipiens putrefactionem est complexio calida & humida, nam ebullitio & putredo non generatur nisi ex humiditate liquosa & fluente cuius partes extenduntur exterius & ex calore calefaciente assante inflāmante, & quando dilatant͂ partes sanguinis & calefiunt & crescunt & ebulliunt & non expellunt superfluitates & oppilant & putrefiunt necessario, & significatur q͂ putredo non perficiatur nisi per calidum & humidum ex eo quod videmus, & testatur nobis ex rebus quę coquuntur in aqua quia ipsę bulliunt & liquescunt vt omne quod assatur exsiccatur & induratur.

Causę putredinis coadunatiuę

Causæ autem coadunatiuę generationis putredinis sunt grossities corporum & constrictio vaporū in ipsis donec agitur in eis cibis putridis aut aer corruptus sicut aer qui resultat ex cadaueribus corpibus mortuis & inter fectis corpis complexiones corrūpit vniuersaliter & generat͂ ex eo pestis & generat͂ putredo.

Si. febris hūoralis putridæ sunt. 8.

Signa quę oñdunt febrem gñatam ex putredīe

plurima generatio ipsorum est ex causis prece dentibus nec potest fieri ex causis extrinsecis nisi hoc esset per accidens sicut generatur febris effimera. Secundum est quoniam febris putredine accidit rigor & frigus continuum, & maxime quando fuerit humor extra venas propinquas membris sensibilibus. Terciū est quia febris putrida habet plures circuitus & raro pficitur esse suū in vno circuitu. Quartū est qa calor febris putridę generat magnā molestiā ,ppter fumorꝝ grossitiem qui generat̄ ex putredine quorꝝ plurimi & virtus eorꝝ ebullitionis est in stomaco. Quintū est quia in corpe febriū putredinis & fine status ipsarꝝ manifestant̄ accidentia significantia consumatōem putredinis humoris eiusꝗ ebullitionis & multitudinis sicut dolor capitis, sitis, oris siccitas & gutturis: Et tp̄s in quo apparent hęc significat ægritudinem esse in fine augmenti & aduentū tp̄is belli naturę cum ægritudine. Sextū est qm̄ corpora nō mundificantur a febre putrida in tpe declinationis febris & eius quietis in vniuersis eius circuitibus quē admodū mundificat̄ ex febre effimera, nam impossibile est nō remouere de ea aliquid in corpe & ꝙuis nō manifestet̄ ad sensum quia de natura ipsarꝝ est reditio humoris, aut de cuius natura est redire remanet aliqd & conseruet̄ in corpore, & ,ppter hoc nō mundificat̄ corpus ex ca mundificatione pfecta. Septimū signū est qm̄ in febre putrida qn̄ humor est intra venas ęgritudo quę sequit̄ ex eo erit paroxismus & circuitus quia qn̄ꝗ incitat̄ & qn̄ꝗ quiescit. Octauum vero signū est quia pulsus in febre putrida fit in principio durus & siccus.

¶Sequitur de febre quę generatur ex sanguine & habet in se quatuor particulas, quarꝝ prima est de eius diuisione differentijs & signis.

Febris sanguinis duas habet species differētię signa

HÆc febris diuidit̄ in duas species, quarum vna est quę generat̄ ex sanguine puro cū sequit̄ apa pectoris quę dicit̄ alsafa, & nominat̄ hęc febris rebucha, Scd'a species est quę generat̄ ex sanguinis putredine. Differentia vero inter has est qm̄ cum febre quę generatur ex sanguinis putredine sequitur fœtor vrinę quē acquirit ex sorditie putredinis & pulsus in ea fit diuersus, febris aūt quę generat̄ ex sanguine puro econuerso se habet. Signū vero aliud qđ ostendit differentiā inter febrem quę

Sig. drīę aliud

generat̄ ex putredine sanguinis & febres continuas quę generant̄ ex putredine humorꝝ aliorꝝ a sanguine, s. vtriusꝗ co. & flegmatis est qm̄ febres continuę quę fiunt ex putredine humorꝝ habent tp̄a interpolatōis inter finem primi tp̄is & initium secundi, & possibile est quia occultet̄ & non pateant nisi bene peritis.

¶De febre quę dicitur alrebucha, aꝗs sinocha. Particula secunda.

GEnerat̄ hęc febris ex sanguine puro qn̄ multiplicat̄ & calescit & inflāmatur intra venas p̄ter qđ ei contingat putredo vel corruptio & vocat̄ alrabuya. i. asmatica qa plurimę causę passionis difficultates anhelitus quę dicit̄ alrabo. i. asma consurgunt ex calore pectoris & pulmonis & receptōis humoris ab eis & expulsione virtutis in eis ad expellendum eos a se & maxime pulmo qui hoc recipit sui natura. Signū huius febris est quia p̄cedunt eam rubedo corpis & calor & confricatio & molestia maxima & grauitas membrorꝝ omniū, & qn̄ manifestat̄ febris sequit̄ eam ebullitio & inflatio, grauitas dolor capitis, rubedo faciei, plenitudo timporꝝ & oculorꝝ ,pfundatio, & redditur pulsus fortis & plenus, vrina vero erit coloris rubei purpurei, & plurimi eorꝝ quibus accidit hec febris sunt hij qui vtunt̄ carnibus & vino & alhalua, & in tpe frigoris & caliditatis s. tpe hyemis & veris, & signū eius ,ppriū est alraba. i. asma qđ contingit ei, Et causa huius est qm̄ ebullitio sanguinis mundi fit plurime in membris superioribus. s. corde & pulmone, & cū calescit & multiplicat̄ ascendent ex eo vapores ad caput, & qn̄ contingit esse cū hoc poros corporis angustos & grossos ,phibentur fumi & vapores exire per eos ita ꝗ calefiunt cum calefactione cerebri & dissoluunt̄ & fluunt & cedunt retrorsum ad corporis inferiora & distillant ad pectus & pulmonem & obturant̄ pori eorum & constringunt̄ vię anhelitus, & generatur ex hoc anhelationis difficultas & strictura spiritus, & ,ppter hoc appellat̄ angustia spūs & ,ppter hoc appellat̄ hęc febris alrabuya sicut dictum est, Et si declinabit humoris fluxus a capite vsꝗ ad diafragma, & generabit̄ ex hoc apa qđ dicitur alsofa, & possibile est declinare humorem ad musculū & carnem contextam membris & generat̄ ex hoc apa quod dicitur apa costarum & dicitur tunc alsofa nō vere sed largo modo. Et nos iam determinauimus has egritudines earūꝗ diuisionem & curationem in hijs quę precesserunt, Est tamen nostrę intentionis hic ponere medicinā cōmunem huic febri vt sit in memoria eis qđ precessit, & dicimus qm̄ generatio huius febris est ex mundo sanguine inflāmato & calefacto in sui exuberantia in corpore, ideo oportet ipsum festinanter extrahere anteꝗ colera addat ad sui acumen in caliditate & infletur, & erit eius eductio difficilis & flebo

Signa

Causa asmaris in sinocha

Cura

tomet infirmus postq̄ constauerit de virtute & alijs conditionibus ætatis.s. tpe & consuetudine, & sit eius ꝓpositū flebotomari de vena alachal si pectus fuerit sanū, & si fuerit in pectore egritudo flebotomet vena basilica aut vena que dicit alsiles eius partis ægritudinis & educat ex sanguine donec ꝑueniat ꝓpe sincopim, tunc em̄ eadem hora vel die recedit febris, Et ob hāc causam appellauerūt ipsam antiqui febrem effimeram & in sui specierꝫ contentā quia vt in pluribus cessat in eadem die, & si concedūt conditiones ꝑdicte est tn̄ virtus fortis scarificet in illo loco flebotomie & oportet extrahi sanguinem, Et si virtus sit fortis in principio egritudinis, sed caueat vltima cautōe flotomare infirmū in augmento egritudinis & eius statu, Et si cessauerit ab extractione sanguinis in ꝑncipio egritudinis siue p flotomiā siue p scarificatōem accedat nihilominus acumen sanguinis extinguere & eius calorem cū succo granatorꝫ & aq̄ decoctionis prunorꝫ, Et si sani sunt ab apatibus & si fuerit pectus sanū & nerui stomachi bene ferūt q̄ eis

Potio

apponit ex rebus acetosis bibat ex hac. Modus potionis frangentis acumen sanguinis. ℞. tamarin. ℥.i. prunorꝫ. xx. semis portu. ℥.i. viol. 3. v. coquant hec in tribus lib. aq̄ donec deueniat ad lib. ʒ. deinde colet absq̄ exp̄ssione & dissoluat in ea trangebin albi corroseni & moraba viol. an̄. ℥.i. & colet totū & bibat. Et nos q̄dem p̄misim⁹ determinationē curatōis apatis pectoris & costarꝫ & febris cōtingētis ex eis in suo loco

¶ De febre continua.i.sinocho. Par. III.

Hæc febris generat ex sanguine qn̄ putrescit & corrumpit vt diximus, & fit hoc aut intra venas aut extra, & est febris q̄ nullū habet tp̄s quietis, habet tn̄ aliq̄d quietis in aurora, & sunt tres species qa est vna que est eq̄lis in difficultate, & alia q̄ generat in difficultate paulatim q̄usq̄ ꝑuenit ad tp̄s status & ꝑfectionis, Alia vero est in declinatōe difficultatis videlꝫ que cū incepit cū difficultate & ꝑuenit ad statū q̄escit. Causa vero ꝓpter quā fiunt eius sp̄es tres est qm̄ sanguis ꝑticula q̄ putrescit in die aut adeq̄bit ei qd̄ resoluit ex fumo q̄libet die, aut erit id qd̄ putrescit minus q̄ id qd̄ resoluitur aut magis, & si fuerit qd̄ putrescit magis & qd̄ resoluit sequet ex eo scd̄a sp̄es & significabit tumorem & ꝓximitatem ad interitū, si ꝟo qd̄ putrescit erit minus eo q̄ resoluit resultabit tercia sp̄es & significabit sanitatem & curatōis celeritatem. Signa huius febris sunt duob⁹ modis qa alia sunt ꝑcedentia & incipientia anteq̄ manifestet febris eiusq̄ gn̄ationem ostendentia sicut trūcatio grauitas membrorꝫ & repletio ipsorꝫ rub. coloris & supficie corpis calor. Alia ꝟo signa sunt q̄ consecunt febrē post eius manifestatōem vt capitis dolor inflatio alrabo grauitas capitis, rubedo faciei, inflatio timporꝫ, plenitudo venarꝫ, ꝓfundatio oculorꝫ, & iterū turbatio faciei coloris & rubedo, fantasie an̄ oculos, potentia pulsus eiusq̄ velocitas magnitudo & plenitudo, & mollities substantie arterie & eius humiditas, rubedo vrine sil'is purpureo colori cū eq̄litate substantie ac eius claritate. Et cōsecunt hanc febrem ꝓprietates & accn̄tia q̄ redeunt ad febrem alrabuya.s. alrabo & difficultas anelitus & eius malicia sicut diximus qm̄ generatio vtriusq̄ est ex sanguine, & non est dr̄ia inter eas nisi qa hec fit ex sanguine putrido alrabuya ꝟo ex sanguine puro. Curatio huius febris est q̄ flebotomet infirmus anteq̄ corrum-patur sanguis per corruptōem alterius quemadmodū diximus in febre alrabuya equalr post securitatem constantie virtutis & aliarꝫ conditionū, Et si reliq̄ nō consenserint nisi constantia virtutis sola fiat scarificatio & flomet, & caueat ab extractione sanguinis virtute exn̄te debili. Et si cætere conditōes cōsentiant & si priuatus fuerit ab extractione sanguinis apud principiū caueat penitus ip̄m extrahere augmentū ægritudinis, & in eius circuitu & si ꝟtus sit fortis, & studeat semper extinguere & sedare calorē cū gn̄ibus rob ex fructibus acetosis simpliciū sicut cū rob de granatis & prunis & pomis & aq̄ decoctōis tamar. & secaniabi zucc. & acetositate citri & ptisana ordei cū amigd. excortica. & zuccaro. Et si eius natura fuerit stiptica leniat cum hac decoctōe. Decoctio lenitiua & infriatiua. ℞. tamar. prunorꝫ viol. qd̄ sufficit coquant & colent & accipiat de ea lib. ʒ. & dissoluat in ea manne & medull. cassief. an̄. 3. i. exprimat totū & colet & sumat, Et si fuerit lenita natura accipiat ptisanā ordei q̄libet mane in meridie, aut sumat micā panis lotā cū aq̄ sepe, & vtat cibis subtilibus facilis digōnis, Et si fuerit sanguis paucꝰ acumīs bibat sirup. de iuiu. in q̄ dissoluat māna cassiaf. & accipiat ptisanā in q̄ cocte sint iuiube tenere. Et si fuerit sanguis grossus accip. de suc. lebleb & end. postq̄ fuerit coctus & depurat⁹ tercia ps lib. cū māna & cassiaf. & natura est cōstipata accip. ex succo lebleb expresso & colato lib. t'cia & dissoluant māna & cassiaf. & moraba viol. an̄. 3. x. Et si nō lenit natura cū hoc fiat sibi liciniū ex licio baurac & scamōea & zuccaro rub. Et si hoc nō sufficit fiat ex hoc clistere lene ex ordeo excorticato altee viol. sebesten & sil'ibus, & si fuerit necesse vigorare ip̄m addat ad lib. ʒ. scamonee. 3. ʒ. Et si patit dolorē capitis instillet naribus oleū viol. & oleū de nenufare, aut oleū de cucurbi. & superponat timporibus oleum ros. mixtum cum aceto, & demergant pedes eius in aqua decoctionis camomille &

Sinochi tres sunt species

Cause triū sp̄erꝫ

Sig. duplicia

Cura

Decoctio

viol. Et si habuerit vigilias superesfundatur capiti & timporibus aquā decoctionis capit. papauerū foliorū lactucę vel seminis eius & viol. & modici camomillę, & si non quieuerit dolor capitis per hoc & pectus fuerit exemptum a reumate & tussi emulgeat super caput lac mulierū aut asinę aut capre & submergantur pedes in aqua decoctionis camomillę & violarum, & stringantur crura cum ligaturis & fricent manibus, hoc enim deponit humorem inferius, & possibile est hoc sentiri ab infirmo, & emplastretur caput cum aqua herbarum frigidarum vt ras. cucur. inferius portulaca & semperuiua & altahalab lactuca & silibus, Vel linianī timpora cū linimēto sandal. Et si sentit in corpe vnū ardorem bibat muscilaginem psilij factam cum aqua ros. aut cum aqua decoctionis citruli cucumeris & alsandi cum succo granatorum, & non oportet ꝙ superponatur ei aliquid ex emplastris frigidis, nec effundi super ipsum aqua & lac, nec de illis in aure nares instillari nisi constauerit tibi esse dolorem capitis ex acutis fumis, & si superuenerit ei ita ꝙ non possit aperire oculos calefiat caput cum aqua decoctionis camomillę centaureę violę coronę regis, & percutiatur ante ipsum mortatiū aut instrumentum quod dicitur tosac percussione delectabili & innocente/ aut vniuersaliter regatur curatōe febet, Et si videbitur æger tractans se a dextris & sinistris & de vno latere ad alterum & sentit molestiam quę dicitur alcalac & altegar vel alcarab significat mortem. Et si fuerit cū hoc in suo corpe tumor timpaninus ita ꝙ cū pcutit manibus resultat sonus vt ex timpano, & natura est lenita, nec cū hoc soluit tumor erit hoc signū fortius in significatōe mortis & de ꝓximo, Et si fuerit ęgritudo in corpe quę vocat aluerasim erit hoc similiter magis acceleratiuū mortis, & maxime si nō fuerit aluerasim fusci coloris & fortis doloris, Et si euaserit ab hmōi accñtibus & supuenit ei exitus sanguinis a naribus & virtus est fortis & corpus plenū & febris in declinatione & tps ægritudinis in quiete, flebotomet vena cephalica & emplastrent timpora cū emplastris sandal. & farina lentiū & silibus emplris frigidis & coadunatiuis, & instillet narib⁹ camphora & aqua ros. & aqua niuis cum modico camphore & silia, Et si supabundauerit fluxus sanguinis accipiat eius cura ex suo ꝓprio loco. Et si acciderit ei pulsatio cordis emplastret stomachus cū emplō de sandal. & farina ordei altea & camph. aut cū cineribus fabarum, & distemperetur totū cū succo portulacę aut succo semp uiuę aut similibus frigidis & exponantur ante ipsum vasa plena aqua frigida dulci & fiat ei clistere cum succo portulacę aut succo cucurb. vel succo plantaginis vel muscilagine psilij & oleo ros. & similibus. Et si febris fuerit ex apostemate aut erisipila sumat æger succum solatri bullitum & depuratum cum medulla cassiæ fistulę terregoalim & moraba viol. & vtatur quolibet mane ptisanam ordei cum succo granatorꝝ in sero, nec cibetur cum mica panis lota cum zuccaro, & si fuerit calor fortis bibat apud somnū muscilaginem psilij cum succo granatorum, & liniatur apostema cum succo sandalorum & ros. & radicum alteę & sief memithe cum succo solatri & succo coriandri humidi & succo semperuiuę. Et si fuerit calor lentus addatur in linitione parū croci, & sit cibus eius cucurb. & lentes excorticatę post proiectionem aquę ipsarꝝ semel aut bis cum modico aceti & geiar & alnecha & altus & iuiube & pruna, Et si supuenerit apostema post febrem per viam crisis caueat omnino superponere ei aliqd qd infrigidat ne forte retrocedat humor ad profundum corporis, & possibile est ipm fluere ad membra principalia & interficere. Et si fuerit febris conseqns ex passione variolarū & morbillorꝝ regat infirmus cum hijs quę diximus in loco eorum.

¶ Sequitur de febre pestilentiali.

Particula quarta.

Causæ febris pestilēti. sunt quatuor

ANte℄ dicamus curationem eius oportet nos dicere causas generatiuas eius, & apostemata quę dicuntur alcohain Et iam diximus ꝙ causę quę generant alcohain & hanc febrem sunt quatuor, Prima est dominium alterius colerarum in aere. Secunda est dominium fumorum & puluerum ascendentium de terra ita ꝙ redditur aer turbidus & obscurus. Tercia est id quod ingreditur in aerem ex vaporibus resolutis ex mare & fumis ascendentibus ex aquis tranquillis & putridis. Et quarta est quod dominatur in aere ex flatibus cadauerum & corporum interfectorum & mortuorum, & quando aer mutatur & corrumpitur ex via predictarum causarum & ipsarum maxime ex fœtore & putredine cadauerū & mortuorum qui magis offendunt, superueniunt ex hoc pluribus hominū ægritudines pessimæ de genere alcohain quę sunt apostemata pessima & variole & morbilli & similia, & accidunt huiusmodi febres que fiunt de genere humorum ex olfactione aeris & nutritionis ex eo, quoniā concordauerunt antiqui ꝙ quando corrumpit aer in quolibet quatuor temporum anni generatur in illo anno alrobayn & pessimę ægritudines perniciosę in pluribus hominum, & dixerunt qm̄ si multiplicat flatus ventorꝝ in tribus mensibus hyemis & multiplicat fumus & pul

uis in aere & aer cũ hoc siccus absq; pluuia, & alterat̃ dies a natura sui & q̃litate, & erit p̃dicta mutatio manifesta in vna die, erũt hęc signa mala in illo tp̃e, & cũ incipiũt tres menses veris & superuenit pluuia in principio ipsius tp̃is & erit aer cottidie turbulentus & tenebrosus & nõ resoluitur turbulentia neq; transmutat̃ p. v. vel. vij. dies, Accidũt hoĩbus febres pestilentiales & multiplicat̃ in eis variola & morbilli & generat̃ pustula & dilatat̃ in ip̃is epidimia, & q̃n fuerit tp̃s frigoris & caloris in hũc modũ p̃dictũ erit aer in mensibus estatis humidus & p̃mixtus & mũdus & multiplicat̃ sup arboribus & plantis terra & puluis, & multiplicant̃ in hoĩbus morbilli & nõ sudabũt neq; hũectabunt̃ corpa sua quẽadmodũ humectat̃ complexio hyemis, & tp̃s v̾is fuerit sc̃d'm p̃dictũ modũ incidet epidimia in principio mensis septembris in aĩalia magna & parua, & cũ fuerit adæq̃tio dierũ cũ noctibus in duobus diebus huius mensis apparebũt in aere apud lunã. q. coruscatões & ignes, Et si habuerit medicus noticiã in actões accñtiũ corporũ sup cœlestiũ & eius qd' influet in aerem p mittat studiũ suũ in eũando corpa ab hũoribus parata recipe hm̃oĩ accñtia & opatões q̃ generant̃ in aere cũ medicinis, & erũt p hoc exempti ab hac epidimia. Signa vero huius febris pestilentialis sũt q̃m cõicat & comprehendit vniuersos hoĩes, nec manifestat̃ apud sensũ acumen & calor magnus inter corpus, & est vehementis laxationis & malitię multę putredinis, est tñ lenta febris & cõtinua vt puteat cũ ea anhelitus & qd exit ex corpe & vigorat̃ in patiente molestia q̃ dicit̃ alcalab & sitis & magnificat̃ cũ ea anhelitus & fit frequens & educit p vomitũ & egestionẽ res diuersas & turbidas & turpes, & postea dominat̃ in eis sincopatio & moriunt̃. Curatio eius est quicqd diximus in curatione febris cõtinuę ex flebotomia. s. ex sumptione generũ rob acetosoꝝ predictoꝝ, & bibat troc. de camphora vel trocis. de spodio cum secaniabin vel cum sirupo de granatis, deinde vero regant̃ regimento febris ethicę, vel ex p̃stratione aromaticorũ frigidoꝝ in mansionibus instatõe ipsorum in domibus longinquis ab aeris corruptõe sicut loca quę dicunt̃ alasrab, & nõ accedãt nec ingrediant̃ balneũ aliquo modo, & emplastret̃ pectus cũ emplo de sandal. & camf. & aq̃ ros.

Sig. feb. pestilẽtialis

Cura

¶ Capitulum. III. de febre ex col. rub. generata quod diuiditur in tres particulas, quarum prima est de febre vrente. i. causonide.

Causonis gñatio

HVius febris generatio est ex humore igneo congregato intra venas vicinas cordi & maxime venas vicinas orificio stomachi & superficiei fundi epatis & pulmonis concauitati, & habet accidentia febris tercianę est tamẽ hęc calidior atq; vehementior, & sequitur ex ea apostema cerebri qd' dicitur albirsen. Differentia vero inter hanc febrem & tercianam continuã simplicem est quoniã hæc febris generatur ex colera rubea quę existit intra venas cordi vicinas magis q̃ cæteras venas totius corporis. Terciana vero continua simplex generatur ex colera rubea existente intra venas quę magis elongantur a corde, Et fit hęc febris duobus modis, vno modo fit fortis & difficilis vehementis acuminis & inflãmationis quia eius generatio est ex colera rubea puri acuminis qui non similatur liquori dulci ex quo frangit̃. Alio modo fit hęc febris lenta & facilis quia generatio eius fit ex colera rubea simili liquori ex quo frangitur. Signũ febris vrentis p̃prium & coniunctim sibi est continuatio caloris & sitis, & possibile est nigrescere linguã & imprimis incipit terciana & nõ separat̃, nec separat̃ a corpe nec fit cũ ea rigor & sudor nisi in hora sui recessus & translationis & aduentus eius crisis, & habet cum ea signa significantia timorem & signa significantia salutem. Signa bona ostendentia salutem sunt constantia virtutis & moderatio rationis, agilitas corpis & eius lęticia, adæquatio caloris per totũ corpus, facilitas anhelitus, bonitas iacendi, vigor appetitus cibi non fallacis, & manifestatio signorum digestionis in vrina & egestione videlicet q̃ sit eius color clarus bone tincturę & equalis substantię habens ypostasim albam residentem lenem & coniunctam Egestio aũt sit mediocris quantitatis & qualitatis subtilitatis & grossitiei & fœtoris & equalitatis sui tp̃is exitus & q̃ sit vrina declinans ad calorem igneũ tincta aliquantulũ modicũ colleru. Signa mala quę significãt timorem diuiduntur in duo gñ̃a quia quędam sunt significantia vigorem ægritudinis eiusq; maliciã tm̃ p̃terq; oñdat timorem, Quedã vero ostendũt timorẽ oñsione completa. Signa vero oñdentia vehementiã ægritudinis tm̃ est continuatio caloris vehementia sitis vigilię somnus & p̃mixtio rõnis inquietatio febris Signa vero oñdentia timorem sunt defectus virtutis eiusq; pigritia & lassitudo tolerare ægritudinem, malicia anhelitus, corruptio appetitus, casus sensus, molestia, timor & p̃mixtio rationis, & guttatio sanguinis a naribus non in die cretica & sudor frigidus non cõicans totũ corpus & aduentus yctericiæ ante diem septimũ frigiditas extremorum corporis, decisio sitis subito absq; causa nota & die cretica suffocatio subita preter apostema in gutture fluxus lacrimarum absq; voluntate & causa pinguedo egõnis cũ multo eius fœtore.

Causonis dĩa a terciana cõtinua simplice

Sig. feb. vrẽtis i. causonid.

Si. salutẽ pre se ferẽtia

Sig. mala seu timorosa

Cura Curatio huius ægritudinis consistit in euacuatione tenuitatis humoris & eius motus facilitatis & translatione ipsius de loco ad locum, & declinatione naturę ad expellendum ipsum quandoq; per vomitum quandoq; per egestionem, Et si superuenerit ægro indignatio stomachi & fantasia prę oculis acceleretur vomitus cum secaniabin & sale & ptisana ordei, Et si videtur declinatio humoris ad inferiora fiat eius euacuatio cum decoctione tamarindorum prunorum & iuiubarum & moraba viol. & similium, Et si febris est lenta & virtus fortis & erit necesse vigorare laxatiuum addatur ad illud quod sufficit ex mirabol. citri, Et si ex negligentia vel alia causa non pretermiserit laxare naturam in augmento ægritudinis, & ante completionem ipsius febris ponatur intentio iuuare naturam & conseruare virtutem in principio ægritudinis vsq; ad complementū temporis febris cum subtilitate regimine & cum ptisana ordei & cum mica panis lota sæpius omni mane apud frigus auroræ, & sedare calorem stomachi cum sumptione granatorum & vuarum albarum citrulorum alsandi prunorum & similium & caueat sibi ab hac in tempore status ægritudinis nisi in hora necessitatis, & non leniatur natura si fuerit constricta vel constipata nisi post tempus febris cum hijs quę diximus, Et si natura non fuerit lenita fiat suppositoriū, & si cum non lenitur administretur clistere lene, & quando erit prope tempus ægritudinis & videtur pugna naturę cum ægritudine & approximatio crisis & verificata fuerint signa tunc abstine at æger a cibo quousq; viderit euacuationem stomachi nisi apud sui necessitatem quando timetur de casu virtutis, tunc enim oportet nutriri cum modica re sicut est aqua decoctionis ordei colata, & si superuenerit ei dolor capitis humectentur nares cum oleo viol. aut oleo cucurbi. & fricentur pedes & liniant cum oleo viol. aut astringantur cum ligaturis a superius ad inferius, & emplastrent latera cū emplastris de sandalis & vngantur cum oleo rof. mixto cum aceto, & superponant epati succi frigidi, vel superponatur ei hoc emplastrum. Modus emplastri ponendi epati ad sedandum acumen sanguinis & infrigidandū & extinguendum calorem. ℞. sandal. aн̄. ℥. ij. rof. ℥. ij. & ʒ. v. & rasurę cucurbi. siccę. ℥. iiij. viol. humidarum. ℥. iij. campho. terciam partem. ℥. terant omnia & congregent & accipiatur ex psilio. ℥. ij. & infundant in succo semperuiuę aut succo citruli quantitate qua distemperetur psilium, & exprimat muscilago eius & addatur in eo de oleo viol. & distemperentur cum hoc species puluerizatę & emplastrentur cū eo epar & stomachus, Et sit mansio ægri in domibus quarum portę sunt apertę a septentrione, & in quibus portis suspendantur herbę roratę cum aqua frigida dulci & exponantur coram ipso vasa plena aqua frigida dulci, & si non fuerit in corpore infirmi nec in stomacho nec in epate apostema tunc bibat infirmus aquam frigidam valde cum vino infrigidatam in hora fortis caloris quoniam extinguet calorem febris sicut diximus, Et si superuenerint ei vigilię superponat capiti semen papaueris tritum cum succo lactucę & odoret violas & nenufar, & odoret olea facta ex eis & oleum seminis cucur. donec recedant vigilię, Et si non cessauerit dolor capitis & nō habuerit reuma vel tussim abluatur caput cum aqua decoctionis viol. camomillę rof. & ordei excorticati & non fracti, & si non cessauerit dolor per lotionem, nec cessauerint vigilię emulgeatur super caput lac mulierum aut lac asinę vel caprę ante lotionem capitis & post & fiat instillatio olei cucur. naribus, & caueat ab emulsione lactis & effusione aquę & instillatione olei in tempore febris & ascensus fumorum ad caput, & si diu permanet dolor & indigebit maiori sedatione & infrigidatione liniatur caput cum succo portulacæ & succo semperuiuę & succo cucur. aut succo agrestę / aut emplastretur caput cum folijs salicis tritis cum succo portulacę & folijs cucur. & viol. psilio & altee & superponat timporibus emplastrum de sandal. in quo apponatur modicum camphorę, Veruntamen oportet pretermittere camphorā nisi apud horam necessitatis Et si non alleuiantur vigilię aut augmentat super eo qđ fuerant misceant in emplastro de succo foliorū papaueris & semen lactucę & succus coriandri humidi, Et si acciderit ei grossitudo in lingua & siccitas in ore humectet & fricetur cum muscilagine psilij aut seminis citoniorum vel muscilagine seminis alteę extractis omnibus cum succo cucumeris & cucur. aut alsandi & in omnibus apponatur parum zuccari, & fricetur lingua apud eius grossitiem cum pecia panni lini humidi madefacta cum predictis succis vna vice post aliam, Et si apparet nigredo in lingua admisceatur prædictis muscilaginibus modicum sumac mundificatum a suis nucleis tritum & cribellatū, vel accipiatur sumac mundatum & terantur & infundantur in succum citruli vel in aquā rof. & exprimatur & coletur & permisceatur cum succo citri & modico olei viol. & fricetur cum eo lingua, & hoc fiat pluries donec recedat nigra pellicula & grossities a lingua, Et si accidit ei pulsatio cordis accipiatur muscilago psilij facta cum succo citruli, & bi-

Emplast. pro epate

bat cum sirupo de acetositate citri, aut cũ siru-
po granatorum, & accipiat ex hoc puluere. Pul-
uis infrigidans & sedans acumen febris. ℞. ber
berisspodij semis portul. boli ar. añ. 3. ij. semis
citruli semis cucur. coriandri sicci infusi in succo
granatorum acetosorum aut in acetositate citri per
diem & noctem postea exsiccati añ. 3. ij. & 5.
teratur totum & cribelletur & bibat ex eo. 3. ij. cũ
acetositate & succo citruli aut alsandi cũ cucu-
meris, Et si fuerit febris lenta permisceatur cum
toto hoc succus plantaginis, & si constauerit es-
se in corpore humiditatem qua consumetur sicci-
tas camphore non est inconueniens permisceri
cum predicto puluere. 3. 5. de camphora, Et si
superponatur stomacho emplastrum sandal.
cum modico camphore & epithimetur epar pe
cijs madefactis in aqua ros. in qua dissoluta fu
erit camphora, & caueat ab huiusmodi empla-
strationibus quando stomachus est plenus ci-
bo, Et si acciderit eis tussis sincopis vel fluxus
ventris, aut exitus sanguinis a naribus, aut ycte
ricia, aut aliquid talium accipiatur circa singu-
lorum huiusmodi ex locis proprijs.

Puluis

¶ Sequitur particula secunda de febre terciana continua simplici & etiam interpolata

Febris terciane cõtinue gñatio

GEneratur hec febris ex co. ru. quando
mutatur & putrescit, aut intra venas fa
ciat tercianã aut febrem vrentem quam
prediximus. Et est differentia inter febrem ter-
cianam cottidianam & febrem vrentem sicut di
ximus. Signũ ostendens febrem tercianam con
tinuam que fit intra venas est quia non accidit
cum horripilatione neq rigore propter reserua
tionem ipsius humoris intra venas, & si affligit
vna die & quiescit altera non tamen mundifi-
catur corpus ab ipsius calore in die quietis eius
propter sui mixtionem cum sanguine existente
in venis sed frangatur aliquantulum & remit-
titur ab eo quod fuerat in altera die. Signa vero
febris terciane que fit extra venas & que redit
per circuitus, & tempora diuiduntur in tres par
tes, quarum vna consistit in rebus naturalibus,
Secunda vero in non naturalibus, Tercia vero
in hijs que sunt extra naturam. Et volo per res
naturales etiam infirmi si fuerit ætatis. xxv. an
norum & vsq ad. xxxvi. annum & eius com-
plexionem si fuerit calida sicca, & corpus eius
macilentum, & capilli eius subtiles, & pori sui
corporis lapsi, Et volo nõ naturales si fuerit in
tempore æstatis & aer calidus & siccus, & com
plexio loci similatur hijs, & passus fuerit infir-

Sig. terciane continue simplicis

Si tertiane interpolate sũt triplicia

mus ante hoc fortem laborem in arte ꝓpria, &
volo per ea que sunt extra naturam accidentia
consequentia ex co. ru. que conueniunt febri si
cut fortis rigor cum punctione & mordicatõe
q. acus cũ inflãmatione & vehemẽtia caloris &
sitis dolor capitis vigilie absq capitis grauitate
vehemens molestia que dicitur alcalab & alte-
gar & alcarab & sensus punctionem per epar
& fumus grauis & vapor calidus acutus ascen
dens acute, & casus appetitus aut eius priuatio
& quia incipit apud vehementiam molestie au
ferre pannos desuper se & effundere aquã frigi
dam super se, Et vigoratio quidem horum acci-
dentiũ in pluribus fit in quarto paroxismo quo
niam in ipso fit vigor ægritudinis & finis au-
gmenti ipsius, & quando erit finis huius febris
resoluitur humor & exit a corpore aut per su-
dorem si fuerit in eo subtilitas & leuitas, aut per
grossitiem si fuerit in eo grauedo & grossitudo
Signa vero propria huius febris & continua si
bi sunt vomitus colericus & egestio tincta cole
re rubee & maxime in tercio paroxismo aut
quarto, & propter hoc oportet cauere se a sum
ptione medicinarum laxatiuarum in die quarti
paroxismi huius febris penitus, quia plurimum
eius quod educit natura humorem per se absq
adiutorio est in tpe huius paroxismi, Et si fuerit
hæc febris simplex & mũda apparebũt eius si-
gna separata & nõ permixta cũ alijs, & si fuerit
composita apparebũt eius signa composita, Et
si apparent in prima die huius febris signa osten
dentia digestionem perfectam erit complemen
tum febris in. vij. paroxismo, & si non apparent
in prima die signa ostendentia digestionis quic-
quid erit febris diuturna quia simplex est vt plurimum eius quod producit terminum febris. xij.
horis, & tempus eius quietis. xxxvi. horis in sũ-
ma circuitus eius est. xlviij. horarum & plures
eius periodi si est simplex sunt. vij. qui sunt. xiiij
dies. Et si transgreditur terminus eius. xij. horas
& periodi eius. vij. periodos non est simplex,
& vrina huius febris redditur rubea ignea &
subtilis, pulsus autem in principio febris anteq
dispergatur calor per corpus, & accidit febris
ad tempus status erit velox & coadunatus. An-
tequam dicamus curationem eius oportet nos
exprimere ex qua specierum colere rubee gene
retur, Dicimus autem ꝙ species colere rubee
sunt quinq, vna naturalis, & alia accidentalis,
Naturalis est illa que in cisti fellis existit, acciden
talis vero situm habet in stomaco, que quidem
quatuor eius species, quarum vna est vitellina mi
xta humiditati, alia vero citrina que calidior est
vitellina & remissior in caliditate & siccitate ꝙ
naturalis, & alia est porrina, & alia eruginosa.

Si. ꝓpria & cõtinua

Cole. ru. spẽs sunt quinq

Ex cole. porrina & erugiosa nulla generat febris

Generat aut febris ex colera naturali citrina & vitellina qn contingit in eis putredo, porrina vero & eruginosa impossibile est febrem gnari ppter duo, vnu est ex nimia siccitate, aliud est qa neutra ipsaru pmanet in corpore tamdiu q possit putrefieri. Natura em potens sollicitudinis est expellere illas a corpore propter vehementia nocumenti ipsarum, nam si pmanserint in corpe & superauerit natura vt no possit eas expellere vrunt complexionem corporis & subito interficiunt. Ex colera quidem ru. & vitellina possibile est gnare febrem vt diximus, ea tn que generatur ex colera naturali erit febris vrens, ex citrina vero generat terciana simplex, & qn generatur ex vitellina fit febris terciana duplex. Iamqdem determinauimus qm terminatio simplicis tercianę & eius complementu fit in. vij. periodis & diebus quatuordecim, & si no fuerit simplex & pmiscetur cu alia transgredit huc terminu & plongatur tempus status eius, ita q possibile est q incipiat in hyeme & terminet in vere. Et est sciendu q ista febris periculosior existit natura & timori proxima ppter sui calorem & acumen naturaliter q cętere febres putredinis, & ob hanc causam oportet medicu esse vigilantem in principio sui & pseruare infirmu a rebus calidis inflamatiuis ne calefiat & inflammetur colera, & fumus eius ascendat ad caput & generetur apa cerebri qd dicitur albirsen, & tunc reddet febris piculosa & timorosa magis. Colera enim rubea sui tenuitate & agilitate non sustinet errorem medici, & melius quidem & nobilius in curatione febris apud eius principiu est considerare virtutem infirmi si est fortis, & si humores feruent & morent qm oportet tuc laxare coleram rub. & frangere eius acumen & eius sedare feruorem cu decoctione tamar. prunoru mirabol. postq dissoluta fuerit in ea de medulla cassief. & mane scdm q eu voluerit laxare, & si voluerit vigorare laxatiuu addat in decoctoe. ʒ. i. scamonee & fiat euatio in die quietis, & oino caueat ab ea in die molestię, & bibat in die quietis muscilagine psilij cu sirupo granatorum aut secaniabin & similibus sirupis frigidis, & si fuerint paroxismi huius febris in mane nihil sumat in illo mane nisi sirupu tm, & post illud accipiat ptisana ordei donec post illud compleat terminus febris, Et si necessitas contingerit accipiat in fine diei micam panis lotam cu zuccaro, Et si fuerit accessus febris in meridie sumat in mane ptisana ordeacea, & nihil aliud sumat donec eius terminus compleat, postea vero accipiat micas panis lotas, & si aliqua occasione detentus no accipiat laxatiuu in principio ægritudinis accipiat illud in die quietis, videlicet mane

Cura

nam medulla cassief. & moraba viol. & ro. dissolutas cu aqua calida & colatas vel cu aqua decoctionis tamarind. & prunorum, in die vero accessionis accipiat muscilaginem psilij cum succo granatorum, Et si no fuerit lenita natura per hoc fiat ei suppositoriu cu licinio baurac & scamonea & zuccaro, & fiat ei clistere ex oleo viol. & semine alteę & folijs bletarum & similibus, & si voluerit vigorare magis ipsum addat in ipsum almuri zuccari & olei viol. an. ʒ. i. sal vel baurac. ʒ. ij. & qn preterierit egritudo quinta diem & accesserit terminus febris totaliter æger absti neat a cibo, & no recipiat in quinta & sexta die nisi ptisana ordei in diluculo, in vespis vero micas panis lotas absq additione, & sit eius regimen in sexta die sicut in die febris accessus, & si inueniat ipsum dies septima in vltima vacuitate & mundificatoe a fecibus cibi, & inueniat natura q eam stimulet & molestet in die compugnationis ægritudinis & q humor subtiliet & no sumat in septima die aliqd etia ptisana ordei, Si fuerit febris accessio in meridie & expectet quousq compleat terminus febris, & soluatur humor aut per sudorem aut vomitu aut egestionem, & cotingerit stomacho inflatio & fortis calor & siccitas & suspicatur ne accidat ei sincopis vel molestia quę dicit alcarab humectetur stomachus & eius calor extinguat cu succo granatorum & vuarum humidarum cucur. & citruli & cucumeris & similibus, Et cu fuerit fractum acumen febris & declinauerit ab ægro inflamatio & molestia quę dicit alcarab & molestat a morsu orificij stomachi accipiat micas panis lotas solas & zuccari, & sit illud qd acceperit de ipsis modicu & subtile, & si molestat in hora febris a siti & siccitate gutturis & grossitudine linguę accipiat sorbitiones ex muscilagine psilij facta cum succo citruli & sirupo viol. & ex muscilagine psilij & semine citoniorum & oleo viol. vel oleo cucur. & similibus, & supponat timporibus oleu violarum vel ros. pmixtu cum aceto Et si dominat siccitas in cerebro cu rationis per mixtione regat cu hijs quę dicta sunt in suo loco de febre vrente & birsen, Et si superuenerit in die septima vomitus vel solutio ventris violenter scias illud esse ex operatione naturę, & tunc caueat ne accipiat aliquid eorum qd diximus q no augmentet solutio & dissoluat virtus & offendat, Similiter quoq cauendu q diu durat solutio ventris iuxta oportunitatem euacuatois humoris debiti ne constringat ipsam, Oportet tamen feruorem stomachi sedare cu sirupo de granatis muzis vel sirupo pomorum vel cu infusione spodij, & si vigorat in eo sitis & continuatio sincopis in hora febris & pugnatoe naturę

cũ morbo, & erit pulsus frequens & vrina rubea & inflãmata, ne stupeas nec pauere te faciat accidentia hæc dũmodo reliqua bene sequant̃ & virtus constauerit, Et si indigebit aliquid ex medicinis sirupis vel trocis. accipiat̃ ex suo loco similiter, & si supueniat ei fluxus ventris sumat ptisanã factã ex ordeo torrefacto & micas panis torrefactas cum zuccaro & sauic de ordeo & sauic de granis granatoꝝ, & si nõ cessauerit fluxus ventris accipiat̃ eius curatio a pcedentibus, Similiter si acciderit ei rasura intestinoꝝ fiat ei clistere ad infrigidandũ intestina & corroborandũ & vi rapiendũ coleram ne vigoretur in ipsis, Similiter si acciderit ei sincopis aut ycteritia aut apostema cerebri accipiatur eorum curatio ex proprijs locis sicut diximus.

¶De febre terciana duplici Particula tercia

Hæc febris componit̃ ex co. ru. extra venas & flegmate intra venas cũ æqualitate ipsarũ, in quantitate dũmodo ex altera ipsarum nõ superat alteram. Signa ostendentia ipsam est quia est continua, & nulla dierum quiescit, & altera continua quia alter humorum existit intra venas permixtus sanguine sicut diximus. Ratio quidem vniuscuiusq; humoris existentis intra venas est nõ quiescere febrem que fit ex eo aliquo modo, eius vero accidentia erunt fortia in vna die & lenta in altera, Et si hoc quidem ex connectione vtriusq; simul in illa die, & quando euenit flegmaticis simplex erunt eius accidentia lenta & apparebunt signa flegmatis quandoq; & signa colere quandoq;. Curatio eius oportet esse dietã eius mediocrem inter id quod calefacit & infrigidat, & est q bibat patiens succum leblebvel succum fenicu i & apij & mannã & morabam viol. & morabam ros. & ptisanam ordei cum secaniabin de melle, & si predominatur colera erit tunc curatio febris facilior, & ponatur intentio ad id qd subtiliat & mundificat cũ modica infrigidatõe qd est vt bibat infirmus succũ endiuie & fen. cum moraba ros. & viol. & manna & aquã decoctionis prunoꝝ & ptisanam ordei cum secaniabin zuccarino, Et si dominat̃ flegma erit eius curatio difficilis, & oportet esse curationem eius cũ eo qd subtiliat & mundificat cum calore modico vt est sirupus de melle & aqua calida & sirupus de absinth. & ptisana ordei cocta cum cortice radicis feniculi, & apij, aneto, mentastro, secaniabin mellino, Et si prolongatur ægritudo accipiat trocis. de ros. cum tercia parte. 3. succi algafet & succo fen. vel accipiat trociscos de berb. & secaniabin & aquam frigidã, & accipiat semen fen. & aneti & masti. cũ moraba ro. & aqua ca. Et si videbit̃ humor moueri & querens exitũ, & signa digestionis apparent in vrina leniat̃ natura cũ eo qd laxat cũ suauitate & cõseruat virtutem, & circa hoc laudabilius est facere vomitũ post repletionem & qd deponit vrinam cũ caliditate sicut trocis. de absinth. aut trocis. de lacta cũ succo feniculi endi. aut cũ decoctione radicũ zuccarino & similibus.

(Left margin: Tertianę duplicis gñatio Signa oñdentia — Cura)

¶Cap. IIII. de febre cottidiana que generatur ex putredine flegmatis.

Hæc febris fit duobus modis, quia aut fit intra venas, aut extra venas, & qñ fit intra venas fit continuana, & nõ accidit cũ ea horripilatio nec; rigor ꝓpter causas iam dictas in febre terciana simplici. Ea vero q̃ fit extra venas erit periodica que omni die affligit semel, & eius duratio est. xviij. horarum & eius quies sex horaꝝ, & summa eius circuitus est. xxiiij. horaꝝ. Signa significantia ipsam sunt tria, quia aut ex rebus naturalibus aut nõ naturalibus aut ex hijs que sunt extra naturã. Signa naturalia sunt sicut si contingat fieri in senib⁹ vel in pueris ex dñio flegmatis in senib⁹ naturaľ. & in pueris accidentaliter, & in hijs quoꝝ complexio est frigida & humida & subtiliũ capilloꝝ grossi corpis multe humiditatis pauci pili & angustorũ piloꝝ. Signa non naturalia sunt quia vt in pluribus contingit fieri in tpe frigoris, & qñ complexio aeris assistentis est similis naturæ ipsis in frigiditate & humiditate & complexio loci similiter, pcipue cũ infirmus constitutus fuerit quieti & ocio & nutritus cibis frigidis & humidis. Signa egredientia naturã sunt vt si supuenit ei antecq; putrefiat flegma manifestatio frigoris ex quo infrigidat̃ totũ corpus q̃ usq; puenit ad extremitates manuũ & pedũ, & stabit sic per horã, & cũ fuerit flegma putrefactum & calescit ascendit calor paulatim & recedit frigus, & est hec febris lenta & in suo motu tarda, est tñ diuturna & timorosa, quia corpus nõ mundificat̃ ab ea, nec est possibile tps eius quietis & decisionis æstimare donec supuenerit terminus subsequentis febris, & est ob hanc causã similis cũ continua, Et qa eius causa est humor frigidus, eius dissolutio fit difficilis, & ꝓpter hoc nõ sudant in ea, qa patiunt̃ ipsam ex grossitie humoris & eius grauitate & dñio frigoris sup elemento gñante ipsam, Et qñ puenit ęgritudo ad statũ & accedit tps terminatõis ipsius dissoluit̃ humor ille & sudabunt multũ, & vniuersa signa eius pdicta coniuncta sunt dolori stomachi & splenis grossitiei. Dolor tñ stomachi magis est ꝓpinquus in ipsa ꝓpter multi fle-

(Right margin: Febris q̃tidiana duob⁹ fit modis — Sig. ipsi⁹ sunt triplicia)

gmatis gñationem in stomacho, & ꝓpter hoc euomunt flegma, & accidit eis sincopis, & fiunt vultus ipsoꝝ tumidi & color ipsoꝝ plumbeꝰ ad albedinem & liuorem declinans & os est humidũ & gustus insipidus q̃propter nõ sitiũt in hora febris nõ erit fortis sitis, & qñ manifestat̃ tps febris & ꝑuenit in augmentũ transmutat̃ color ipsoꝝ ad albedinem & liuorem & transmutatur vrina ad cruditatem & albedinem, hoc aũt qa humor nõ digerit̃, pulsus aũt erit tardus amplus debilis & variatus, & qñ ꝑuenit ęgritudo ad vltimũ statũ, & hũor fuerit digestus & redditur vrina spissa & significat accessum crisis.

Flegma. spẽs sunt quinq̧

Anteq̃ dicamus eius curatõem scire oportet q̧ species flegmatis sunt qnq̧ quemadmodũ determinauimus in primo libro introductorio qđ est qa hmõi febris generat̃ ex flegmate magis frigido & grosso q̃ flegmate naturali sicut & acetosum flegma, & generat̃ ex flegmate magis calido & leui flegma naturali qđ est flegma salsum.

Sig. ex flegmate grosso

Signũ febris gñatę ex flegmate grosso est qa est ibi modica sitis & constipatio naturę, & sentit in stomacho & residuo ventris vehementem grauedinem ꝓpter grossitiem & grauitatẽ fæcũ.

Sig. ex salso flegmate

Signũ eius qđ fit ex flegmate salso est vehementia sitis & leuitas naturę in pluribus, & hoc qdem ex mordicatione ipsius salsi flegmatis orificiũ stomaci & intestina ita q̧ mouet̃ qđ in eis est ex fęcibus, & agit in eis sicut agit almuri & baurac ad gñandum salsedinem & siccitatem & sitim quę non humectant cũ aqua dulci & frigida, & ex signis eius est etiã quia qñ affuerit flegma qđ gñat febrem salsum erit frigus qđ sequit̃ ex eo paucus & lentus & calor febris fortis & vigorosus & eius ascensus est celeriter & dissolutio magis ꝓxima, humor eñ huius sua tenuitate & acuitate cito efficit̃ vt cinis.

Sig. ex flegmate acetoso

Et qñ fuerit flegma gñans hanc febrem acetosum erit rigor qui consequit̃ ei fortior vt in pluribꝰ & calor febris lentus & remissus, & eius ascensus tardus & dissolutio longinquior ꝓpter humoris grauitatem & grossitiem sicut diximus.

Cura ex flegmate salso

Curatio eius qñ fluit ex flegmate salso est q̧ accipiat æger in principio ægritudinis secaniabin zucci cũ aqua cal. in hora stomacho, & in hora febris accessus submergant̃ pedes eius in aq̃ in qua coctę sint camomillę ps. i. & fricent̃ plantę pedũ cũ oleo viol. vel oleo onfaci. & sale forti fricatõe, deinde accipiat secaniabin p dies. xiiij. Si superuenerit ei vomitus sponte & leniter bonum erit, & maxime si fuerit in principio ęgritudinis qm̃ ostendit hũoris leuitatem & eius dissolutionis celeritatem, & si nõ venerit sponte vomitus nõ ꝑuocet̃, humor eñ est grossus condempsatus difficilis resolutionis & tardi motus, & si fuerit necesse sumere ptisanã ordei sumat añ ipsã morabã ros. zuccinã cũ aqua cal. & si sitis fuerit alleuiata aut totał habita scias q̧ humor iã fluxit & declinauerit & stomaco, & tũc accipiat æger morabã ros. zuccarinã & post eam p horam ptisanã ordei secaniabin, & si natura nõ fuerit lenis & conueniens sumat ex squinginbin. ℥. xx. moraba ro. ℥. i. dissoluant̃ hęc in lib. ʃ. aq̃ cal. & colet̃ & bibat̃. Et si ꝑterierit ęger septimã diem primã & videbit̃ humor dissolui & moueri cũ leuitate & signa digõnis apparent in vrina accipiat æger apud accessum rigoris cuiusli bet paroxismi secaniabin zuccarinũ cũ aqua decoctionis aneti & ꝑuocet̃ vomitus absq̧ lesione stomachi, Et si natura nõ fuerit lenis & conueniens cũ hac bibat ex succo lebleb lib. ʃ. cũ. ℥. vij. zucci salimani vel penidij, & si cũ hoc non fuerit lenita natura fiat clistere cũ folijs viol. camomilla altea alhase centaurea bletaꝝ accipiendo de q̃libet M. i. & ex medulla cartami. ℥. xxx. coquant̃ omnia & colent̃ de aqua lib. ʃ. vel. ℥. viij. & apponant̃ in ea olei viol. & baurac añ. ℥ ij, & administret̃, & si ꝓlongat̃ febris & ꝑtenderit. xx. dies, & refert æger sentire fumũ calidum & humidũ exeuntem de corpe, aut molestatur ex indignatione vel subuersione stomaci aut inflatione, aut sentit rugitum in intestinis, scias tunc q̧ humor fluit & petit exitũ vel p sudorem, si sentit vapores humidos exire a corpe aut per vomitũ si sentit indignatõem stomachi, aut per ventris solutionem, si sentit rugitum & solutionem in ventre, Et cũ videris hoc accede ad alterandã naturã cũ potu decoctionis huius

Decoctio

¶Modus decoctionis febris cottidianę. ℞. mirabol. citri. mundatorum. ℥. i. badorad. ℥. vi. secha absinth. roma. gafet. añ. ℥. iij. passularꝫ mũdataꝝ. ℥. i. iuiubaꝝ prunoꝝ añ. xx. coquantur omnia in tribus lib. aquę donec redeant ad lib. ʃ. & coletur & dissoluat̃ in ea terignabin albi. ℥ xx. moraba ro. ℥. i. distemperent̃ & colent̃ & bibatur, vel accipiant ex hijs pillul.

Pillulæ

Modus pillularum conferentiũ huic febri. ℞. mirabol. kebuloꝝ. ℥. iij. turbit albi yer. pig. ℥. ij. &. ʃ. troc. de ro. badorad añ. ℥. ij. absinthij romani gafet secchea añ. tres partes. ℥. mastic. ℥. ʃ. terantur & cõficiantur cũ succo lebleb aut succo apij despumati, & fiant pillulę ad modũ cicerum & exsiccent̃ ad vmbram, & accipiat ex eis a. ℥. ij. vsq̧ ad q̃tuor cũ aqua calida.

Cura ex flegmate acetoso

Curatio huius febris ex flegmate acetoso est quod bibat æger in principio ęgritudinis sirupũ radicum aut secaniabin mellinum cum aqua calida, & abstineat æger ab aqua frigida toto posse, & accipiat ptisanam ordei excorticati coctam cum radicibus feniculi, apij, aneto, mentastro, & modico piperis,

Et cum accessit febris terminus & incipit rigor submergant pedes infirmi in aquam calidam in qua cocta sit camomilla anetū mentastrū tarsen & similia, Et si fuerit rigor fortis ponat sub vestimentis infirmi vas aquę decoctionis camomillę aneti mentastri tarsen & similium, & bibat secaniabin temperatū cum aqua calida in q cocta sit anetum ameos, & si nō superauerit vomitus sponte accipiatur radix & incidatur per frustra & proiciatur super ea de aqua decoctionis allubia rubeorꝝ. ℥.iiij. & aqua decoctionis aneti. ℥.iij. salis. ʒ.ij. agitetur & bibatur calida iuxta conditiones determinatas in medicinis vomitiuis, & si natura fuerit constipata accipiant ex succo leblebduę partes lib. medullę cartami ʒ.x. zuccari rubei. ℥.i. congreget totum & bibatur, Et si nō fuerit natura lenita cum hoc administretur ei hoc clistere. ℞. medullę cartami. ʒ xx. alteę. ℥.i. colloquint. furfuris frumenti pugillū. i. foliorꝝ bletarū manipulū. i. sebesten. xx. coquantur in tribus lib. aquę donec deueniat ad terciam partem & accipiat de ea colata lib. ſ & dissoluatur in ea zuccari rubei olei sirag & almuri añ. ℥.i. salis & nitri añ. ʒ.ij. permisceatur totum & coletur & clisterizetur cū ea, & si fuerit lenita natura & fuerit necesse sumere ptisanam ordei coquatur in ea corticum radicū fen. & apij añ. ʒ.i. coquantur & colentur & bibat secaniabin de melle, & si ptisana faciat acetositatem in stomacho infirmi omnino est euitanda, Est enim ptisana ordeacea mala in tribus locis, videlicet in acetositate stomachi & siccitate naturę & tumore vultus & extremitatū, & administretur loco eius aqua decoctionis mellis cū spica mastice & darsen, & si superuenerit sponte vomitus nō prohibeatur & maxime in principio ægritudinis, Si vero redierit ad ipsum frequenter & timetur de casu virtutis sedetur cum potu sirupi mirtę vel sirupi granatorum facto cum menta, & regatur cum hijs quę in suo loco diximus, Et si superuenerit ægro dolor capitis inclinet vultum super vaporem aquę calidę in qua cocta sit camomilla corona regia maiorana & sisimbriū, maxime cum fuerit grossitudo in humore, & caueat ab effusione lactis supra caput & ab instillatione olei in naribus, hęc em̄ prę cæteris rebus nocent, Et sit cibus eius ius cicerum cum oleo amigd. dul. & bleta, & sit parcus in cibo quoniam producitur febris per hoc Et nos quidem determinauimus cibos febricitātium in suo loco, & oportet omnino abstinere a cibo in hora febris, Et si accidit in meridie preueniet ei æger in diluculo sumens quod necesse fuerit siue medicinę siue cibi, & cum incipit rigor sumat secaniabin cū aqua calida & vomat & non accedat ad cibum vsq ad declinationem termini febris & recessum caloris & tunc sumat cibum suum, Et si fuerit accessus febris in fine diei in principio noctis accipiat cibum suū post complementū primi sui termini qui perficitur in meridie, & bibat post cibum secaniabin per se vel temperatū cum tantundem iulep, Et si preuenerit accessio febris & inceperit rigor faciat vomitum cum secaniabin & aqua calida, & abstineat ab omni cibo vsq ad recessum temporis febris vt dictum est, Et regula huius est quoniā oportet interesse cibi horę sumptionis & principio accessus febris spacio sex horarū. Cibus enim in hoc spacio perfecte digeritur & a stomacho descendit, in fine autem horarū. xij. perficitur eius digestio in epate & efficitur sanguis In fine autem horarum. xviij. perficitur eius digestio tercia in membris & condempsatur in eis & efficit pars corporis, Et si videtur infirmus debilis ad receptionem laxatiuorum vtatur assidue medicinis & cibis subtiliatiuis & mundificatiuis de hijs quę contrarientur qualitati humoris facientis febrem & quę rectificent complexionem membri ad quod declinat humor & quiescit in eo, verbi gratia, quando declinauerit humor ad partem membri administrentur in ea quę mundificant epar, & subtiliant humorem, & ipsum per vrinam educant sicut sunt trocis. ros. & trocis. de berber. cum secaniabin aut succus fen. & apij & lebleb in hunc modum, accipiatur ex succo fen. & apij tercia pars lib. bulliat & coletur & dissoluantur in eo. ℥.ij. moraba ros. & iterum coletur & apponatur in ipso ex succo lebleb quarta lib. & accipiatur ex trociscis ros. & ex trocis. berber. ʒ.ij. terantur & dissoluantur cum. ℥.i. secaniabin & permisceatur & bibatur, & continuet hoc tribus diebus aut septem hoc enim mundificat corpus & epar subtiliabit & educet humorem per vrinam, & si nō cessauerit febris per hoc regimen & prolonget tempus durationis ipsius, accipiat tunc decoctionem radicum in hunc modum. Modus decoctionis radicum fen. & apij. ℥.i. ameos seminis apij gafet. añ. ʒ.iij. badorad. ʒ.vi. absinthij romani hase sethoa añ. ʒ.iiij. radi. squinanti. ʒ.iij. aristologię rotun. ʒ.iij. coquantur omnia in tribus lib. aquę donec redeat ad terciam partem & coletur ex ea lib. ſ. & dissoluatur in ea lib. ſ. mirabol. ros. de melle & bibatur tepida, Et si fuerit humoris declinatio ad partem stomachi, accipiat tunc æger ꝙ mundificet stomachum ab humoribus & educat humorem per egestionem quod est sirupus cum aqua calida & moraba ros. cum aqua calida, Et si videbitur declinatio febris & eius fractio & remanserit in eo aliqd

Clistere

Ptisanę ordeaceę malicia in trib⁹ casibus

residuum ex ea, accipiat tunc aquam infusionis aloes & aneti & aquam alsadag, hęc enim sua proprietate melior est in mundificando humores a stomacho, & quod operatur hanc operationem est quod accipiatur medulla agarici albi trita & cribellata. ℥. ij. yera pigra. ℥. i. conficiatur totum cum melle, & fiant ex eo formę ad modum auellanarum & transglutiatur cum sirupo de melle & aqua calida; Et medici interest addere super hanc quantitatem & de ea minorare scd'm quod ei videbitur ex subtilitate & grossitie humoris eius paucitate atq; multitudine, Et si contingat esse humorem grossum & epatis complexionem non multum exierit ab æqualitate ad infirmitatem stomachi complexioni dominatur frigiditas & humiditas ita q; sentit æger acetosam eructuationem in gutture & vomitu non est inconueniens administratio emplastri & calefactiui & confortatiui. Et scribit Ysaac filius Salomonis quia ipse vidit plures patientes hanc febrem ex flegmate acetoso qui cum peruenissent ad eructuationem acetosam & vomitum mandauit eis vti cimis radic. & caulis elixatis & paratis cum, & bibere super illis vinum limphatum & q; liniatur stomachus tempore vacuitatis a cibo cum oleis calidis. s. cum oleo nardino permixto cum vino odorifero, & emplastretur similiter cum emplastro facto ex pice absinthio & aneto cũ oleo communi & vino odorifero vnde lenificata fuit natura ipsorum per ventris solutionem, & contulit eis hoc iuuamentum manifestũ & maximum, & alios quibus accidit hęc eadem egritudo quibus iussit comedere pisces salitos elixatos cum sinapi & potare super illis, quo facto post horam iussit repleri ventrem ipsorum aqua, q; prouocatus est inde vomitus, & vomerunt flegma grossum & viscosum & profuit eis hoc valde. Veruntamen precepit q; acciperet post vomitum de tyriaca alfaroc, & si fuerit flegma faciens hanc febrem mixtum cum colera caueant vltima cautela a rebus calidis & vtatur secaniabin de melle secaniabin de zuccaro & loco moraba de melle accipiat de zuccaro, & non coquantur cum ptisana ordei radices quas prediximus ne aliquid ab eis, & accipiant loco trociscorum de ros. trociscos de berberis & trociscos de spodio, & addat ad hoc medicus & diminuat scd'm permixtionem flegmatis cum colera, & sic de toto regimine, & quia dolor stomachi & eius ægrotatio propria sunt accidentia huius febris sicut diximus, ppter hoc oportet adhiberi studium circa sui mundificationem & confortationem & exstirpare superfluitates ab ipso & cũ hoc medicamine. ¶ Modus pillularum

Pillulæ ab hũori. putridis mundificantes

mundificantiũ stomachũ a putridis humoribus. ℞. mirabol. kebulo. ℥. ij. cologn. bdel. gũi ara. radi. oleandri añ. ℥. i. eufor. nitri an. ℥. ſ. teratur & dissoluat gumi cũ melle & vino odorifero, & misceat totũ & conficiant cum succo caul. & fiant pillulę sicut grana piperis, & sit eorum dosis añ. ℥. i. & . ſ. vsq; ad duas si virtus erit fortis. Electuariũ conferens stomachi humiditatibus & ventositatibus grossis. ℞. mirabol. kebulo. mundatorum salis naptici ameos seminis apij zinzi. piretri añ. ℥. ij. piperis longi. ℥. iij. turbit. ℥. vi. scamoneę. ℥. i. terantur omnia & misceant cum eis ad pondus omniũ de penidijs & conficiatur totum cum pondere sui mellis despumati, & sit dosis eius. ℥. vi. cum aqua calida. Modus trocis. conferentiũ huic febri antiquę & frigiditati & inflationi. ℞. lactę mundatę a suis fustibus. ℥. v succi gafet. ℥. iiij. spicę. ℥. vi. asari. ℥. iiij. aristolo. rotun. ℥. iiij. aristo. longę. ℥. iij. amigd. excortica ℥. iiij. croci. ℥. ij. yera pigra. ℥. vi. seminis apij feniculi mentę siccę añ. ℥. iiij. terantur medicinę & permisceantur cum yera & conficiat totum cũ succo lebleb, & fiant trocis. & exsiccent in vmbra, & accipiat ex eis cũ sirupo mellino & aqua tepida vel cum succo fen. & apij, Et si fuerit frigus vehemens in hac febre fricetur spinale dorsi cum aliquo calidorum oleorum sicut cũ oleo anetino. ¶ Modus vnguenti conferentis forti frigori & vehementi tremori in febre cottidiana. ℞. piretri. ℥. ij. alalres. ℥. i. piperis & mentastri añ. ℥. i. & . ſ. teratur totum & coquat cum oleo oliuarum & oleo sisamino, & colet & fricet cũ eo spina dorsi, & si virtus fuerit fortis non erit inconueniens ingredi balneum.

Electua.

Trocis.

Vnguẽtũ

¶ Capitulum. V. de febre quartana & alijs febribus, habet tres particulas, quarum est prima hęc sequens.

Febris quartanæ gñatio

HÆc febris generatur ex putredine colerę nigrę, aut intra venas aut extra venas, Quę vero putrefit intra venas generabit febrem quartanam continuam quę nõ quiescit, nec generatur cum ea rigor vel tremor vt determinatum est in precedentibus febribus, Quando vero putrescit extra venas generat febrem quartanam interpolatam, Et est febris quartana simplex quę affligit & quiescit signa indicantia istam febrem manifestantur tribus causis premissis manifestantibus febrem tercianam quę. s. sunt res naturales & non naturales & a natura egredientes, Et intendo per naturalia ætatem infirmi si fuerit grandis in ætate a xxxvi. annis vsq; ad. xl. & eius complexio fuerit frigida & sicca & in macie constituta, & eius venę fuerint angustę & occultę & plurimũ quod

accidit hec febris est habenti complexionem calidam & siccam per accidens nō naturaliter causa sue translationis ad coleram nigram, & volo per non naturalia tempus anni, si fuerit hyems & complexionem aeris & presentem naturam fortem rigorem qui resultat in principio cuiuslibet febris redditur color infirmi declinans ad liuedinem & offuscatōem quousq; recedit eius terminus & frangitur febris, & videbitur facies infirmi plumbea & cutis corporis sicca & contracta. Signum autem appropriatū huic febri est dolor splenis quemadmodū accidentia propria febris terciane sunt dolor capitis & dolor epatis & accidens propriū febris cottidiane est dolor stomachi, Spacium aūt paroxismi quartane est. xxiiij. horarꝫ, quietis vero eius est. xlviij horarū, & summa spacij eius circuitus est. lxxij pulsus autem in principio paroxismi est grossus & durus, in augmento aūt multus & contractus, vrina vero est alba subtilis & aquosa & cruda, sed cū appropinquauerit tempus perfectionis febris & subtiliatur humor & digerit redditur vrina nigra, Et propter hoc factum est ꝙ vrina nigra in hac febre est signum bonū atq; nobile significans terminationem perfectam, Et diuersificatur vrina multis modis quia humor faciens ipsam multis modis variatur, quoniam alia generat ex vstione sanguinis, alia vero ex vstione colere rubee, alia vero ex vstione flegmatis. Causa huius est quia ex humoribus adustis generantur febres permixte & variabiles, & quando diu permanent & transgreditur terminus ipsarum transmutat in quartanā. Exemplum huius, quia cum prolongatur terminus febris terciane dissoluet subtilitatem humoris paulatim nunc cum vomitu, nunc cum sudore, nunc cū assellatione, & remanebit humor grossus vt feces, & quando superuenit tempus hyemale transfertur tempus ad naturā colere nigre, alteratur humor ꝑpter sui grossitiem, & generat exinde quartana, Simili modo quando putrescit sanguis, & generatur ex eo febris sanguinis accidit ex hoc quia debilitat splen & negligit attrahere coleram nig. & redit retrorsum & confundatur & fluit cum sanguine ad totū corpus, & resultat ex hoc febris cuius modus & terminus vigoratur quia nō capit in termino certo, & generabitur ex hoc febris quartana. Similiter considerandum est ex febribus generatis ex flegmate, & propter hoc pulsus & vrina in hac febre diuersificant. Oportet primo considerare si precessit eum febris sanguinea & venae eius plene & pulsus eius amplus & frequēs & vrina rubea & reliqua que dicta sunt de accidētibus febrium sanguinis, scias tunc febris originem ex vstione sanguinis esse, ac vero si ꝑcesserit eam febris terciana vel aliqua aegritudinū colere ru. Si vero precesserit eam febris flegmatica aut alia passionū flegmatis & infirmus fuerit senex & flegmaticus cum reliquis accidentibus, tunc scies originem huius febris ex vstione flegmatis esse. Oportet primo considerare si ortus huius febris fuerit ex vstione sanguinis, tunc enim in principio aegritudinis attendere debet ad id quod subtiliat mundificat & digerit humorem absq; caliditate, sicut est ptisana ordeacea cū secaniabin zuccino sumpta & morabis ro. & morabis viol. cū aq̄ ca. in principio cuiuslibet paroxismi febris apud accessum rigoris submergat pedes in aquā calidam in qua cocte sint due partes camomille & vna viol. & assiduet sumptionem granatorꝫ & vuarum humidarum quando videbit humorem esse digestum minuatur tunc ex sanguine de vena basilica sinistre manus aut ex vena alchal, & liniatur natura cum decoctione mirabol. citri. & kebulorum iuiubarꝫ prunorꝫ passularꝫ enucleatarꝫ seminis fumiterre cassiefi. manne moraba ros. & moraba viol. Et si febris fuerit lenta & remissa & humiditas est addita addat in hanc decoctionem corticū radic. endiuie & fen. añ. ʒ. i. & ꝓlongatū fuerit tempus febris & preterierit. xx. diem assiduet infirmus ieiunare in die paroxismi febris & nutriatur in alijs diebus ꝑter diem febris cibo subtili & facilis digestionis, & bibat succum feniculi & endiuie cum moraba ro. & moraba viol. & manna. Curatio eius est quādo fit ex vstione colere rubee est ꝙ attendatur in principio aegritudinis ad id quod infrigidat & subtiliat sicut est ptisana ordeacea cū succo granatorum & secaniabin zuccarino, Et si natura est constipata leniatur cum decoctione antedicta, & si per hoc non erit lenita natura caueat a laxatiuis ante humoris decoctionem, & vtatur loco ipsorum clisteri lenitiuo, & si viderit humorem incipientem laxari & frequenter mouet de loco ad locum fiat tunc euacuatio cum decoctione predicta, Si fuerit motus humoris apud intestina postq; adiunxerit in eo de absinthio romano semine cuscute, vel cum vomitu si motus humoris fuerit sursum, & si fuerit humor intra venas & iam student circa eius euacuationem pluries non est inconueniens flebotomari venam basilicam sinistre manus in loco vstionis, & caueat hoc ante humoris digestionē & ante corporis euacuationem, & vtat granatis acetosis & dulcibus & vuis hyemalibus citrul. cucumeribus & alsandi, Et quando fuerit febris in fine & fracta fuerit superesfundatur corpori aegri aquam calidam vel aquā in qua cocta sit

Sig. ap.priatum

Vrina nigra bonū signum

Vrina multis modis diuersificat

Signa

Cura ex vstiōe sanguinis

Cura ex vstiōe co. rubeę

camomilla corona regia & absinthiũ ro.tpata cum vino & mixta cum viol.& emplastret̃ stomachus cũ farina ordei & semine lini ros.& calamo ar.distemperatis cũ aqua decoctionis camomille & corona regia, Et si acciderit ei dolor capitis humectent̃ nares ipsius cũ oleo viol.aut ros.& demergant̃ pedes infirmi in aquã decoctionis papaueris quã descripsimus. Et si super uenerint ei vigilie abluat̃ caput cũ aqua decoctionis camomille & altee & corticũ papaueris & instillet̃ narib⁹ oleũ viol.& oleũ seminis cucur.

Cura ex vstione flegmatis

Curatio eius ex vstione flegmatis est ꝙ sumat patiens morabam ros.de melle & faciat vomitũ apud accessum cuiuslibet paroxismi, Et qñ preterierit diem septimũ & apparebunt signa digestionis in vrina, bibat patiens succũ fen.& apij cũ morab.viol.de melle, Et si natura fuerit stiptica leniatur cũ duabus partibus lib.succi leb leb in quo teratur.℥.i.medulle cartami &.℥.i. zuccari & paret̃ hoc clistere.

Clistere

Modus clisteris ad leniendũ naturã, ℞.ficuũ siccaꝝ ase camomile añ.℥.i.medulle seminis cartami.ʒ.xxx.aneti.ʒ. x.coquant̃ omnia in tribus lib.aque donec redeant ad vnã & colet̃ & accipiat̃ ex colatura lib.ß in qua dissoluat̃ lib.i.zuccari rubei &.℥.i.olei &.℥.i.almuri baurac & salis añ.ʒ.ij.pulpe coloquint.ʒ.ß.vel scd'm quod videbit̃ ad tolerantiam infirmi,& vngatur corpus suũ cũ eo qd' aperit poros corporis ex oleis calidis & cũ oleo camomill.& anetino & similibus,& si intrauerit balneũ & vnxerit corpus suũ cũ hmõi oleis nõ erit inconueniens,& cibetur cibis laudabilibus nõ inflatiuis vt aqua decoctionis cicerũ in qua cocte sint cime alselic & eius radices & alijs hmõi cibis quos in suo loco determinauimus, Et si p̃terierit.xl.dies cibetur infirmus carnibus & euitet carnes in quibus sit viscositas,& abstineat a carnibus & omni cibo in die paroxismi nisi fuerit virtus in defectu tunc sumat modicũ cibi quo virtus conseruet̃,& hoc fiat in fine diei apud declinationem febris, In alijs vero diebus nõ paroxismalibus nõ nocebit sumere cibũ in suo tpe,& caueat ab omni qd' infrigidat & humectat & vtat̃ ex vinis qd' est subtile & tpate caliditatis,& ex carnibus auiũ que sunt tenere & leues,& nõ est inconueniens ꝓuocare vomitũ cũ cõmestione salitoꝝ pisciũ & sinapi & potu vini tpati post & per longum tp̃s nõ accedat infirmus ad potũ aque, postmodũ bibat aquam calidã cũ melle & vomat & cibũ accipiat de electuario diacimino & electuario piperꝝ, & cũ approximat̃ tp̃s status febris & apparebunt signa digõnis in vrina oportet redire infirmũ ad cibaria valde subtilia,& fiat euacuatio hũoris cũ medicinis laxatiuis & clisterijs lenitiuis, & p⁹ hoc vtatur medicinis vrinã deponentibus & ꝓuocat̃ & vomet in paroxismis feb.ad mundificandũ stomachũ,& in diebus quietis post repletionem cibi & potus,& abstineat a carnib⁹ pullinis & faseanoꝝ tribus hebdomadis, tunc enim subtiliat̃ humor & diminuit̃ cũ abstinent a cibo Et cũ p̃terierint tres hebdomade & virtus erit nõ debilis accedat ad carnes pulloꝝ p̃dicũ,& cũ p̃terierint dies.xl.nõ abstinendo a comestione carniũ vt diximus, Et si nõ fuerit aliquid qd' ꝓhibeat sumptionem elři, sicut est vigor & potentia febris eiusq; difficultas & abundantia coru.nõ erit inconueniens facere vomitũ cũ eo cũ succo folioꝝ rad.& ac̃ decoctõis aneti & secaniabin & sĩlibus q̃ dicta sunt,& cõtinuent acceptionẽ tyriace alfaroc & tyriace almarba & alsechaznaye vel electuariũ factũ cũ caule & reliq̃rum medicinaꝝ in suo loco dictaꝝ, Et qñ preterierint tres hebdomade vel.xl.dies & signa digestionis apparebũt in vrina oportet tũc vti trocisc.& medicinis infrascriptis.

Trocisci

Modus trocis.algafet conferentiũ dolori epatis & splenis & febris quartane facte ex vstione sanguinis & col.rub.℞.lacte mundate a suis fustibus reubarb. seminis fen.añ.ʒ.iiij.succi gafet succi absinthij spodij portul.spice anisi seminis apij croci granorum ben excorticatoꝝ frondiũ rosaꝝ semĩs citruli mundati radic.capparis añ.ʒ.iij.seminis cuscute.ʒ.vi.scolopen.ʒ.v.terant̃ omnia & cribellentur & conficiantur cum succo apij,& fiat trocisc.quorum quilibet sit ponderis vnius.ʒ. &.ß.& sumat ex eis omni die vnum cum secaniabin & aqua frigida.

Puluis

Modus pulueris conferentis quartane febri facte ex putredine flegmatis.℞.gentiane agarici albi añ.ʒ.i.&.ß.terant̃ in puluerem & accipiat̃ totum sumendo post illud mel' cum aqua cal. Et melius ꝙ accipiatur hoc medicamen ante accessum febris per tres horas, aut sumat̃ cum ista aqua que est.℞.camedreos.ʒ.v.alhase.ʒ.iij.coquantur in aqua & colentur,& sumatur ista aqua per se vel cum predicto puluere.

Pillulae

Modus pill.conferentiũ ad hoc ℞.yera pig.epithi.añ.ʒ.v.agarici albi ameos.ʒ. iiij.turbit albi.ʒ.vi.succi absinth.polipodij añ.ʒ iij.salis naptici.ʒ.ij.seminis anisi fen.& apij añ. ʒ.ij.&.ß.terant̃ & conficiant̃ cũ succo aluahane,& fiant exinde parue pillule q̃ ad vmbrã exsiccent̃,& sit dosis eaꝝ.ʒ.ij.cũ aqua tepi.ante accessum febris paroxismi per diem vnã,& cõfert in hac febre,& maxime cũ corpus infirmi nõ fuerit macie extenuatũ,& signa caloris fuerint apud initiũ est ꝙ administret̃ ei in potu q̃libet mane de elctario piperꝝ ad modũ nuc.& de medicamine alaltit paruo ad modum auellanæ

Medica. Alaltic

¶ Modus medicaminis alaltit. ℞. altit foliorum rute succorum ciperis æqualiter conficiatur totum cum melle, & accipiatur ex eo ad modum auellane apud horam somni, & dormiat super ipsum, quoniam est optimum, Et si indigebit in curatione huius febris laxatiuis aut non laxatiuis in suo loco inueniat.

¶ De febre que generatur ex flegmate vitreo. Particula secunda.

Febris ex flegmate vitreo

HÆc febris generatur ex flegmate grosso vitreo, cuius aliqua pars putrescit & aliqua non sicut diximus, & erunt interiora corporis calore inflammata, exteriora vero frigida. Febris aūt cottidiana seu flegmatica generatur ex humore toto putrido comprehendente interiora & exteriora corporis indifferenter. Signum proprium indicans hanc febrem est quia inflammatur in corporis interioribus, exteriora vero redduntur frigida ita ꝙ prouenit frigus ad extremitates corporis, & oppilat minutos poros, prohibens fumos & vapores a dissolutione, & sequitur ex hoc sitis & linguæ grossities ex dominio caloris in corporis interioribus, & fit tempus febris post qualibet quintam aut septimam diem aut decimā, hoc autem scd'm grossitiem humoris flegmatici & sui motus grauitatem & eius permixtionem cum colera nigra, & pulsus in hac febre est paruus & debilis, vrina vero cruda & alba. (Si. ꝑpriū)

Cura

Curatio huius febris est sicut curatio cottidiane æqualiter verū quia hec generatur ex flegmate magis frigido & grosso ꝙ cætere species ipsius. Oportet esse curationem ipsius cum medicinis aliquantulū calidioribus scd'm additionem frigiditatis, & oportet attendi apud sui principium ad medicinas subtilis caliditatis & lente operationis, deinde addendo per paulatim ad calorem medicinarum quousque perueniat ad finem intenti, Et sit studium magis ad mundificationem stomachi per vomitum cum radice incisa & aneto & mentastro & aqua decoctionis albilne & similibus & cum speciebus & medicinis vrinam deponentibus, & cum tyriaca alfaroc & alsechaznaya, aut electuario de seminibus, & sirupo de radicibus & similibus. Et si videbitur humor fluxibilis & subtilis & signa digestionis apparent in vrina paretur ei euacuatio cum infusione aloes & vera pigra & cum pillulis almaracaut cum stomaticon & similibus ex laxatiuis sibi proprijs ad laxandū flegma grossum quæ scripta sunt in suo loco, & administretur clistere si necesse fuerit factum cum medulla cartami centaurea colloquint. & aneto & similibus ex clisterijs. s. que in suo loco sunt descripta.

¶ De febre composita ex flegmate vitreo & colera rubea vsta. Particula. III.

Febris ex vitreo flegmate & cole. rub. vsta

HÆc etiam febris generat̄ ex colera rubea vsta & flegmate vitreo vel colera nigra, Et est differentia inter hanc febrem & precedentem quia in illa calescunt corporis interiora & exteriora frigescunt in hac vero & cōtra fit quia interiora corporis sunt frigida & exteriora calida.

Cura

Curatio eius est sicut curatio febris precedentis, veruntamen in eo qđ componitur hec febris ex colera rubea & flegmate oportet eius curationem permisceri ex eo quod est magis calidum ex hijs que diximus, & attendatur in sui principio ꝙ sumat moraba rosa. & secaniabin cū succo fen. & apij & mastic. & reliqua predicta medicina.

¶ Capitulum sextum De febribus compositis sequitur nunc Ca. vnicum

Febriū cōpositarū plures sūt species

COmpositarū febriū plures sunt species ita ꝙ. q. sine numero & narratione cōpositionum ipsarum generatur circuitus similis circuitibus febrium compositarum atque simplicium, & propter hanc causam non potest medicus superstare illis, nec manifestant eis variationes febrium ex suis circuitibus in accidentibus & signis appropriatis sibi vt dixim⁹ Quod autem dicemus ex suis compositionibus est iuxta id quod scripsit Ysaac filius Salomonis israhelita in fine libri sui de febribus quoniā ipse perfecit vltimo tractatum suum in hoc, & hic est sermo eius postque generalizauit & abbreuiauit illum. Inquit Ysaac, febres que generantur ex putredine humorum multiplicantur multis modis, nam quædam ipsarum duplicat̄ per modum vstionis & associationis & confusionis earum ad inuicem, alia vero duplicat̄ per modum permixtionis, alia vero per modū compositōis.

Differūt mixtio tēperatio & cōpō

Differentia vero que est inter mixtionem & temperationem & compositionem est quoniam mixtio est duarū febrium associatio in eodem tempore & eadem die & termino, Et si fuerint in aliquo due febres terciane in vna & eadem hora diei vel noctis incipientes & in eadem perficientes, vt si incipiant prima hora diei & desinant in fine vltime hore diei. in pluribus enim hore terciane simplicis sunt. xii. & si finierint in ipso due febres ex duobus diuersis humoribus, quarum vna ex colera rubea & al

tera ex flegmate que ambe incipiant in prima hora diei, & quelibet ipsarum desinat in suo proprio termino videlicet quod desinat terciana in vltima hora diei cum hore eius sint.xij. cottidiana desinat in sexta hora noctis cum eius hore sint xviij. Et quando fuerit alter humor intra venas alter vero extra venas tunc signa magis clara & manifesta, sed quando vterque humor est intra venas vel extra erunt signa tunc occulta & difficilioris cognitionis quoniam signa sunt permixta & consimilia atque dubia, & maxime quando fuerint ambe febres ex vno elemento in eodem termino, Verum quia febres vsus in hac scientia est profunda inspectio in suis veritatibus & secretis remouent dubitationem super hoc cum inspiciuntur eius signa cum perfecta diligentia, & attendantur in quolibet ipsorum signa propria eius, & componat ea medicus secundum quod apparebunt de compositione signorum suorum iuxta predominium vnius humoris alteri vel eius diminutionem aut equalitatem in vigore & debilitate & multo & pauco, Et exemplum huius, si sint in homine due febres, vna ex colera ru. altera ex flegmate & fuerit pars flegmatica dominans manifestabitur in corpore ex vigore & multitudine frigoris quod infrigidabit manus & pedes & retardabit febris in sui accessu & inflammatione, & non erit cum eo acumen nec sitis, Et si accidat infirmo sitis propter partem colericam erit modica propter flegma, & erit quantitas difficultatis febris modica sua certa quantitate quando erunt humores aequales & non apparebit in vrina acumen neque tinctura, nec sudabit infirmus nisi modicum in sui febris principio & euomet flegma. Si vero pars colerica dominatur accidet horripilatio magis difficilis & manifesta & frigus magis lentum atque occultum & inflatio & ascensus febris erit & sudor multus & vrina magis acuta & fortioris tincture & euomet coleram rub. Et si fuerint aequales ambo humores adaequabuntur signa & commiscentur & adequabuntur horripilatio & frigus erit ascensus febris medius inter velocitatem & tarditatem & vomitus temperatus flegmate & colera, & fuerint ambe febres intra venas decident ab eis signa de horripilatione & frigore, & remanebunt reliqua signa in suo modo, & erit febris similis continue, & erit hoc secundum adaequationem signorum eorumque differentiam & cognitionem iuxta id quod determinauimus. Et si fuerit altera febris intra venas & altera extra, decident ab ea que est intra venas signa predicta .i. horripilationis & frigoris remanebunt reliqua signa cum signis febris existentis extra venas, & erit febris similis continue sicut terciana duplex, Similiter autem quando fuerit febris terciana continua & quartana cum circuitu decident a febre terciana. Signum horripilationis & frigoris cum sit inter venas mixta cum sanguine a membris consimilibus remota & permanebunt reliqua eius signa quartane, & apparebunt ex signis terciane inflammatio fortis sitis, colericus vomitus, acumen vrine & pulsus & celeritas ascensus febris. Ex signis autem febris quartane tremor & fortis frigus, grauitas corporis, & detruncatio ossium propter humoris grossitudinem & eius grauedinem, & persistent signa febris terciane spacio temporis horarum suarum que sunt xij. deinde vero recedent signa hec & discernentur signa quartane vsque ad consumationem maioris sui temporis quod est.xxiiij. horarum, Et secundum hoc exemplum oportet compensare signa febrium quousque assistat eorum veritati & manifestabitur ei leiteque rectitudo in ipsis. Commixtio autem est commixtio diuersorum humorum diuersorum in vnius febris generatione vt febris tabegras predictas que generatur ex col. ru. & flegmate grosso & viscoso, aut ex co. ni. Compositio autem in febribus duplicationis est duarum febrium generatio per modum proximitatis & vicinitatis vnius ad alteram in duobus terminis per extrema copulatus, quia post decisionem & quietem vnius febris incipit apparere altera secundum ordinem & modum, & hec quidem species duplicationis febrium est sine dubietate & confusione quia quelibet ipsarum persistit & vigorat in suis signis & accidentibus & causis ante sequentis febris accessum, verum quia possunt generari diuersimode quia possunt esse secundum generationis materiam vtriusque in duobus membris diuersis, Et si fuerit febris ex splene quartana que vero est ex stomacho cottidiana, & possibile est vtrumque humorem in eodem esse membro. Et quando fuerit in aliquo homine febris terciana & cottidiana simul in stomacho, & quando erit possibile esse vnum humorem tantum, veruntamen propter sui grossitiem & eius distantiam & solutionem aliquid de eo putrefit, & cum completum fuerit tempus prime particule putrefacte putrefiet etiam altera particula & incipiet apparere secunda febris & dignoscitur hoc ex lentitudine febris in duobus diebus simul, eiusque leuitate & accidentium facilitate, & possibile est quandoque superuenire tres febres secundum aliquem predictorum modorum .s. aut secundum motionem & associationem humorum ad generationem vnius febris in eodem tempore & die, aut secundum mixtionem & contemperationem materiarum ad vnius febris generationem, vel secundum compositionem & contingentiam ad se inuicem per modum vicinitatis & proximitatis, quatuor vero febres impossibile est omnes simul contingere similitate contemperationis & compositionis esse, tamen est possibile duas similes febres contingere ex eodem humore, & duas alias quarum quelibet fit ex diuerso humore vt sunt due febres ex flegmate, & vna ex col. ru. & alia ex colera nig.

vel duę ex colera rubea, & vna ex flegmate, & alia colera nigra, & vna ex flegmate, & alia ex colera rubea, Et hæc quidem quoniam febrem sanguineam impossibile est cum aliqua febriū permisceri non per modum permixtionis, nec per modum cōmixtionis seu contemperationis nec per viam cōpositionis vt ex priuatione apparitionis alterius cum ea simul, Sanguis enim prę alijs materiebus magis abundat in corpore, & cōmunior existit, & quando putrefit & generatur ex ea febris extinguit hęc febris omnem febrem quę cum ea mouetur & confunditur, & eius operatio velatur propter sanguinis multitudinem qui occupat & comprehendit corpus & eius virtutem & vigorem dominantem in corpore vt diximus.

¶ De febribus communicantibus alias ægritudines. Capit. VII. & vltimum vltimi tractatus totiusq; libri.

SEquuntur quandoq; febres alias ægritudines sicut febris quę sequit̄ dolorem epatis & splenis cerebri laterum pulmonis renum & similium membrorū. Curatio vero harum febrium consistit in curatione ægritudinū

Cura

ipsorum membrorū & in recessu illarum recedent febres, & propter hoc melius in curatione horum est apponere curam primo circa membrum infirmū vt recedat ab eo causa propter quam facta est febris, Sed oportet te scire quoniam febriū ægritudines sequentiū alię sunt faciles & lentę sicut est febris quę sequitur ex dolore splenis & renum vesicę & similiū, Alię vero sunt difficiles & molestę sicut est febris quę consequit̄ ex dolore epatis cerebri laterum & similium, & possibile est esse quandoq; eandem lenem & quandoq; molestā sicut est febris quę consequit̄ ex dolore pulmonis, Et causa huius est quoniā passio pulmonis quandoq; fit eius causa ex sanguine & cole. ru. sicut est febris mala & difficilis, Quando vero fuerit ex flegmate & cole. nig. fit eius febris lenta & facilis, Fit aūt febris quę sequit̄ ex dolore epatis difficilis quia est locus sanguinis, Febris aūt consequens ex splene fit lenta quia locus est col. ni, Sed cerebri febris fit difficilis quia locus est neruorum. Fit etiam febris doloris laterum difficilis ex sanguinis acumine qui generatur in ipsis & eorum concauitate cordi.

FINIS

¶ Finis libri theoricę necnon practicę Alsaharauīj, qui vulgo Açararius dicitur, Impensis Sigismundi Grim Medici, & Marci Vuirsung Augustę Vindelicorum.
Anno virginei partus. M.D.XIX.
Die vigesimaquarta Martīj



Davis & Orioli 1927
£15

Repaired by Mrs. Greenfield
March 1966



